



Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

- + *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
- + *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
- + *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
- + *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.

Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página <http://books.google.com>

This is a reproduction of a library book that was digitized by Google as part of an ongoing effort to preserve the information in books and make it universally accessible.

GoogleTM books

<https://books.google.com>



TRACTATUS JURIDICUS
DE
ARRESTIS,

Ex Jurisconsultorum scriptis & Germaniæ legibus Moribusque collectus, & in gratiam
eorum qui operantur justitiæ brevi quasi in tabula exhibitus, multisque in locis auctus, & secunda vice
editus

DAVIDE MEVIO JC^{to},
SUMMI TRIBUNALIS
WISMARIENSIS VICE-
PRÆSIDE.



FRANCOFURTI & LIPSIÆ,
Impensis viduæ & hæredum JOACHIMI WILDII.

MDC LXXIV.

Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is arranged in several paragraphs, with some lines appearing as distinct headings or section markers. The handwriting is cursive and somewhat faded, making it difficult to decipher. The overall structure suggests a formal document or letter.



Amplissimis, Consultissimis, Prudentissimis
VIRIS,

Præcipuæ Pommeranorum Civitatis

SEDINI,

Dominis { Consulibus,
 { Syndico,
 { Senatoribus,

Fautoribus meis officiose honorandis.

Cum nuper Commentarium in Jus
 Lubecense, quo ad mare Balthicum
 sitæ civitates utuntur, per typos e-
 vulgarem, in hoc de Arrestis statuta
 seposui, quia laxiorem videbantur
 requirere tractatum, atque ut iis cancellis, quos

)(2

cate-

cæteris circumde deram, se includi paterentur. Ut tamen & iis satisfacerem, qui aliquid lucis ad eum juris titulum desiderabant, promissi integram ejus materiæ, quæ de Arrestis occurrit, delineationem, ex qua speciatim, ad Lubensem Jurisprudentiam pertinentia hauriri possent. Huic promisso, & forte aliquorum expectatione obsecutus conscripsi, quæ sequentes paginæ exhibent: Summum nempe & synopsis horum, quæ de Arrestandi Jure in Jctorum voluminibus late dispersa traduntur, breviter expositam & usibus judiciorum Germaniæ applicatam. Ut materiam scripti commendæ opus haud est, cū instar vini vendibilis hederâ suspensâ haud egeat. Nihil frequentius esse arrestationibus, in foro nemo adeo hospes est, ut nesciat. Quam sæpè circa impositiones, prosecutiones, executiones aberretur vel leviter peritis, suo aut alieno ex damno in comperito est. Nemo non oleo operæ dignam putabit regulam, quâ definiatur quidquid in arrestis justum, & è contrà demonstretur quod iniquum,

iniquum, & à recto exorbitans. Sicut enim ex moribus gentium arresta primum sunt profecta, his variis & nunquam in eundem modum redactis, jus aliquod commune de iis constitutum haecenus non reperimus. Inde prout quisque Jctorum, quotquot de hac materia quædam in scriptis prodita, reliquerunt, arresti jura examinavit, suæ patriæ statutis moribusq; intentus, quod generatim æquū justumque pertractare; præcipuum studiū sui non duxit. Ex omnibus tamen quæ synopticæ tractationis loco in universum servire possent, colligere licuit.

In hoc occupatum fuit studium meum, ut non secus quàm apes ex pluribus floribus mel exsugunt, quod in favos referant: sic ego ex dispersis aliorum de Arrestis tractationibus collecta in breve compendium redigerem, quod tanquam in tabula, cùm universales arrestorum regulas!, tùm illarum ad Germaniæ praxin applicationes repræsentaret.

) (3

Quid

Quid ex hoc scopo assecutus sim penes alios
 esto Judicium. Id vero mihi propositum, pri-
 mum diversos aperire fontes , ex quibus arre-
 standi licentia derivatur. Strictior latiorve, pro-
 ut origo odium vel favorem meretur, ideoque
 non eodem modo dijudicanda prout error im-
 peritorum accuratè distinguenda , incuriosè
 confundit. Post arrestorum titulos, annotavi
 requisita , quæ tanquam justitiæ fundamenta
 nunquam ab oculis judicum abesse debent, cū
 ad ea decernenda vel neganda accedunt. Quid
 in processu & quæ eum subsequitur relaxatione
 seu condemnatione inspicī & curari oporteat,
 in hoc tractatu subjunctum ostendet quam ni-
 hil facti præter initium , habeat arresti im-
 positio, quamque temeraria sint ea brocardica,
 quibus arresta tanquam illicita, odiosa, extra-
 ordinaria , barbara , & quæ similia legantur
 epitheta, arguuntur. Abusui quidem ea conve-
 niunt, atque ut iste frequentior inde, ut in aliis
 quoq; non insolitum, vitia juri imputata sunt,
 sed ubi rectus usus ab his secernitur, ex arrestis
 magnum

magnum justitiæ subsidium accedere, ideoq;
rectè usurpata summo favore maximâq; sancti-
moniâ colenda esse deprehenditur. Quib. enim
casibus per se jus infirmum est, hoc remedio ju-
vatur & continetur. Quemadmodum igitur
hominum malitia aut temporum perversitas
magis de executione juris quam ipso jure soli-
citos esse cogit judices, dum jus certum exequi
multis tricis atque impedimentis oblitum re-
peritur; ita executiva remedia, ex quibus certi
juris adversus malignos, morosos aut contuma-
ces expeditior processus est, non levio-
rem considerationem.

De Arrestis autem præcipuâ earum specie in
hoc compendium congesta ne sine auspiciis, quæ
ex consuetudine inveteratâ scriptis promitti so-
lent lucem aspiciant. Vestro, Viri Amplissimi ho-
norifico nomine uti liceat. Etsi illud longè dignio-
ra meretur, non aspernabitur tamen, spero, propo-
situm tenuitati operis commendationem ex ho-
noratori titulo quærentis. Dum existimo non
parum laudis atque honoris huic scriptiunculæ ex
vestra dignitate accedere, nō potui non juxta opi-
nati aliquo indicio VV. AA. hinc constare posse,
quid

quid isti, quâ pollent auctoritati tribuam quid quæ
eidem debere velim. Hoc cum majus sit, quam
ut explicare possim, voluntatis promptitudini hac
vice relinquere cogor, si quando per occasionem
aut vires integrum erit luculentiorum officiorum
testificationem editurus. Illam vero ut salva pace
vestra usurpaverim, majorē in modum rogo, Qui-
bus cum aliâ in re non permetteretur, hoc charta-
ceo documento declarandum duxi, summo in
loco apud me esse dignationem vestram, nec quid-
quam spes de me in vanum concipi posse nisi quæ
fata & tenuitatem meam excessit. Accipite, quæ-
so, levidense munusculum, meq; cum existimate,
qui Reipublicæ & Dignitati vestræ, cum poterit
nunquam non studiosiss. inservire velit, ut aliquan-
do possit enixè exoptat. Dabam Stralsundi è Mu-
sæo, die 2. Augusti, ANNO 1645.

V.V. A. A.

officiose addictus

David Mervius D.

IN



TRACTATUS DE ARRESTIS CAPUT I.

De Definitione Arresti.

SUMMARIA.

1. **A**ctiones olim certa fuerunt & solennes, earumq; origo.
2. Cognitiones extraordinariae quae & quare praeter legitimas actiones receptae.
3. Pro faciliore citioriq; iustitiae cultu receptae sunt executivae remedia.
4. Ab executione processus inchoari non debet.
5. Executivi processus quando iusti & necessarii sunt.
6. Species executivorum remediorum.
7. Arrestorum praxis in anterioribus seculis rarior, hodie quotidiana & unde hoc.
8. Vox arresti qualis & quam varie accipitur, num. 9. & seq.
11. Quibus vocabulis synonymis arresta aliàs vocantur.
12. Arresti definitio.
13. Argumenta quomodo ab aliis executivis ad arresta procedunt.
14. Sequester differt ab arresto, & aliqua notantur differentiae.
15. Seque-

15. *Sequestrum non decernitur, nisi citatâ & auditâ parte adversâ.*
16. *A sequestro ad arrestum & vice versâ valet argumentum.*
17. *Affine arrestis est obstagium, sed inter ea tamen differentia.*
18. *Obstagia exiguntur etiam solâ monitione creditoris.*
19. *Arrestum pro specie carceris habetur.*
20. *Arrestatio detentio magis civilis minusq; ignominiosa est quàm incarcerationio.*
21. *Differentia arresti & carceris.*
22. *Argumentum à carcere ad arrestum & vice versâ quomodo ducitur.*
23. *Ab annotatione bonorum ad arresta.*
24. *Similiter à misione in bonorum possessionem.*
25. *A praecepto de non alienando.*

1 **L**egibus constitutis prisca Jurisprudentia ex istis actiones composuit, quibus unusquisque, quod sibi deberi putaret, persequeretur, & ne populus, prout vellet, easdem institueret, certas solennesq; esse voluit *l. 2. §. deinde ex his. 6. ff. de orig. jur.* Sed cum aliquæ causæ inciderent, quibus civili jure non erat prospectum, aliquæ ordinariam judicii telam ejusq; moras non paterentur, aliquæ citas & levato velo expeditas exigenter executiones, Magistratum æquitare quædam extraordinariæ cognitiones receptæ sunt, quæ processu summario absolvebantur. *tot. tit. ff. de var. & extraord. cognit.* Cæterum ut inventis faciliè additur, & necessitate magistra sequens ætas nova semper reperit remedia, sic etiam pro meo & tuo expeditius consequendo vel defendendo præter Juris communis adminicula prudentia judicantium breviora recepit compendia, quibus ad præstandum, quod debetur, aut conservandum, quod tenetur, sine judicialibus ambagibus perveniretur. Eo in numero sunt executiva remedia. Quæ licet jure communi regulariter eatenus sunt prohibita, ut ab executione processum exordiri non liceat, *l. 1. C. de Execut. rei judic. l. un. C. de probib. sequestrat. pecun. l. negantes. 9. C. de obligat. & action.* sæpè tamen æquissima sunt, aliquando etiam summo peré necessaria. Justissima est parata executio, si vel statutum aut consuetudo fori recepit, vel

vel debitoris voluntas & conventio tribuit, aut causa omnino liquidā nulliusq; processus ulterioris qua iudicem indiga requirit, aut possessionis vel detentionis clypeus suffragatur, vel ob denegatam iustitiam, retorsio taliove facti modos porrigit. Præterea etiam necessaria, si 5 vel ob moram vel ob malitiam aut ob præsentem seu metuendam fugam inopiamve debentium, aut ob armorum turbarumve inter contententes formidinem, prævenienda sunt damna aut mala, quibus post vulneratam causam frustra quærantur remedia. Hinc usu invaluerunt arresta seu manuum injectiones, sequestrationes, retentiones, pignorationes, mandata de non alienando, obstagia, repressalix, missiones in bonorum possessiones, variaq; præcepta executiva, de quibus in genere & specie prolixè scripsit pro usu fori Matthias Colerus in Tract. de Processibus Executivis. Arresta, præcipuam & serè quotidianam 7 illorum speciem hoc libello explicare decretum est, ut quæ & quando iusta vel necessaria sint, quomodo etiam iisdem legitimè uti debeat, luculentius appareat. Olim rarior eorum fuit observatio, ut secretum Dicasteriorum & paucis nisi benè in Practicâ versatis cognitum fuerit, uti scribit *Coler. dict. tractat. part. 3. cap. 8. num. 42.* Séd augefcente sub hoc exulcerato seculo hominum malitiâ & perfidiâ, opus fuit frequentioribus coërcendi mediis, unde jam nobis in foro notiora sunt. Accedens nunc scribendi telam nihil decerpam tractatum, 8 consuetudini, quin primo loco definitionem nominis & rei præmittam. Vocabulum hoc, quo rem magni usus atque momenti denotamus, barbarum est, uti ait *Gail. de Arrest. Imper. cap. 1. num. 1.* usu quotidiano in foro & iudiciis Germaniæ receptum. Galli eo utuntur 9 ad significanda placita, decreta & sententias supremorum Tribunalium, id derivantes à Græco verbo ἀρραιων, quod incorruptum vel inviolatum significat, vel potius ab ἀρεων, quo placitum denotatur. *Pet. Beck de Jur. sistendi. cap. 1. num. 2. & seq.*

Nos in foro & quia istius usus maximè spectandus, in hoc scripto 10 eam vocem transferimus ad jurisdictionalia impedimenta, quibus personæ vel res prohibentur loco aut statu suo moveri. Et cùm ea acceptio usu approbata sit, inaniter in originem vel rationem dicendi inquiritur. Aliis vocabulis arresta vocamus interdicta, quia prohibetur 11 discessus vel translatio ex loco; Impedimenta, quia persona vel res

TRACTATUS

4

impeditur loco dimoveri; Manus injectiones, quia sub manu seu custodia quasi sunt res arrestatae; Jus sistendi, vel quia, quod arrestatur, sistitur in loco, vel quia arrestum fit, ut arrestatus se sistat in iudicio. Nostro idiomate dicimus Verbot / Beschlag / Kummer / Bestimmern / nüssen / unde illarum voces; In Verbot legen / anhalten / beschlagen / die Güter oder Personen bestimmern oder vorbleiben lassen.

12

Rei definitiones ab Jctis traduntur variae. Ego sic describo arrestum, quod est mandatum legis vel Judicis, quo ex iusta causa prohibetur persona extra jurisdictionem iudicis arrestantis secedere, vel res quascunque inde dimovere, donec rationi impositionis satisfactum fuerit. Singula definitionis non explico, satis patebunt ex his, quae infra tractantur.

13

Multa sunt in usu mundi arrestis similia. Quando de his leges ferre nihil, veteres Jcti pauca tradiderunt, & tamen in praxin fori venerunt, saepe in controversias inciderunt. Pro harum decisione initio deinde ad doctrinam de illis à similibus desumpta sunt argumenta, & ex iis praecepta vel monita de arrestis formata, nec non quaestiones de illis discussae & definitae. Nihil frequentius & hodie est, ut qui de arrestis differunt, illa argumenta miscere & ex iis in utramque partem disputare. Quomodo autem ad iustitiam circa illa intelligendam observandamque multum interest, similitudinem diversorum exemplorum dextrè applicari, inque eo lapsus confusionibus & erroribus multis ut opinionum diversitati occasionem dedit, ita operae pretium est, antequam ad ulteriora progredimur, similia arrestis paucis attingere, & argumentis illis, quibus alii frequenter utuntur, & nos non raro usuri sumus, aliquid regulae praemittere.

14

Ex his primum est Sequestrium, quod non nisi voce ab arresto differre scribit *Coler. de Process. Exec. part. 1. cap. 2. num. 184.* Etiam maxime in eo aberraverit Carpzov. Respons. Elector. Arrestum est saltem impedimentum. Sequestratio verò separatio rei controversae penes tertium, qui sequester vocatur *Curr. de sequest. quaest. 1. num. 20.*

15

Bald. in l. un. in pr. c. de Probib. sequestr. pecun. Illud est etiam rerum, quarum alias certa sunt dominia, possessiones & cetera ad eas pertinentia. Haec verò illarum, de quibus controversia est, aut in quibus jus aliquod alter praetendit & adjudicari petit. Illud non praerequirat

DE ARRESTIS.

quirit citationem partis, sed eâ plerumque inficiâ imponitur. *Coler. dict. tractat. part. 3. cap. 11. num. 66.* Secus est in Sequestro, quod nisi citatâ parte, contra quam impetratur, non decernitur. *Curr. de sequest. num. 40.* Alias differentias vid. notatas apud *Coler. part. 3. cap. 11. num. 54. & seq. usque ad num. 88. Zobel differ. Jur. Civil. & saxon. 44. num. fin.* Frequens tamen est à sequestratione ad arresta argumentatio, eoque firma & concludens, donec diversitatis ratio manifestatur. Arrestum facilius quàm sequestrationem impetrari scribit *Coler. d. tr. part. 3. cap. 8. num. 39.* Obstagium das Emsinger affine est arrestationi remedium, ita ut & ab uno ad aliud frequenter argumentemur. In eo tamen à se invicem discedunt, quod requisitio judicis pro arresto de consuetudine necessaria est, nec sine jus dicentis officio illud rectè imponatur; Detentio verò ad obstagium fit mediante monitione seu interpellatione creditoris etiam extrajudiciali, nec in eo judicis auxillium implorari solet, nisi tum demùm, si requisitus se sistere nolit. *Coler. dict. tractat. part. 1. cap. 8. num. 1. & 2.*

Similis etiam arrestatio est capturæ vel incarcerationi debitoris. Carceris enim species habetur prohiberi à loco discedere. *l. 2. ff. de lib. hom. exhib. l. succurritur. ff. ex quib. caus. major. l. qui neque sequuntur. ff. de v. s.* Haud tamen per omnia æquiparari debent. Est enim arrestatio detentio magis civilis & honorifica, minus onerosa & ignominiosa, quàm incarceration. *Joh. Nevizan. Consil. 22. num. 2. Coler. dict. tractat. part. 1. c. 7. num. 4. & 9.* Illa saltem impedit discessum ex loco, liberam tamen in isto mansionem relinquens. Hæc verò ipsam personam constringit & includit custodiæ. Unde pluribus in causis modisq; licet arrestum, ubi tamen decerni non debet carcer. Unde ea quidem obtinet affirmativa à majori ad minus conclusio, ubi incarcerationi ex statuto, pacto, consuetudine vel aliâ ratione locus est, ibi arrestum justè imponitur. Sed vice versâ eadem ab arresto ad carcerem non obtinet argumentatio. Sicut & negativa illa vitiosa est, cum carcerare non licet, non etiam licere arrestare. Quâ non raro etiam eruditi, quod mirum, viri abusi sunt in suis conclusionibus, cum tamen ab excluso carcere ad exclusionem arresti vel argumentari nihil aliud sit, quàm contra rationem asserere, ut cui non permissum est quod difficilius ac cum majori onere conjunctum, ei, quod facilius nec tanti momenti est, denegatum esse debeat.

Anne-

23 Annotatio etiam bonorum arrestis assimilatur. *Chassene in Consuet. Burgund. tit. des Confiscations. rub. 2. num. 10.* Quæ est descriptio bonorum delinquentis olim post crimina graviora absente illo fieri solita cum eo effectu, ut si intra annum reus se purgaret aut moreretur, ista integra hæredibus, post annum sisco cederent, *vid. tot. tit. ff. C. de requirend. reis vel absent. damnand.* cui inerat arrestum, ut medio tempore à debitoribus nihil absenti solveretur, *l. fin. ff. dict. tit.* hodiè cum eo, quo olim effectu non amplius usitata, postquam *per Auth. bona damnatorum. C. de bon. damnat. & constitutionem Friderici in C. 1. §. si verò de Pac. tenend.* publicatio bonorum, præterquam in paucis criminibus atrocioribus desit. *Wesenbec. in Paratit. ff. eod. num. 5. seq.* Argumentum ab ista ad arresta procedit quæ arrestatorum bonorum custodiam, prohibitam alienationem & translationem, administrationem &c.

24 Est quoque similitudo arresti in missione in bonorum possessionem ex primo & secundo decreto, & ab hac ad illa argumentum apud Ictos frequentissimum. Quà cum Gailius *intr. de Arrestis Imper. in Cap. 1. num. 15. & seq.* prolixè usus esset, hæc verba *num. 21.* subdit: Sed quorsum hic tam effusè de materia primi & secundi decreti? Quid enim illa commune habet cum Arrestis Imperii? Multum: nec otiosè illa hic tractari puto. Quemadmodum enim per Arresta arrestati bona impediuntur, ita, ut rei suæ liberum arbitrium non habeat, donec relaxentur bona: sic quoque debitoris contumacis bona, per missionem primi & secundi decreti, impediuntur tantisper, donec debito tempore contumaciam purget, & cautionem iudicio sisti, & iudicatum solvi præstet. *text. in d. c. quoniam frequenter. §. in aliis, ut lite non contest. & in d. c. 1. & in d. c. 2. de dol. & contum.* Unde constat, missiones in possessionem esse species Arrestorum, & proinde non imperitinenter hic illarum mentionem fieri: & suprà dictum est, Arresta nihil aliud esse, quàm reales citationes, ut Arrestatus solvat, aut cautiones iudicio sisti & iudicatum solvi præstet. Sic debitor tædio missionis affectus, comparere & cautiones idoneas iudicio sisti, & iudicatum solvi præstare tenetur, aliàs possessionem per lapsum anni amittit, *per Jura suprà ad hoc allegata*, servatà distinctione actionum personalium & realium.

Inter

Inter similia arrestis refertur quoque mandatum de non alienando seu de servando res in eo, quo reperiuntur statim. Nec multum ista discrepant. *Caroc. de sequent. part. 4. quæst. fin.* Unde ab illo ad hoc & vice versa argumentum ducitur, *Coras. Miscell. lib. 3. cap. 2.* Differunt tamen in nonnullis, prout istas convenientias & differentias latius legere licet apud *Coler. de Process. Executiv. part. 3. cap. 17. num. 54. & seq. usque ad num. 100.* Unde apparet, præceptum de non alienando longe mitius remedium esse, quando lenius est impedire, quam prehendere. *Molin. in Consuet. Paris. tit. 2. gloss. l. verb. Arrest. num. 3.*

CAPUT II.

De diversis Arresti speciebus.

SUMMARIA.

1. **P**rima arresti divisio.
2. *Judex ex officio arrestare tenetur personas vel res, quoties Reipubl. interest.*
3. *Secunda divisio.*
4. *Judicialia arresta in causis civilibus regulariter sunt prohibita.*
5. *Tertia divisio.*
6. *Arresta quando ob adhibita requisita reperiuntur licita, de iis tanquam de genere permissorum judicandum est.*
7. *Arrestum est species executionis.*
8. *Arresta regulariter omni jure, Civili & Canonico prohibita sunt.*
9. *In dubio contra arresta pronunciat.*
10. *Quarta divisio.*
11. *Personarum arresta gravius majoriq. cum ignominia irrogantur, quam rerum.*
12. *Non una eademq. species arrestorum est, & qua diversitas.*

Primò

Primò, Arrestorum alia legis sunt, alia hominis. Lege arrestantur, quibus inde prohibitum est ex certo loco recedere, veluti iudicibus tam civilibus atque militaribus, eorumq; domesticis extra provinciam, quam tenuerunt, intra quinquaginta post finitam administrationem dies. *l. 1. C. ut omni. Judic. tam Civil. l. Consiliarios. 3. C. de Affessorib. & Domest.* Hominis arrestum dicitur, quod imponitur à iudice, idq; vel ex officio ejus nobili, veluti cùm Reipubl. interest, detineri personas resve alicujus, vel ad petitionem eorum, quorum interest.

Secundò, arresta dividuntur in necessaria & voluntaria. *Gail. de Arrest. Imper. cap. 1. num. 7.* Illa dicuntur judicialia, quæ iudicis decreto & licentiâ decernuntur. Voluntaria, quæ ex conventionione partium originem habent. Quorum Gailius dicit. l. hanc tradit differentiam, quòd judicialia in causis civilibus regulariter sunt prohibita, nec nisi paucis casibus exceptis permessa. *C. 2. de sequestr. possess. ibi Panormit. l. un. C. de Prohibit. sequestrat. pecun. Ferrar. in Pract. tit. de Form. sequestr. num. 3.* Conventionalia verò seu voluntaria arresta, de jure habentur licita, cùm pacta non habeant injuriam, sed ex semel placito à paciscentibus non servanda modò, sed etiam à Prætoribus defendenda sint. *l. 1. l. juris gent. 7. §. Prætor. ait ff. de Pact.*

Tertiò, arresta alia juris seu licita, alia facti seu illicita dicuntur. *Gail. de Arrest. Imper. cap. 3. num. 14. & cap. 11. num. 2.* Has species definire & discernere licet ex iis, quæ ad justitiam arrestorum requiruntur, de quibus integer hic Tractatus aget. Ubi observata fuerint, quæ jus, consuetudo vel ratio ad justam arrestorum impositionem desiderat, ea juris sunt & omninò licita, nec de iis aliæ usurpandæ sunt regulæ, quàm quibus in genere permissorum seu licitorum aliàs utimur.

Si verò quid à parte aut iudice prætermisum est, ex necessariis requisitis via facti processum fuisse dicitur. Atque ea arresta facti ipso jure reprobantur, cùm ab executione iudicium inchoare legibus prohibitum sit. Executionis verò species arrestum, *Gail. dict. tractat. cap. 1. num. 10.* & remedium executivum. *Coler. de Process. Execut. part. 1. cap. 2. num. 183. seq. Berlich. decis. 119. num. 2.* Quæ arresta licita vel illicita sint, definitum vide in Recessu Imperii Ratisponensi de Anno 1594. §. und so viel die ungleiche Meynungen. unde descriptionem specie-

specierum habebis. Sed ubi dubitatio ea incidit, quo loco habenda sint arresta, quid in dubio præsumendum? Concors omnium Ictorum est opinio, arresta regulariter omni Jure tam Civili quàm Canonico prohibita esse. *Schurff. Consil. 15. num. 1. & mult. seq. Cent. 3. Mynsing. Respons. 66. num. 14. decad. 7. Coler. de Process. executiv. part. 1. cap. 3. num. 102.* Ideò nisi evidentissimè constet, justam arrestandi causam subesse, cæteraq; ad justitiam arresti necessaria non deficere, ad remedium extraordinarium & odiosum non esse progrediendum, consequens est, in dubio præstantius fore, omittere arresta, quàm cum periculo aliorum vagari, ideoq; pro illicitis haberi. Unde etiam contra arresta in dubio pronunciatur, tanquam si fundamento careant, quod tamen cap. seq. pluribus enucleatur.

Quartò, ratione objecti alia arresta sunt personarum, alia rerum, 10
Inter quæ non parum interest. Gravius multò incommodum est de- 11
tentæ personæ, quàm rerum. Quantò cæteris rebus preciosior liber-
tas, tantò durius est, quod illam personæ demit. Consideratius igitur
versari decet circa impositionem, quæ astringit personas. Facilius
conceditur arrestum rerum, quàm personarum, *Peck. de Jur. sistend. cap. 6. num. 14. in fin.* & ubi illud non potest concedi, multò minùs
personis id infligendum erit. *Bald. in l. propter. 22. num. 22. C. Man- dat.* Illud non adeò magnam atque irretractabilem insert injuriam ac
ignominiam, atque quæ ex hoc suboritur. *Coler. d. tr. part. 2. c. 3. n. 154.*

Quintò, observandum est discrimen inter arresta, quæ pro funda- 12
tione seu formatione judicii, & quæ pro executione judicati imponun-
tur. Illa tendunt ad jus, quod quis habet judicio prosequendum, inde
de iis censetur ex Judiciorum regulis, faciuntq; speciem judicii, sed ex-
traordinarii atque subsidiarii. Hæc verò Juris obtenti consecutionem
promoveant, idè faciunt speciem executionis, & quidem talem, cujus
etiam in Jure Communi fit mentio, quod pignoribus captis sententia-
rum effectus quæritur. Arresto fit ea pignorum captio. Magna est
inter has species diversitas, quam idè annotare volui, quòd erroneè
confundi soleant, cum minimè debeant. Quæ de arrestorum odio, ri-
gore extraordinario, usu, causâ & multis requisitis circumdatâ im-
positione, aliisq; singularibus ab Jctis scribuntur & in tractatu memoran-
tur, minimè ad posteriorem speciem referenda sunt, censendam & im-
ponen-

ponendam juxta regulas, quæ alias fiunt executiones, nec egent iis requisitis atque solennibus, quæ aliàs adhibentur. Quod ita servatum, cum executionis gratiâ arrestum indictum nullitatis argueretur, ex defectu illorum, quæ aliàs exiguntur & non facta prosecutione solitâ, sed statim post arrestum apprehensis bonis distractis, atque ubi non sufficiebant, detentâ simul personâ, donec satisfaceret. Prior species præcipue nostri est tractatus.

CAPUT III. De Jure arrestandi.

S U M M A R I A.

1. **D**E Jure arrestandi diversa opiniones.
2. Arresta regulariter habentur pro prohibitis.
3. In casibus ubi licita, inter justa Juris remedia referenda sunt.
4. Jus Civile & Canonicum non est sufficiens norma definiendi justitiam.
5. Arresta ex jure gentium originem habent.
6. Nota dignoscendi juris gentium.
7. Sine arrestis jus & judicia sæpè futura sunt inania.
8. Frustranea est disputatio, an arresta sint licita, postquam usus quotidianus approbavit num. 9.
10. Arresta non derogant, sed saltem subordinata sunt Juri Communi.
11. Arresta remedium Juris extraordinarium sunt.
12. Regulariter ab istis incipi non debet.
13. Causa referuntur, ex quibus præter necessitatem arresta sunt permissa num. 14.
15. Pactum, quo datur arrestandi licentia, de jure valet.
16. Pactum ex illicito facit licitum, nec alicui injuriam infert.
17. Ad carcerem & obstagium quis semet obligare potest.
18. Arrestatis tota civitas pro carcere est.

19. Longè

19. Longè mitius remedium est arrestum, quàm carcer.
20. Pactum permittens capturam vel paratam executionem contra debitores arresti licentiam concedit.
21. An etiam illud, quod dat licentiam conveniendi in quocunque foro?
22. Statutum & consuetudo valet, ut liceat arrestare, ut & propria auctoritate pignorare personam vel res debitoris.
23. In Germania consuetudo generalis approbat arresta, nec ei derogatum per constitutionem Imperii.
24. Privilegiis concedi solet arrestandi potestas inferioribus Magistratibus.
25. Arresta ex privilegio prorogant jurisdictionem iudicis alias non competentis.
26. Prescriptione acquiritur jus arrestandi.
27. Immemoralis temporis prescriptio vim privilegii habet.
28. In materia arrestorum diligenter consideranda est causa, unde exercentur, quæ variat juris definitiones.
29. Juri communi non sunt contraria arresta.
30. Distinctim ea quaestio decidenda, an arresta sint odiosa & exorbitantia à Jure communi.
31. Quod Jure communi non expressè approbatur, id statim non habendum est tanquam isti contrarium.
32. Arresta, quæ aliquid habent Juri communi contrarium, odiosa habentur & illicita, donec justà ex aliquâ causâ approbentur.
33. Quæ pacta non continentur, pro omisiss habenda sunt.
34. Deficientibus statuti verbis cessat statutum.
35. Consuetudo à persona vel re una ad aliam non extenditur.
36. Privilegii ea capienda est interpretatio, ut Jus commune quàm minimè laedas.
37. Tantum censetur prescriptum, quantum reperitur possessum.
38. Ex conventionione, consuetudine, statuto, privilegio vel prescri-

- ptione competentia arresta quomodo exerceri debeant.*
 39. *Error privilegia sua in hoc latius quàm par est extendentium castigatur.*
 40. *Constitutione Imperii neutiquam prohibita sunt arresta generatim, quod explicatur latius.*
 41. *In dubio Princeps non præsimitur voluisse derogare statuti locorum particularium.*

DE Jure arrestandi ejusq; origine non concors est Jurisconsultorum opinio. Alii id contra Jus commune repertum opinantur; alii meræ consuetudini acceptum ferunt: Alii nullo jure justum existimant, sed ad facti remedia referunt. Alii justi quidquam iis concedunt, at non nisi in usu extraordinario. Unde illud ferè brocardicum & quasi inter hujus materiæ principia relatum reperitur. Quod arresta omni Jure tam Civili quàm Canonico regulariter prohibita sunt. *Mysing. Respons. 66. num. 14. decad. 7. Schurff. Consil. 15. num. 1. & seq. Cent. 2.* Attamen, etiam qui ita sentiunt, fatentur, quòd multi casus sint, in quibus ea licita sunt nec odiosa, atque inter æqua & justa Juris remedia meritò ea referimus. Nec in definitione justis ad id saltem respiciendum est, quid Civili aut Canonico Jure receptum; (multa enim subsequens ævum ad Juris constitutionem contulit) sed quid justitiæ regulis, rationi & usui humano conveniens. Originem eorum Juri gentium, quod secundarium appellamus, ascribere non dubito. Duplex enim ejus nota, quòd (1) generi humano commune est, & (2) usu exigente atque humanis necessitatibus constitutum, §. *sed Jur. quidem. 2. Inst. de Jur. Natur. Gent. & Civil.* in arrestis concurrunt, quæ usu omnium ferè gentium probantur, & juxtà ad executionem cultumq; justitiæ maximoperè necessaria sunt, cujus finis sæpissimè sine iis haberi non potest, uti infra ex arrestandi causis patebit. Quemadmodum ergò judicia ad Jus gentium referimus, ita non potest non eidem ascribi, quidquid communis ratio & utilitas ad eorum rigorem, nervum & exitum reperit & inter gentes introduxit, sine quibus jus sæpè inaniter & elusoriè diceretur. Fugà quippe, contumacià, dilapidatione, aliisque fraudibus circumveniri aut frustrari judicia & judicata, nihil frequentius est; Sed necessarium & unicum ferè adversus ea remedium

DE ARRESTIS.

medium ex arresto est, sine illorum, quos alligat, injuriā, cum deter-
 seat aut cogat, ne adversariis sint injurii. Nemini hodiē tam inco-
 gnitus orbis est, ut nesciat ubique arresta frequentari. Hac arresto-
 rum inter gentes approbatione & utilitate dextrē consideratā, non erit
 dubitationi amplius locus, ea sibi suo aptata legitima & licita esse. De
 quo ultra non disputo, existimans, postquam ratio & consensus gene-
 tium atque usus forensis ex necessitate eadem recepit, in Scholis de il-
 lorum jure aut æquitate ineptē & otiosē concertari, consuetudinem
 pro lege sequendam esse.

Jus gentium verò & usus fori ordinī judiciario subordinavit sal-
 tem arresta, & ubi lex per se invalida, nec ordinaria juris via apta est,
 arrestorum executio juvaret justitiæ vigorem; sed ut per hæc illi nihil
 derogaverit. Quocircā non aliter inde probata putandum, quā-
 quatenus necessaria sunt, jusq; sine iis obtineri non potuit aut difficul-
 ter & ambigū. Inde ista in hac materia observantur axiomata, Ar-
 resta remedium juris esse extraordinarium contra seu præter commu-
 nis juris regulas repertum, cui non nisi in subsidium, deficiente ordina-
 rio auxilio, locus est. *Mysing. Respons. 66. num. 15. Cent. 7.* Ubi alio
 modo creditori consultum est, arrestum non decerni, veluti si inhæret
 pignori, non devenitur ad arrestum personæ, *Bartolin l. creditor. num.*
2. ff. si cert. pet. Coler. de Process. Execut. part. 3. cap. 5. num. 46.
 nisi eveniat, ut ex pignore satisfieri non queat. Ab arresto tanquam
 executionis specie regulariter non esse incipiendum. *arg. l. 1. C. 2. de*
Execut. rei jud. l. ob es 12. Auth. seq. C. de obligat. C. action. Coler.
de Process. Execut. part. 1. cap. 7. num. 1. Gail. in tractat. de Arrest.
Imper. cap. 1. num. 10. Quæ tamen non eò pertinent, tanquam si ar-
 resta per se essent juri contraria, sed modum & limites arrestorum ju-
 stos exprimunt, intra quos jure gentium ea fuerunt approbata, extra
 quos forent iniqua, illicita & exorbitantia.

Non solum verò necessitas, sed etiam alia causa præter eam ar-
 resta facit licita, adeò ut iis tanquam ordinariis remediis uti & inde ini-
 tium facere permissum sit. Id quod præstare solet Conventio, statu-
 rum, consuetudo, superioris privilegium, præscriptio &c. De Con-
 ventione non deest disputatio, cum non defuerint opinantes, pro debi-
 to pecuniario non licere liberum hominem ex pacto arrestare. *FRANC.*

- 16 *Ripa in l. obligatione 6. num. 20. ff. de Pignori.* Sed quia pactum in his, quæ Jure naturali aut civili expressim non prohibentur, ex licito facit illicitum, *l. pacta 12. ff. de Contrab. empt. Abb. in cap. 1. num. 6. X. Commodat.* nec volenti fit injuria, non est, cur ex conventionione arrestum improbetur, *Coler. de Process. executiv. part. 1. cap. 7. num. 2 & seq. Gail. dict. tractat. cap. 1. num. 7.* ubi arresta voluntaria seu conventionalia de jure licita esse refert. Talem conventionem non modo inveterata & apud omnes gentes probata consuetudo approbat, *Fab. in cod. lib. 8. tit. 6. defin. 7. num. 2.* sed & Jus commune, *l. Titius 9. ff. de serv. exportand. l. 1. & 2. C. si mancip. ut alien. l. 1. C. ne serv. 17 export. Gail. 2. observ. 45. num. 3. Koppen. decis. 29. num. 5.* Si enim pactum, quo debitor ad carcerem se obligat, valet, ut pluribus demonstrat *Coler. dict. tractat. part. 1. cap. 6. per tot.* Si licitum est ad obstatum se obstringere, vid. *Coler. dict. part. 1. cap. 8. per tot.* Utique non potest rejici pactum de arrestando, quod multò mitius & civilius est, cum arrestatis tota civitas aut diversorium publicum pro custodia sit, nec excludantur ab hominum conversatione, quæ carceratis non, 19 perinde licet. Unde *Nervizan. Consil. 22. num. 2.* ait, arrestationem magis civilem & honorificam minusq; ignominiosam esse, quàm carcerationem. Si pactum non facit mentionem arresti, capturam tamen personæ permittit, jus arrestandi pacto datum intelligitur, *arg. l. cui licet. X. de R. 3. in 6. Coler. dict. tractat. part. 1. cap. 7. num. 6.* Ita pactum paratæ executionis in quocunque foro concedit simul licentiam arrestandi, *Bald. in l. dies 11. num. 1. C. de Fer. Coler. dict. cap. 7. num. 8.* quia concessio generis omnem speciem comprehendit. Species autem executionis arrestum est.

An ubi licentia nuda conveniendi in quocunque foro per conventionem conceditur, idem quàm arresti facultatem dicendum sit? inter Jctos non convenit. Dubitatio oritur ex discrimine arrestationis & actionis, & quòd hæc in se ubique concessa ad illam trahi non debeat, haud abdicata per conventionem regula, ut ab executione initium fiat. Eòq; magis, quòd tales conventiones ut à Jure communi exorbitantes strictè sunt intelligendæ, nec extra verborum tenorem extendendæ. Verùm non obstare hæc puto, quòd minùs contrarium existimetur verius, uti cum *Ancharano Consil. 240. Carocio de sequestr. part. 3. quæst. 29. in fin.*

infra putamus. Cujus hæc certa ratio est, quod pactum in omni foro conveniendi licentiam tribuens id quoque tribuit, ut ea uti liceat. *l. 2. ff. de jurisdict.* Fine quippe concessio etiam media intelliguntur concessa, cum quibus ad finem perveniendum est. *l. scimus 26. §. fin. c. de Inoffic. testam.* At ut, ubi non degit reus, sit conveniendi occasio, vix unquam sine arresto personæ aut rerum, ubi reperiuntur, impetrabitur. Sunt quidem conventionum talium verba strictè accipienda, ita tamen, ut etiam effectum habeant, & inania non sint, sed ut fine, quem habuit conventio, potiri liceat. Ea mens paciscentium esse creditur, quod pactis utiliter frui velint. Nec potest denegare, qui paciscitur effectum, ubi semel concessit finem. Est quidem arrestum executionis velut quædam species, at non ubi tantum illuc tendit; ut juxta conventionem in quovis foro agere liceat. Ibi quippe non fit ad executionem, sed ad occasionem & principium actionis. Ex quâ ratione non absurdè dicitur cuilibet hypothecæ, seu de hac conventioni inesse pactum de licentia ubi reperietur arrestandi atque persequendi quam tacitè tribuit, qui alterius causâ nexum rebus suis injicit. Quas ille sequitur, ubicunque sit. *Caroc. dict. quæst. 29.*

Statuto, & quæ huic comparari solet, consuetudine idem effici potest, ut debitor ejusq; bona arrestentur, atque inde processus contra illum initium fiat, *Reck. de Jur. sistend. cap. 2. num. 5. in fin. Coler. dict. tractat. part. 1. cap. 7. num. 2. & seq. & part. 2. cap. 3.* ubi ait, valere inveteratam consuetudinem, ut bona quævis debitoris extra casum suspicionis fugæ aut dilapidationis arrestentur. Quid mirum? cum valeat statutum & consuetudo de pignorando debitore in persona vel bonis etiam propriâ creditoris autoritate, nec interveniente judicis requisitione. *Alberic. in l. creditores. num. 1. c. de pignorib.* Nec illud reputandum est irrationabile, cum certum reddat judicium, confirmet judicantis jurisdictionem, avertat reorum subterfugia. Idcirco ille arrestationum usus in magnis Germaniæ Emporiis est receptissimus. *Coler. part. 1. cap. 3. num. 472.* Sed annon talia statuta aut consuetudines constitutionibus Imperii prohibentur? Sic visum nonnullis, vid. *Coler. p. 2. cap. 1. num. 15. & seq.* Aliud in Germania obtinere patet ex quotidianis arrestis, quæ passim contra debitores extraneos & advenas ad creditoris petitionem permittuntur. *Gail. 2. observ. 44. num. 10.*

Et

Et quàm nihil impedimento sit constitutio Imperii de Arrestis, vide in fine hujus capituli.

24 Privilegia superiorum non insolita sunt in Germania, quibus inferiori Magistratui permittitur arrestare personas aut res illorum, qui civitati vel civibus ad aliquid præstandum vel solvendum obligati sunt, ut, licet jurisdictioni ejus non sint obnoxii, sed extranei & forenses, manus tamen injectione seu arresti impedimento cogi queant ad solvendum aut respondendum coram Judice aliàs incompetente & expectandam sententiam. Arrestandi facultatem ex privilegio vel consuetudine approbat Recessus Imperii Ratisponensis de Anno 1594. §. und da so viel die ungleich. ubi expressè inter licita arresta refert ex privilegio vel consuetudine indicta.

25 Tale privilegium de sistendo personas in civitate privilegiatà repertas utut forenses valere, probat *Coler. dict. tractat. part. 1. cap. 4. num. 9.* Cujusmodi refertur obtinere Parisiis, *Rebuff. ad Ord. Reg. tom. 1. tit. de Liter. oblig. art. 6. gl. 3. num. 4.* & in monte Pessulano, *Rebuff. dict. gl. 3. num. 18.* Ex tali privilegio arrestum habet vim prorogandi jurisdictionem, ita ut quæ prorogatà jurisdictione obtinere

26 solent, hic observanda sint. Quod privilegio consequi licet, idem conferre & tribuere solet præscriptio seu consuetudo immemorialis temporis, quod vim legis habet. *l. 1. §. fin. l. in summa in pr. ff. de aq. & aqua pluv. arcens. Balb. in tract. de Præscription. part. 2. part. 3. principal. quæst. 6. num. 25.* Idcirco illa tantum præstat, quantum privilegium seu specialis concessio Imperatoria. *Gail. 1. observ. 21. num. 15. Gabriel. in tract. commun. conclus. lib. 5. tit. de Præscription. conclus.*

27 *1. num. 1.* Imò quicquid juris per eam acquiritur, firmitus est, atque quod ex privilegio obtinetur. *Bald. in l. imperium. num. 13. Valasc. num. 32. ff. de Jurisdic. Gozadin. Consil. 8. num. 37.* Unde non mirum, quod etiam tanta vis est consuetudinis inveteratæ, ut ejus virtute liceat injicere manus in personam vel res debitorum, non tantum plane forensium, sed & eorum, qui aliter neque ratione contractus, neque domicilii, neque destinatæ solutionis, neque ratione delicti ibi forum sortiuntur, puta, quando tale jus civitati quæsitum fuit, ex privilegio vel præscriptà consuetudine, sicut ex *Rebuff. ad Ordin. Reg. Gall. tom. 1. rubr. de Literar. obligat. art. 6. gloss. 3. num. 40.* scribit *Coler. de Process. executiv. part. 1. cap. 3. num. 192.*

Hos

Hos supradictos arrestorum fontes nosse & discernere in hoc statu, & quæ in illo occurrunt, quæstionibus, multum refert. Non enim omnibus eadem nec eodem modo congruunt. Quicquid ex jure gentium & ratione communi de arrestis statuitur, imminuitur aut augetur per statuta, conventiones, privilegia, præscriptiones. Idcirco ex his multa sæpè singularia circa arresta licent, quæ jure aut ratione communi non probantur. In singulis quæstionibus impostèrùm ea singulatim magis clarescent. Observandum etiam circa diversitatem arrestorum discrimen processuum, ubi de injustitiâ eorum querela moveatur. Nam ea, quæ jure planè destituuntur, seu in casibus, ubi arresta improbantur & illicita sunt mandatis sine clausula cassantur, vel relaxatio injungitur, eaq; ad Magistratum vel Judicem arrestantem diriguntur, juxta *Constitutionem Imperii de Arrestis* tm R. X. ju Spener *de Anno 1570 §. Wie auch die Arresta in Rechtten*. At quando jus arrestandi competit ex aliquo titulo vel causa, cujus est tm R. X. ju Regensburg *de Anno 1594 §. und so viel die ungleiche re. mentio*, tunc si circa impositionem excessus vel vitium in querelam venit, non ita contra Magistratum vel civitatem mandata decernuntur, sed saltem contra eam, qui fecit arrestari, ut faciat relaxari. *Rutger. Ruland. in tract. de Commissar. part. 3. lib. 5. cap. 6. num. 11.* Ex supradictis judicari quæque potest de ea disceptatione, an arresta exorbitent à jure communi, & an sint odiosa? Cujus non modica utilitas est, cum inde modus extendendi aut restringendi arresta, & de iis in statutis, privilegiis, pactis disposita colligi debeat, *arg. c. odia. X. de R. J. in 6.* Et quidem non omninò possum existimare, ea Juri communi adversa esse, cum ratione nitantur & ab omnibus ferè gentibus recepta sint. Idcirco labi reor, qui tale quid generaliter asserere non dubitant. Multum interest, an arresta adhibeantur tanquam Juri communis executio & auxilium, uti fieri solet contra condemnatos, vagabundos, fugitivos, latitantes, prodigos &c. Ex quorum fraudibus inane futurum est judicium, nisi arresti remedio reddatur securum, an verò contra Jus commune arrestandi facultas ex pacto, privilegio, statuto, consuetudine, aut præscriptione indulgetur locumq; habet. Priori calu arresta non sunt adversa Juri communi, sed eidem congrua. Nec sufficit ad hoc everterendum, Leges civiles nullibi id remedium approbasse; satis est,

- non improbare, sed ex earum ratione posse probari. Nam & tale quid Juri civili ascribimus, uti admonemur in *l. nominis 6. §. verbum. i. ff. de v. s.* Quoties ergo de favore vel odio talis arresti judicandum, quod pro executione Juris communis imponitur, favorabile opinandum est, & pro ista extendendum potiusq; cohibendum. Ceterum si talia rogantur aut imponuntur arresta, quæ Juri communi & quæ illo ordinantur, contrarium quidquam inducunt, atque ex specialibus istis causis oriuntur, ad illa saltem pertinent, quod scribitur, arresta esse exorbitantia, odiosa, restringenda &c. *Augustin. Beroi quest. 57. num. 3. Peck. dict. tractat. cap. 2. num. 7.* Tunc qui asserit, arrestum esse licitum, id probare tenetur, quia regula, quâ arresta regulariter sunt prohibita, in contrarium est, *Gail. de Arrest. cap. 11. num. 31. Mynsing. 4. Observ. 17.* Idem etiam ad fontes illorum pertinet, uti dici solet, stricti juris & strictim interpretanda esse pacta, statuta, consuetudines, privilegia & præscriptiones. Si igitur ex pacto petitur arrestum, usurpamus id axioma, quod pro omittis & prohibitis habenda sint, quæ isto non continentur. *l. quidquid astringenda. ff. de v. o. l. si unus. §. ante omnia. ff. de Pact. Modest. Pistor. Consil. 1. num. 29. & Consil. 75. num. 7. vol. 1.* Si ex statuto, dicitur id cessare atque deficere, quando verba ejusdem deficiunt. *l. 4. §. toties. ff. de damn. infect. Bald. in l. illum. num. 1. Cod. de Collat. Mazol. Consil. 105. num. 17. Gratius Consil. 85. num. 9. vol. 1.* Si ex consuetudine, ea strictè intelligenda, nec extra terminos suos de una persona vel re ad aliam extendi debet. *Vincenz. de Francb. Decis. Neapolitan. 253. num. 11. Natta Consil. 46. num. 2. vol. 1. Roland. à Vall. Consil. 94. num. 17. vol. 2.* Si ex privilegio, non extenditur hoc ultra verba, & ejus ea capitur interpretatio, quæ Jus commune minimè lædit. *Bartol. in l. si verò. §. de vero solut. matrim. Cephal. Consil. 704. num. 13. vol. 5. Grat. Conf. 65. num. 40. vol. 1.* Si denique ex præscriptione, obtinet is canon, quod tantum præscriptum, quantum reperitur possessum. *Bartol. in l. 1. §. si quis. ff. de Itiner. a. Aud. privat. Wesenbec. Consil. 95. num. 7.* Si conventio, privilegium, præscriptio, consuetudo, similisve titulus tribuat jus vel licentiam arrestandi, ubi simul non definit vel circumscribit modum hujus remedii, (eo expresso servandum, quod litera vel usus continet) sic exerceri debet, ac cum præter istos titulos ex jure seu consuetudine com-

communi imponitur. Ex iis enim ampliùs nihil exerceatur, quàm iisdem contineri probatur. Quod non invehunt, aut permittunt, id permittitur dispositioni Juris & usus communis, quod diligenter notandum est. In eo enim multorum se proditorum, qui sibi imaginantur, ubi ex privilegio vel consuetudine potestas arrestandi competit, statim eam datam licentiam, ut nihil pensi haberi debeat, quod ad arresta rationabiliter requiritur, sed promiscuè & cœco impetu ad ea progrediendum esse. Perniciosè his affectibus ancillantur Judices, unde tandem ipsa Justitia non potest non de medio tolli.

De eo movetur quæstio, an Constitutione Imperii Romano-Germanici arresta planè sunt prohibita? Non desunt, qui sic argumentantur ex Recessu Imperii Comitiorum Spirensium de Anno 1570. §. *Wann auch die arresta in Nechten verboten.* eaq; opinio multum negotii facessit Judiciis, dum ad illam arrestati tanquam asylum refugiunt, indeq; inconsideratos Judices sæpè fallunt, imperitos terrent. Sed id longè abest à mente Constituentium & tenore Constitutionis, quæ saltem loquitur de subditis Imperii immediatis, in quibus speciale vel singulare est, quod non debent detineri vel arrestari in rebus vel personâ ab inferioribus tanquam incompetentibus, quod sic pro tranquillitate Imperii & autoritate Cameralis Judicii receptum, in quo contra arresta immediatè subjectorum decernuntur mandata sine clausula, citato Judice in primo termino ad docendam relaxationis paritionem, aut videndum declarari in pœnam mandato insertam, Cæterùm quæ arresta jure aut ratione communi recepta vel approbata, aut speciali alicujus loci statuto, more aut privilegio introducta fuerint, ea minimè per dictam sublata censeantur constitutionem, quæ, uti jam dictum est, loquitur de casu uno eoque speciali, extra terminos suos non extendenda. Cùm in dubio non præsumatur Princeps, velle derogare statutis locorum particularium, *Felin. in c. nonnulli. num. 9. X. de Rescript.* durant post illam constitutionem arresta, quibus Jus commune vel particulare loci assistit. Uti prolixius ad dict. §. simul respondendo declarat *Coller. de Process. Executiv. part. 1. c. 2. num. 104. seq. & part. 2. cap. 1. num. 14. & seqq.* & legibus Imperii aliis ista approbantur. Quàm non omnia arresta per Constitutiones Imperii sint illicita, quàm multarum istorum species & causæ per illas sint receptæ atque approbatæ, videas

ex Receptu Ratisponensi de Anno 1594. qui illam dubitationem de improbitate Arrestorum tollere voluit, idè decidit primò, quòd non omnia arresta sunt illicita; deinde definit, quæ sunt licita, quæ illicita; tertio species licitorum exprimit. Dignus ejus textus, tanquam ad decisionem multarum de arrestis litium faciens, qui verbotenus huc referatur, ita sonans: Und so viel die ungleiche Meynungen und Verstand des Wortes Arrest/ und dahero eingefallenen Streit belangt/ dieselbe zu entscheiden/ wollen wir / daß die constitutio arrestorum ad illicita arresta facti, quæ sunt propria autoritate sine cognitione causæ, und die ihrer rechten Eigenschafft nach wahre und in Rechten verkörtere Arresta genandt werden/ zu verstehen / und ad licita de jure permitta arresta, welche ratione contractus confessati, rei judicate, conventionis, pacti, transactionis, consuetudinis, privilegii, auch gewöhnlicher hergebrachter Nachsteuer / Abzug / rechtmessig erlangten und gewöhnlichen Bolls halben/ sich zugetragen möchten/ nicht zu extendiren seyn / noch auch auff simplices turbationes, pignorationes, compensationes, occupationes, invasiones, und dergleichen Sachen/ darüber sonderbare Reichs Constitutionen, oder gemelter beschriebener Rechten / Verordnungen/ aufgerichtet verstanden / und mit vermeldten arrestis nicht confundiret werden sollen.

CAPUT IV.

De Arresto cautè imponendo.

SUMMARIA.

1. *Judex in imponendo arresto versari debet circumspectè.*
2. *Gailii & Carpzovii prudens monitum refertur.*
3. *Ab executione non est inchoandus Processus, nisi aliter consequendi juris sui facultas deficiat.*
4. *Arrestum aliquid ignominie continet.*
5. *Mercatorum fides & fama arrestis imminuitur.*
6. *Cum alterius existimatione temerè vagari non licet.*

7. Ex

7. *Ex arrestis alienorum subditorum multa inter vicinos contentiones oriuntur.*
8. *Jus retorsionis in arrestis non usurpandum contra eos, qui jure arreslandi aut privilegio de non evocando gaudent.*
9. *Generalis arreslandi licentia cum temperamento justa rationis est attendenda.*
10. *Quæ circa impositionem arresti³ summarie perquirenda à judice, notantur.*
11. *Arrestum juste petatum judex denegare non debet, & quod negantis periculum?*
12. *Cum de Arresti iniquitate statim apparet, judex ab impositione absteat.*
13. *Nec imponendum cum periculo partis.*
14. *In dubio cum periculo partis licet imponere arrestum.*
15. *Cautio exigenda à petentibus arresta dubia.*
16. *Qualis ea esse debet, declaratur.*
17. *Clausula in quantum de jure, in arrestis aliquando adhibenda, sed sobrie.*
18. *Ea judex in decernendo non facile uti debet.*
19. *Quomodo judex in imponendo cautus esse debet, & de remedio ex juramento calumnia.*
20. *Discrimen circa arrestum decernendum, observandum.*
21. *An & quando citatio promittenda.*

IN imponendo arresto providus debet esse Judex, ne indistinctè & ad quamvis creditorum petitionem illud concedat, sed prius summaria inquisitione secum discutere debet, an isti sine injuriâ locus esse queat. Ubi attendendum est, quod prudentissime *Gailus in tractat. de Arrest. Imper. cap. 1. num. 11.* monet his verbis: *Periti Judices non debent precipitare Arresta sua & prapropere ad nudam petitionem cujuslibet illa indiscretè decernere & promittere.* Das Rummer Recht nicht allbald und unbedächlich verflatten / sed prius causam saltem summarie examinare &c. Simile est monitum *Corporum Respons.*

electoral. 28. n. 1. & 2. lib. 4. sic scribentis: *Cum remedio Arresti sub-
veniatnr Creditoribus de Jure saxonico contra Jus Civile, quo debitor
prius legitime convinci, ac postea demum ad solutionem pulsari debet,
nullo ab executione Processu inchoando, non certe nimis ad arrestum erit
properandum. Creditores sanè circa petitionem arresti contra debito-
rem nunquam non faciliores, quàm par est, reperiantur, sed iudicis
officio incumbit, malo huic prudenter occurrere, & ante concessionem
arresti singulas quasque circumstantias bene ponderare, an causa arre-
sti sufficiens existat, vel non, ne ex temerario ejus indultu debitor famâ
periclitetur.* Idem propter frequentes arrestorum abusus requirit.
Statutum Hamburgense *artic. 2. tit. 17. part. 1.* Plures monent causæ,
ut eâ in re consideratè procedatur. Primò enim arrestum executionis
species est, *Peck. de Jur. sistend. cap. 3. num. 4.* à quâ regulariter non
est inchoandus processus, *l. 1. C. de Execut. rei judicat. l. nec quicquam.
§. ubi decretum. ff. de Offic. Procons.* nisi ex causâ admodum urgente, &
4 spes deficiat, juris sui aliter consequendi. Deinde arrestatio personæ
rei plerumque ad alterius ignominiam cedit, cujus existimatio & fides
inde suggillatur atque imminuitur. Unde magnæ injuriæ instar ha-
beri & ignominiam irretractabilem esse dicit *Jason in l. 4. §. qui con-
demnatam. num. 22. seq. ff. de re judic. Coler. de Process. Execut. part.
5 2. cap. 3. num. 154.* Præsertim inter mercatores, quorum mercimonia
fide tanquam fundamento nituntur; quæ sæpè uno arresto everfa aut
infracta esse, experientia docuit; Sed justitiæ adversum, cum discrimi-
6 ne alterius existimationis temerè vagari. *l. Prætor edixit. ff. de injur.*
Multi hoc parum curant & putant, si alicui injuria fiat, eam in ipso pro-
cessu posse reparari & actione injuriarum iniquè arrestato consuli: Sed
illi cogitari deberent, melius esse causam servare intactam, quàm post
eam vulneratam remedia querere, *l. 4. C. in quib. caus. restit. in integr.*
& nunquam actionibus eradicari satis & emendari injuriam, quin ali-
quid infamiæ & damni reliquum sit, uti pulchrè discurret *Peck. dict. tra-
ctat. cap. 29. num. 4. & in eod. tract. cap. 16. in pr.* ait: Non dubium
esse, quin gravi injuriâ afficiatur, qui ex causa non legitime sistitur &
7 arrestatur, cujusve bona nullo jure detinentur. Tertiò multæ lites &
& controversiæ ex arrestis extraneorum oriuntur inter vicinos Principes
& civitates, quibus sæpè universitati plus nocetur, quàm singulis arresta
profi-

proficiunt. Imò datur occasio contra cives juri rectoris, ut in vicinis locis contra arresta nunquam queant esse securi, quod tamen inique contra eos intenditur, qui jure arrestandi nituntur, aut beneficio de non evocando gaudent. Tandem quare qui attendit, quam iniquum sit, libertatem personæ aut dominia rerum, quæ communi gentium jure securitatem & favorem habent, imminui & impediri, antequam id jussu fieri constet, ille non poterit non improbare arresta temeraria. Hinc etsi vel statuto aut generali consuetudine arrestandi licentia fiat, ea tamen cum temperamento rationis intelligenda est, ut non sit vaga æque indistreta, neque imperitorum Judicum affectioni & turpi lucro cum ignominia alterius subiecta. *Gail. dist. cap. 1. num. 12.* In considerationem præambulam veniet, (1) an ipsi arrestandi potestas sit; (2) an arrestum petendi causa; (3) qualis sit persona petens; (4) qualis persona aut res arrestanda; (5) quod debitum, ob quod arrestatio fieri debeat; (6) an iusto tempore; (7) an iusto loco imponendum; (8) an rite petatur. Singulas circumstantias providus & circumspexus Judex in concedendis arrestis diligenter considerare debet. *Gail. de Arr. Imp. dist. cap. 1. num. 11. in fin.* Pars etiam, quæ arrestum petit, sive vivâ voce, seu in scripto ea, quod ad sint, breviter licet narrare & allegare. *Rechuff. ad Ordin. Reg. part. 1. tit. de lit. oblig. art. 6. gl. 3. num. 58.* In singulis enim est, quod probè attendi debet, uti sequentia capita pluribus explicabunt. Præcedet itaque summaria quædam cognitio & examen de jure potentis. *Caroc. in tr. de sequest. quaest. 1. n. 1. part. 3.* Si omnia adsint, quæ ad justum arrestum ex jure aut consuetudine desiderantur, Judex tenetur illud imponere, & sine justa causa recusans denegatæ atque protractæ justitiæ reus est, iisq; actionibus ob damnum inde illatum ad interesse à parte conveniri potest, quæ contra Judicem perperam judicantem, aut qui litem suam fecit, repertæ sunt. *Coler. de Process. executiv. part. 1. cap. 3. num. 116. & seq. Godeu. Consil. 106. num. 6. Carpzov. in Jurisprud. Romano-Saxon. part. 1. Constit. 29. de fin. 24.* ubi sic pronunciatum refert: De quibus hic agendi locus non est. Ubi ex summaria inquisitione constat, arrestum non rectè peti, nec salvo jure & ratione posse decerni, abstineat ab impositione Judex, quæ non nisi Judici & parti molestiam & damnum inferre potest, uti infra de potestate arresti injusti dicitur. *Er-*

- rant juxta & peccant isti Judices, qui sub initio iniqui arrestatoris desideriis potius gratificantur cum arrestandi injuriâ, quam ut Jus observando velint inter alienas injustas libidines cum innocentia malè traduci; cum tamen & gratiæ loco à parte, cui consulere volunt, tandem consequantur imperitiæ exprobrationem, ab alterâ ad pœnam infestentur, conscientia & opinionis suæ nunquam securi. Tale apertè iniquum arrestum cum periculo partis (uti vulgò excusari solet) imponere, est scienter injuriam cum alieno periculo facere, quod minimè decet Judicem, cujus est, prudentiâ & justitiâ cæteros antecellere, jus in iavitos dicere, & iniqua petentes repellere. Non moveat perversa partium instantia, ubi obstat, quæ omni causâ potentior apud Judicem esse debet, Justitia: Occurrit sæpè dubius casus, in quo non liquere potest Judici, ex prævia summaria discussione, arrestum, justum sit nec ne, sed de eo ob ignotas facti circumstantias dubitare cogitur. Quid verò tunc observandum? Existimo decernendum arrestum, si petitor sufficientem cautionem præstat de servando indemne tribunal & refundendo omne interesse & expensas in casu succumbentiæ, ne Judex vel Judicium inde aliquod damnum & incommodum incurrat. Id quod ex ratione, quæ jubet Judicem elaborare, ut Judicium assecuretur, *6. Ecclesia. X. ut lit. pendens. s. i. in. in Pract. judiciar. cap. 11. num. 17. confacendo ubique sèrè introduxit & recepit. Goler. dist. tract. part. 1. cap. 2. num. 115. & 118. Ruyb. Rosa in addit. ad Dan. Moller. Consil. saxon. part. 1. Consil. 29. num. 20. Menach. in Process. judiciar. part. 20. cap. 4. num. 3. Ruyb. Rudand. in tractat. de Commissar. part. 4. lib. 4. cap. 6. num. 4.* In questionem venit, utrum offerente cautionem in dubio casu petitor super ista audiendus prius sit, contra quem arrestum petitur? Ut si securius hoc foret; tamen nec necessarium, nec commodum. Cautio ista non partis, sed Judicis & Judicii causâ petitur, idè nec parti prius petitur communicari oportet; sed à Judice, arduos etiam & periculosos examinet. Rurè petitur arresti petitio eam morari, ut arrestatur audiat. Improbavimus itaque Judicis decretum, cum differret arrestum, donec super cautione pars audiretur. Magnè iniquum est, si super eo disputatio admittatur. Cautio regulèriter præstanda est idoneis fidejussoribus aut pignoribus; Juratoria hic non facillè admittitur, nisi forte arrestum petens sit persona honesta & inte-

& integræ famæ, eaq; simul præstet, ut Judex non possit non præsumere, id sine calumnia exigi, sed ex necessitate. *Carpzov. dict. const. 29. defn. 26.* Ubi arrestum petens cavere non potest indemnitati judicii in dubio nihil impetrat, sed Judex ad Jus ordinarium petitiones illius remittere tenetur. Alia quoque pro Judicibus cautela est, cum impositionem arresti decernit periculo partis, ut addat clausulam, *in quantum de jure*, hoc est, quatenus non apparebit, debitorem justam contradicendi causam habere. Eaq; uti solent propter periculum moræ, si prius discutere velint arresti requisita, sicq; cognitionem in aliud tempus rejicere. Etsi verò Judex, quem Juris suarumq; actionum certum esse decet, non faciliè tali clausulâ uti, sed discussionem causæ præmittere debeat, *l. Judex ss. ib. gloss. ff. de re judic. Bartol. in l. Et si condicionalis. 8. in pr. ff. de Autorit. tutor.* propter periculum tamen, ne evadat reus, aut bona sua aliò transferat, eo petito securius est, superfluum admittere, quàm necessaria omittere, prout pulchrè hoc comprobat in terminis *Coler. de Process. executiv. part. 1. cap. 2. num. 199 seq.* Quamò abusus arrestorum hoc seculo est frequentior, tantò in iis imponendis Judex est circumspectior; Et quia multa eorum magis æmulatione, odio, invidiâ, vindictæ cupiditate, similibusq; vitiis per calumniam sub & obreptitiè quærantur & eliciuntur, diligens & intentus esse debet, quò talibus non faciliè locus relinquatur: Non semper recurrendum est ad cautionem. *Caroc. de sequestrat. p. 3. quæst. 10. n. 4 in fin.* Nam & hæc multum incommodi habet, nec hæc evitatur aut tollitur injuria arresti. Præstat, ne hac oneretur, cavere, quàm post vulneratam causam agere. Remedium etiam adversus illa est ex juramento calumniæ, ut in aliis litibus temeritatis atque malitiæ ordinario repagulo, ita etiam circa arresta non negligendo. Nihil obstat, quin & pars petere & Judex non tantum istâ petente, sed etiam per officium deferre possit, ubi talium aliqua suspicio exurgit. *Caroc. ibid. tract. p. 3. q. 4. n. 1.* ubi in fine valdè id commendat, sicut & *quæst. 10. n. 4. in fin.* ubi scribit: Si adhiberetur, cautius fortè procederetur. Ut in compendium redigam, juxtimq; præxin hic Scriptorum videntiam, discernendum est, an statim liqueat, arrestum non esse decernendum, decretum fore injustum, & tunc abstinebit & observabit Judex scripta sub n. 17. seq. an manifestum sit, arresto locum esse, & non mo-

dò non negabit, juxta *n. 11.* sed nec petentem onerabit cautionum aliisq; incommodis & superfluis præstationibus, sed Jus sine amaritudine dicet & exequetur, nihil metuere opus habens, dum nihil agit injustè: aut verò Justitia arresti dubia est, & tunc juxta scripta *n. 14. & seq.* faciat. Mora verò fuit ea quæstio, annon, contra quem arrestum personæ rerumve petitur, ante ejus decretum sit citandus, & juxta tres jam memoratos diversos casus existimatum est, ubi rejicienda petitio, illa non opus esse ut inani: Cùm juxta eam decerni debet, non adhibendam ut non necessariam, quia, quod de jure contra absentes & non auditos rectè decernitur, citationem non requirit. *Socin. in l. 1. n. 17. C. de in jus voc.* In dubio autem, cùm Jus arresti adhuc ambiguum est, discernere convenit, utrum in mora sit periculum, veluti cùm soga seu dilapidationis metus, aut alienatio in potentio rem instat. Ut in priori specie non sinit periculum prius citari, ita permittit à communis Juris regulis recedere. *l. de pupillo. §. si quis vivos. 11. ff. de v. o.* At cùm citationis mora nihil periculi habet, præstat eum, contra quem arrestum petitur, audiri & servari communem Juris naturalis regulam, in *l. de unoquoque. 47. ff. de re judic.* Etiam in materia arresti Juris communis regulas præsertim ex Jure naturæ petitas sequi decet, si propter moræ periculum licet.

CAPUT V.

De Judice imponente Arrestum.

SUMMARIA.

1. **C**reditor propriâ autoritate arrestare non potest, sed à Judice arrestum impetrare debet.
2. Referuntur aliquot casus, ubi arresta ex privata autoritate licent.
3. Quomodo accipienda sit licentia arrestandi ex privato pacto, & quem effectum habet.
4. Licet pacto alicui privatim arrestandi licentia data sit, tamen ea uti non expedit.
5. Pena privatâ autoritate personam vel res alienas arrestantium.
6. Denun-

DE ARRESTIS.

27

6. Denunciatio, ne solvatur à tertio creditori facta species arresti privati est, & quis illius effectus.
7. Quisnam Judex legitimè imponit arrestum.
8. Mixti imperii est arrestatio.
9. Quorum illa in Imperio Romano-Germanico.
10. In arrestis requiritur competentia Judicis.
11. Forum domicilii ordinarium est, & concurrat cum quovis alio.
12. Persona vagabunda ubique habet forum competens. n. 14.
13. De cujus foro non constat, is forum sortitur in omni loco.
15. Fugitivus judicatur, ubicunque reperitur. num. 17.
16. Suspectus de fuga eo loco habetur, quo fugitivus.
18. Clericus fugitivus aut de fuga suspectus detineri potest à Laico.
19. Ex conventionem Judex ad arrestandum fit competens.
20. In certo loco arrestandi licentiam faciens debitor, alibi arrestari non debet.
21. Statutum, privilegium, aut prescriptio prorogans jurisdictionem Judicis alias incompetentis, facit ad arrestandum competentiam.
22. Quis in civitate imponit arresta.
23. Stylus & consuetudo judicii observari debet.
24. Senatus an imponat arresta.
25. Judex in causis civilibus non decernit arresta, nisi imploratus.
26. Jus, quod ex facto oritur, Judex divinare non debet.
27. In iis, quæ ad Rempubl. pertinent, ex officio Judicis nobili arresta decerni possunt.

A Restum propriè actus judiciarius, idèdèq; jurisdictionis est, & pro impetrando eo Judex necessariò adeundus, nec licet creditori aut parti proprià autoritate arrestare personam vel res sibi obligati. à fin. ib. Bald. num. 2. C. de Exhib. reis. Oldrad. Consil. 88. num. 3. Celler. de Process. executiv. part. 2. cap. 1. num. 1. Duo hi casus excipiuntur aut potius, quia impropria arresti species sunt, sub hoc non continentur.

D 2

rinentur. Primò, si ipse debitor fugitivus sit, & Judicis copia statim
 haberi non queat, aliave ratione periculum in mora sit. *l. ait prator 10. §. si debitorem 16. ff. de his, quæ in fraud. credit. l. generali 54. c. de Decurionib.* Ex quibus textibus concluditur, debitorem fugitivum pri-
 vatam etiam capere & tamdiu detinere posse, donec Judici sistat. Quod
 ita ob periculum moræ recipitur, ne, dum acceditur Judex, elabatur
 debitor. *Gail. 1. observ. 48. n. 14.* Ex qua ratione in similibus casibus
 idipsum impune erit. Quomodo aliquando excusatum, cùm creditor
 res sui debitoris apprehendisset, & in suas ædes duci coegisset, ne occul-
 tarentur vel distraherentur. Secundò is casus excipitur, si etiam con-
 ventione ea licentia data sit creditori, ut privatà potestate ex bonis de-
 bitoris solutionem quærat & sumat *l. creditores. 3. c. de pignorib. l. pi-
 gnoris 11. c. de pignor. action. l. 1. c. si in caus. judicat.* quod explicat
Coler. dict. tractat. part. 1. cap. 5. num. 94. & mult. seqq. quem omni-
 nò in hac materia consule. Frustrà hoc capitur, quasi id communi
 non modò Jctorum sententiæ, sed etiam legibus contrarium sit, istam
 planè prohibere. Non aliter unquam sensi, ac quod omnes sentiunt.
 Ea, quæ sunt jurisdictionis publicæ, non modò non posse à privato su-
 mi, sed nec à privato concedi contra regulam in *l. non est singulis. ff. de R. 3.* Jurisdictio enim consensu privatorum nemini datur, qui a-
 liàs istam non habet. *l. 3. c. de jurisdict.* Qui enim alteri concederetur,
 cujus non est Jus penes concedentem. *l. nemo plus. ff. de R. 3.* Ideò
 3 etiam existimo, tale pactum, quod arrestandi licentiam tribuit in iis
 speciebus, ubi Jurisdictione opus, nihil ex ea tribuere, sed ita intelli-
 gendum esse, ut Judex pro ea necessitate adeatur, quomodo post *Bar-
 tol. & Jason.* exponit *Coler. de Process. executiv. part. 1. cap. 7. n. 13.*
 tantum operari, ut eò celerius & sine longa mora fiat, quod conventio-
 ne concessum, juxta *l. 3. c. de pignor.* quam Interpretes de tali vi pacti
 intelligunt & explicant. Attamen ut etiam sine jurisdictione aliquid,
 quod Arrestorum proprium fieri, idq; à debitore in se cedi potest: Ita
 quoad hoc minimè inane est illud pactum. Est enim inter alia, quæ ad
 executionem pertinent atque arrestum, quædam differentia. In illis
 uti omne jurisdictionis privativè proprium, ita nihil pacto utiliter per
 debitores in se suaq; cedi potest. At circa arresta multum est, quod
 etiam privatis licet, nec jurisdictionis est, ideò non ita planè inutile
 pactum,

pactum, quod arrestandi jus privato concedit. Nam utut non aliter accipiendum sit, quàm ut quod ex arrestis tantum publicæ potestatis existit, id per hanc fiat, quod privatæ licitum manet, hoc creditori sine Judice ex eo liceat, ita multum civilitatis habet. Ut non dicam jam quid in casu, cum debitor fugitivus vel vagabundus est, propriæ auctoritati vacat, quæ eò magis licita liberaq; erit, ubi pacto fuerit indulta, primò ad detinendum personam & res debitoris in loco, ubi reperiuntur, antequam Judex aditur, ex eo facultas existit. Siquidem enim ille abiturus aut has alibi translaturus sit, sine injuria ex vi pacti sui creditor sine Judice sistet, & alia molienti justè resistet, donec Judicis copiam habeat. Quod valdè expedit, ubi hæc non est parata, uti non paucis, quando in debitores suos alibi inciderunt, profecisse scio, aliàs, nisi ob fugam non licet, ex pacto verò justificatur. Secundus pacti extra jurisdictionem & sine eà effectus est in custodia ejus vel rerum, in quem vel quas arrestum judiciale intenditur, ne elabantur. Quod etiam citra pactum non licet, nisi in fugitivos. Ex pacto verò rectè fiet adversus omnes, quos quorumve res arrestare licet. Evenit aliquando, ut, cum in urbe & ædibus civis debitorem suum reperiens, ne se viso hic statim discederet, vel se occultaret, metuens, famulum suum istum observare & ab eo non discedere juberet, ipse ad Judicem pro arresto properaret, ut violatæ velut jurisdictionis argueretur, nec parum difficultatis in causa arresti, quod petebat, sentiret. At nihil in eo vituperari posse concludebatur, qui nihil præter custodiam pro arresto innocentiam intenderat, eò minùs culpandus, si etiam ex pacto secisset. Tertia utilitas pacti est, quodd etiam id, quod ex jurisdictione publica sub ejus obtentu impune sumi nequit, si tamen Judex permittit vel connivet, parti propter pactum nihil querelæ, actionis vel exceptionis exinde competet, sed quæ ipsam innocens erit. Quarta est in denunciationis usu, per quam apud eum, qui res debitoris in manu habet, impetrabitur, ut huic non reddat, nisi priùs creditori satisfecerit. Quæ cum aliàs non sine effectû sit, tum tantò majorem habebit, ubi ex pacto & concessione debitoris sit. Etsi verò pacto dari potest jus privatæ auctoritate arrestandi, diligenter tamen monendi sunt creditores, ut extra casum periculose moræ non faciant arrestationes proprio motu, nec jure suo utantur cum periculo, sed ministerium Judicis adhibeant.

Jafon. in l. justè possidet. 11. num. 16. & 17. ff. de acquir. posses. Matth. de Affici. in constit. Neapol. lib. 1. rubr. 8. num. 23. Alium casum definit Statutum Hamburgense, das Hamburger Stadt-Recht / part. 1. tit. 17. artic. 4.

Da ein Frembder wegfertig / und sein Gut alsbald mit sich weg zu führen fürhabens ist / solch Gut mag unser Bürger / so Anspruch darzu hat / für zweien glaubwürdigen Bürgern in dieser Stadt / auch für Bönnen und Thoren / ohne Erlaubniß des Rechten / bekümmern / jedoch soll er alsobald und ungesäumt den angelegten Arrest einem der Worthaltenden Bürgemeister / oder der Gerichtsverwalter / anmelden / und denselben ferner verfolgen / wie hernacher verordnet.

Rationabilis & æquissima est hæc decisio, quæ licet ex jure locali sit, tamen ubique contra peregrinos discessuros aliosve res suas sub alienam jurisdictionem translocaturos ex ratione justè observatur, ut si talis occurreret casus etiam extraHamburgensem ditionem sic pronuntiandum putarem, ideoq; impune pari modo à quoquam agi extra istos casus. Si quis ausus fuerit non implorato Judicis auxilio personam vel rem alienam propriâ autoritate detinere, is tanquam violentiæ reus judicetur, secundum ea, quæ disposita reperiuntur in l. extas. 13. ff. quod met. caus. l. si ex stipulatione. 5. ff. de acquir. posses. l. nec ex vera. 9. C. eod. l. in possessionem. 5. C. ad l. Jul. de vi publ. l. 2. C. vi bon. rapt. l. 1. C. ne quis in sua caus. l. Julianus 16. ff. de judic. Quæ Juri etiam ad arresta non iniquè applicant, modò cætera, ad quæ severitas legum respicit, sint paria. Mitius contra ea disponit Statutum Lubecense, quod improbat illud arrestum privatum, & arbitrariè puni, non autem amissionem debiti irrogat. artic. 4. tit. 12. lib. 5. Severius alii censent, putantes eum, qui debitorem non fugitivum vel res ejus privatim arrestat, non modò debitum perdere, sed etiam pœnis corporalibus afficiendum esse, ex Matth. de Affici. Peck. de Jur. sistend. cap. 19. num. 2. Id quod arbitrio Judicis relinquendum erit, qui gravitatem facti ex circumstantiis æstimabit & puniet. Apparitor, nuncius vel lictor Judicis non potest nec debet ad solius creditoris instantiam sine expresso & speciali Judicis mandato personam aut bona aliquj

ejus arrestare, sed si id factum non modò arrestum justè spernitur, sed tam id procurans, quàm ipse minister exemplariter puniri debet. *Peck. cap. 19. num. 5.* Denunciatio est quædam velut species arresti privati, quando creditor sui debitoris debitori denunciat, ne solvat suo creditori. Talis denunciatio de non solvendo vel tradendo per se quidem denunciatum non obligat, ne det vel faciat: nihil enim ille potestatis in hunc habet, nec hic erga illum ex ipsa quidquam obligationis, ultra quam lex injecit. Quod ex JCtis plures adduxit, ut statuerent, ejusmodi denunciationes privadas inanes & sine virtute astringendi esse. *Bartol. in l. non solum. §. morte. n. 35. ibid. Bolognet. n. 149. ff. de O. N. N. Castrenj. in l. si fundum. c. de Rei vindicat. per text. in l. Papinianus. ff. de Public. in rem act. l. utrum. ff. de constit. pec.* Attamen accedere potest, ut ista vim obligandi habere, idè debitorum debitoris ad solvendum seu resinendum obstringere possit. Quod est injusta causà à parte denunciantis, & æquitate obsequendi à parte denunciati, quæ inest officio humanitatis, charitatis, juxta hujus illud compendium, ut, quod quisque sibi fieri velit, alteri etiam faciat. Atque sic JCti sentiunt, denunciationes, ubi ex justa causa sunt, non inutiles & otiosas esse, sed efficere, ut debitor statim non solvere, sed judiciale arbitrium expectare debeat, aliàs in dolo esse videatur, nec sine periculo sit. *d. l. non solum. §. morte. ff. de N. O. N. l. quædam. §. nihil. ff. de edendo. l. ut prætor. §. si quis particeps. ff. quæ in fraud. credit. d. l. si fundum. c. de rei vindic. l. 1. §. sed etsi contra. ff. quod vi aut clam.* Atque cum hac exceptione intelligunt suprà allegati Dd. & alii, quod de vi denunciationis scribunt, ex justa causa ei potestatem non levem tribuentes. Quæ verò pro tali habenda sit, arbitrio Judicis relinquitur, quòd denunciato expectandum, antequam solvat vel præstet, ad evitandum periculum, quod aliàs sibi ex denunciatione spretà, si fortè sperni non debuit, accidere posset, ut monet *Bolognet. d. c. loc. n. 140.* Sunt verò & alia, quæ circa illam observanda esse putatur. Nec sine ratione: Veluti primò, ut non tantùm justa denunciandi causa adsit, sed etiam ea denunciatio significetur & demonstretur, quo quid sibi faciendum certius statuatur, *Bolognet. in d. §. morte. n. 147.* ubi dicit, originalis scripturæ exhibitione, eum de veritate & jure crediti informandum esse. Secundò, ut res sit integra, & denunciatio adhuc liberum, ut se-

ut secum, donec ad Judicem eatur, retinere possit. *Jason. in dict. §. morte. n. 34. Job. Butrigger. in d. l. si fundum. C. de Rei vindic.* Aliàs ut præpostera nihil proficit, *ibid. Bald. n. 2. Cuman. in l. pen. n. 2. ff. pro empt.* Tertio, ut sine aliquo suo periculo & damno denunciatus non solvere, seu præstanda secum retinere queat. Pro quo evitando denunciationem justè posthabet *Jason. & Bolognet. d. loc. n. 150. Zasius in l. quamvis. n. 8. ff. de in jus voc.* Potissima autem vis denunciationis in causa est, quæ obligationem quandam injicit. Post quam deinde refert, an denunciatus illam sciverit, an ignoraverit, an de eo dubitatio sit. Ignorans non peccat, qui reddit. Sciens verò vel dubitans abstinere debet, ita *Zasius* distinguit & dissentientes conciliat in *l. ait Prætor. §. quod ait Prætor. ff. quæ in fraud. credit.* Consultius semper faciet denunciatus, si eam litem suam facere caveat, & post denunciationem rem ad Judicem remissam sinat. Cautè facit, qui ad hanc respondet, se quidem statim non solvere velle, sed tamen, nisi intra certum tempus, quod ei tam præfigere, quàm alteri denunciare integrum, à Judice fieri inhibito, se non solvere non posse, & si solvet, exculatum esse velle. Nam quæ est vis protestationis à parte denunciantis, eadem est à parte denunciati etiam sibi consulentis. Ut ad applicationem horum deveniamus, quando instrumento debitoris continetur potestas arrestandi etiam proprià autoritate bona sui debitoris, ubi repererit, justa causa est denunciationis, idè illo debitori debitoris ostenso æquisimè impetrando, ut non fiat ab ipso solutio. Non minor ejus vis est, quàm hypothecæ, ex qua ejusmodi justa causa existit, ut & debitum quoddam non præstandi, uti hanc speciem *J. C.* tradunt, in qua obligationem dicunt denunciationem. *Bolognet. Jason. Bald. in dict. locis.*

7 Non cuivis autem Judici arrestandi potestas est, sed requiritur primò, ut imperium mixtum habeat. Quia enim arrestum executionis
8 species est, non rectè imponitur ab eo, qui simplicem sine imperio jurisdictionem habet. Mixti imperii istam esse, discite ab exemplo missionis in bonorum possessionem, *l. 2. ff. de jurisdict.* cui aliàs æquiparatur. Facit quod *Gailius 1. observ. 48. n. 13.* scribit: Realem citationem, cui etiam arrestum assimilatur, non nisi à majoribus Judicibus habentibus saltem mixtum imperium fieri. In Romano-Germanico Imperio non tantùm Principes aliq; Status, quibus in suo territorio ea potestas

potestas est, quæ Imperatori in imperio, ut vulgatum Axioma habet, illud exercent, quorum in decernendis arrestis potestas extra omne dubium est, sed etiam civitates, quas vulgò municipales vocant, quæ Statibus Imperii subditæ jure arrestandi utuntur, dummodò ista iis jurisdictioni competit, quæ cum imperio est conjuncta, hoc est, si non tantum cognoscendi, sed etiam exequendi potestate polleant, *Webner. observ. pract. lit. A. verb. Arrestum*, & ex eo *Baltb. Conrad. Zahn. c. 65. n. 1.* ubi scribit, tam subditis, quàm extraneis ad implorationem seu civium seu forensium Consules municipiorum hujusmodi, quæ quid jurisdictionis habent, competere. Haud talium civitatum tam vilis nunc est conditio, quomodo olim sub Romano Imperio veteri. Nuda tunc illarum erat jurisdictioni sine imperio, cujus levia quædam tantum indulgebantur. *l. ea quæ ff. ad Municip.* Hodie verò non tantum jurisdictionem habent, & plerumque majores omnimodam, sed etiam regalia ex concessione vel præscriptione sua fecerunt. Ut abusive municipales, si ad antiquum ejus verum usum respicis, dicantur, & ineptè ab illis veteribus ad modernas argumentum sumatur, imperitè iis, etsi vulgariter, quod privatorum instar sunt, applicetur. Secundo, ut sit competens necesse est. *l. fin. verb. competenti. C. de Edict. D. 9. Adrian. tollent.* Aliqui hoc requisitum non congruere arrestis putant, quod illa plerumque decernuntur in loco, cui quis subjectus non est. Sed profisciscitur illorum opinio vel error potius ex non intellectu recto competentis sensu. Nam ille, ut jurisdictioni applicatur, non respicit absolute subjectionem ejus, qui arrestatur, rerumq; ejus, sed potestatem Magistratus vel Judicis in eos eaq; quos vel quæ sub sua jurisdictione reperit. Qui quæve licet aliàs non sint de jurisdictione ista, ideoq; ut ex ordinaria jurisdictione forum competens dicimus, ita nec competens Judex dici queat, tamen quatenus sub potestate istius sunt, modò accedat, quod illam legitimam facit, jurisdictioni subsunt. Id necesse est ut accedat, quod potestatem illam competentem faciat. Quod oritur tum ex iis, quæ arrestandi jus in exteros concedunt, tum ex causis, quæ arrestum urgent vel suadent. Ex his judicandum, utrum exceptioni fori in causis arrestorum locus sit? de quo vid. plura ad cap. 18. Quia enim incompetens privati loco habetur, *l. 3. ff. de Offic. Proconsul.* nec ipsi tenetur quis parere, *Vant. de Nullitat.*

- ent. tit. de nullitat. ex defect. juris dict. num. 107.* utique elusorium erit arrestum, quod ab ipso imponetur, dum exceptio incompetentiæ vitiat ejusdem processum. *Coler. dict. part. 2. cap. 1. num. 13. in fin.*
- 10 Arrestum ex se fori competentiam facere, idè quando ex causa justum à quovis Judice utut aliàs incompetente rectè imponi, nonnullorum est sententia, quam putant astrui per Constitutionem Imperii tm X. A. zu Regensburg de Anno 1594. §. und so viele die ungleiche Meinungen. At nihil habet iste textus, ex quo firmetur opinio illorum. Tantùm explicat discrimen illicitorum & licitorum arrestorum, juxtim ex quibus causis hæc talia fiant. Singula suis Judiciis relinquit, de fori competentia ex iis nihil meminit, nedum illam ex nudo arresto facit. Unde ad hanc non sufficit sola causa, quæ arrestum justificat, sed talis juxtim esse debet, quæ jurisdictionem tribuat vel proroget, uti fieri potest per contractum, conventionem, statutum, consuetudinem, privilegium, & similes circumstantias, de quibus in hoc capite agitur: Quis sine non valet hæc propositio. Quoties justum est arrestum, à quocunque Judice aliàs incompetente ubique imponi potest. Aliena est à Juris regulis & ad confundendum jurisdictiones tendit. Quod evitandum quàm maximè, ut multis turbis & confusionibus causam dans.
- 11 Competens Judex ad arrestum indulgendum multis modis fit & dicitur. Et primò quidem, cætera si sint paria in foro domicilii, quod generale est & ordinarium, concurrens cum quovis alio foro sive contractus sive delicti, sive destinatæ solutionis, sive rei sitæ *Coler. dict. part. 2. cap. 1. num. 29.* arrestum fieri potest & manus injici in personam aut bona debitoris, uti latius excutit *Coler. dict. cap. 1. num. 28. & seqq.* quò lectorem remmitto.
- 12 Secundò, si persona, quæ vel cujus res arrestantur vagabunda, quivis Judex, ubi reperiuntur, competens est, ut, si opus sit, ubicunque arrestari queant. *Caccialup. de debitor. suspect. quæst. 4. principal. num. 3.* Ne enim creditoribus pereat actio vel facultas recipiendi sui crediti, hîc illa recipitur regula, quod ubi de foro alicujus non apparet, reus sortitur forum in omni loco. *Angel. in l. 1. num. 1. C. ubi de curial. Alberic. de Rosate in l. bares 19. §. si quis tutelam. num. 7. ff. de judic.*
- 14 Carent vagabundi jure revocandi domum nec invito auctore aut Judice alibi domicilium eligere queunt. *Gail. 1. observ. 1. num. 54.* ubi etiam explicat, quis sit vagabundus. Tertiò, eadem ratio debitoris

DE ARRESTIS.

35
 bitoris fugitivi est; Ubi is invenitur, ibi judicatur, nec potest alicubi
 excipere de fori competentia. *Dec. in l. 2. num. 17. ff. de Jurisdic.*
Zanger. de Except. part. 2. cap. 1. num. 25. Quod enim propriâ au-
 15
 toritate quis facere potest, nempe fugitivum vel ejus res detinere, idem
 per Judicem aliâs incompetentem fieri valet. *Menoch. de adipiscend.*
Possess. remed. 4. num. 422. Dec. Consil. 37. num. 6. Hoc verò in disqui-
 16
 sitionem vocari solet, an debitores vagabundi vel fugitivi tamdiu de-
 17
 tineri debeant, donec fiat solutio, an verò relaxandi sint præstitâ cau-
 tione de stando juri & respondendo in loco domicilii? De quo vide-
 scripta inferius *cap. 25. num. 78.* Quartò, quod contra fugitivum, in
 18
 dem contra suspensum de fuga propter periculum, quod in mora est,
 recipitur, ut in persona vel cum rebus arrestetur nec forum aditi Judi-
 cis declinare queat, *l. si fidejussor. 7. §. si satisfactum. 2. ff. qui satisf.*
cog. cyn. & salycet. in l. un. Cod. de probib. sequestr. pecun. modò su-
 19
 gg suspicio sit probata, de quo vid. in *cap. sequent.* Idq; procedit
 etiam in Clerico debitore de fuga suspecto, ut à Laico Judice sisti & de-
 tineri queat. *Gail. 2. observ. 44. num. 2. Mynsing. Cent. 2. observ. 65.*
 Quintò, ex contractu vel conventionione Judex ad arrestandum fit com-
 20
 petens. Sicubi enim aliquis in certo loco contraxerit, siquidem ibi-
 dem deprehenditur, ibi conveniri atque arrestari potest. Contractus
 forum facit competens in loco, ubi contrahitur, quando ibi reperitur.
l. heres absens in pr. §. si quis tutelam. ff. de Judic. l. 1. ff. de eo, quod
cert. loc. Frustrâ autem, nisi & Judici potestas sit, contrahentem com-
 pellendi, ut ibidem maneat & respondeat. Quod cum obtineri ne-
 queat, nisi etiam personam vel res detinendi facultas sit, utique jurisdi-
 ctione concessâ etiam arrestum licere dicendum est. *arg. l. 2. ff. de Ju-*
risdic. Nec conqueri potest arrestatus, qui se sistere, respondere &
 satisfacere eo in loco debet. Consentit in Judicem, qui foro se subji-
 cit contrahendo, & ille consensus excludit tum exceptionem partis,
 tum interventionem Magistratus, et si privilegium de non arrestan-
 do habeat, uti exponit *Carpzovius resp. Elector. 29. n. 26. seq. lib. 2.*
 Perinde si solutio in certum locum collata sit, ibidem fieri potest exe-
 cutio, de quibus latissimè pro more suo agit *Coler. dict. tractat. part. 2.*
cap. 1. num. 44. & mult. seqq. usque ad num. 89. quem consule & in-
 21
 frâ de eodem scripta *cap. 12.* Nedum ergò si expressâ conventionione

debitor licentiam fecerit creditori in casum moræ utendi manus injectione seu arresto personæ vel bonorum, nullâ mentione certi loci factâ, permissum erit cuivis Judici quocunque in loco personam vel bona debitoris ad instantiam creditoris arrestare. *Ripa in cap. 1. num. 78. X. de Judic. Jason. in l. si convenerit. num. 16. ff. de Jurisd. d. c.* Nec interest, quâ ex causa debitor in loco isto commoretur, an occasione transitus mox discessurus, an securitatis gratiâ, grassante fortè bello aut peste. *Immol. in l. cum res. 47. de legat. 1. Coler. d. c. cap. 1. num. 104.* Ubi certi saltem loci in pacto mentio facta est, eodem circumscripta censetur arrestandi licentia, sicuti & cum quis certo in loco, veluti Romæ vel ubicunque reperitur,olvere promiserit, non potest exactio vel executio fieri in loco, qui multum remotus sit à loco specificato. *l. Tritium. 47. §. tutores. ff. de administrat. tutel. l. fin. §. cui dulcia ff. de rit. & vin. leg. c. sedes. §. si igitur. X. de rescript. Ripa in d. c. cap. 1. num. 22. Jason. in l. si convenerit. num. 44. ff. de Jurisd. d. c.* Sexto, ⁸² quando ex statuto, privilegio aut præscriptione arrestum prorogat jurisdictionem magistratus, sicut, cum quis vel res alicujus in civitate vel provincia deprehenditur, ibidem detineri queat & respondere & judicatum præstare teneatur, Judex loci competens est, nec locum habet incompetentiæ exceptio. *Rutger. Ruland. in tr. de Commissar. part. 3. lib. 5. cap. 7. n. 10.* Adde septimò, si quisquam creditori suo seu alii cuicunque licentiam fecit, semet ubi voluerit conveniendi. Ex eo sequitur potestas, ubi reperit, detinendi, donec vel caveat vel præstet. Ejusmodi pactum vel concessio vim prorogationis habet, & forum facit competens. *l. 1. ibi Dd. c. de Jurisd. Coler. de Process. execut. part. 2. c. 1. n. 103.* Similis est illi renunciatio fori, quæ obligationibus adjici solet, similem in renunciantem tribuens facultatem. *l. pen. c. de pact.* Non verò eum effectum habet simplex illa formula, quòd conventa paratam executionem habere debeant, si non addetur ubique. Ejus is effectus est, quòd executivè procedendum sit, non verò ut in quocunque foro. Nec enim executiva in quovis foro intentare licet, sed id competens requirunt. Nec tantum in ordinariis, sed executivis fori competentia observatur. *Coler. d. tract. p. 2. c. 1. n. 6. & seq.* Quocirca in iis accedere oportet, unde aliquialiter fundetur, sicuti in terminis arresti expòsitum in *Decisione nostra 242. p. 1.*

Cum

Cùm autem in una eademque civitate sæpe variæ sint Judicum species, alii superiores, alii inferiores, spectandum est præprimis, quibus ex statuto vel consuetudine arrestandi facultas competit. Lubecensi statuto id definitum est *artic. 6. tit. 12. lib. 5.* sicut & Hamburgensi *dec. tit. 17. artic. 1.* Quod tamen non observatur Stralsundi, ubi Judicibus inferioribus licet tam personas quàm res arrestare, & quidem eam potestatem extra moenia exercent Camerarii dñe Cammerherren/ intra eadem judicio inferiori præfecti, qui vocantur dñe Richter. Quando autem in *artic. 6. tit. 12. lib. 5.* Juris Lubecensis de iis, pens quoq; jus arresta imponendi existit, ea dispositio reperitur: *Die Befragung auff die Güter geschicht durch die Gerichts-Herren/ der Personen Arrest aber von den Bürgemeistern/ welche jede Zeit das Wort haben;* in quaestionem venit, utrum Judicibus inferioribus ita arresti impositio in bonis addita sit, ut Consul Regens vel Senatus nisi per ipsos imponere non possit, idè ipsorum opem implorare opus habeat? Id quod non putavi convenire verbis statuti, quæ ita non sonant, ut privativè Judicibus sit data arrestandi facultas, Consuli vel Senati adempta, sed tantùm quòd illis arresta in bonis liceant, in personis hujus propria sunt. Quo ipso hic non excluditur à reliqua arrestandi facultate. Ratio non admittit aliam interpretationem. Nam superiori in civitate non debet non licere, quod inferiori conceditur. Cui licet quod magis est, qui non liceat quod minus? Longè magis est corpora quàm bona arrestis reddere obnoxia. Præterea jurisdictio semper ita inferioribus concessa intelligitur, ut non dempta sit superiori. *l. ult. c. de Jurisd. omni. Jud. ibi Bald. & Del. Covarraru. Pract. quæst. cap. 9.* Quod pertinet, quod vulgò dicitur, Jurisdictionem in dubio non privativè, sed cumulativè concessam intelligi. Ubique verò inspicendum est, quid stylus & consuetudo Judicii requirit. *l. ult. c. de Fidejussor. Fab. in Cod. lib. 5. tit. 13. def. 3. num. 8.* Cujus neglectus arrestum efficit nullum. Sicut ab JCtis Lipsiensibus decisum fuit, quia in foro Saxónico solùm à Judice vel Prætorè validè arresta impetrantur, Senatus verò ea non imponere solet, ab hoc imposita nulla esse. *Carpxov. in Jurisprud. Romano-saxon. part. 1. Constit. 29. def. 18.* Observandum autem, quòd licet certo Magistratuum vel Judicum generi in civitate arrestandi potestas assignatur, ea tantùm pertinet ad arresta, à quibus

processus incipit, seu quæ fundant & incipiunt jurisdictionem & iudicium. Secus se res habet, quâ illa, quæ pro causis in foro competente actis ad earum necessitatem per Justitiam irroganda sunt. Hæc non obstante statuto vel more quibusvis Judicibus, modò mixtum imperium habeant, nihilominus licent, nec ab alio Magistratu rogare opus habent.

- 26 Regulariter in causis civilibus & privatis non imponitur arrestum, nisi rogatum, ideoq; petitio partis præcedere debet. *Rebuff. ad ordin. reg. part. 1. tit. de literar. oblig. artic. 6. gl. 3. num. 58.* Pro privatâ enim utilitate non impertit officium suum non imploratus, l. 4. §. hoc autem. ib. si postulatum. ff. de damn. infect. l. 1. §. Magistratibus. ff. de Magistrat. conveniend. nec jus singulorum, quod ex facto oritur, l. si ex plagis 52. §. inclivo. 2. ff. ad l. Aquil. definit, antequam de facto constet, quod divinare non debet. l. si fideiuss. 29. §. si cum debitor. ff. mandat. Quando verò Judex ex nobili officio non rogatus procedere potest vel debet etiam pro Juris executione, arrestis non potest saltem, sed & debet uti, præsertim contra debitores Reipublicæ & facinorosos.

CAPUT VI. De causis Arresti.

SUMMARIA.

1. **A**rrstum sine justâ arrestandi causâ non est justum.
2. Contra fugam ab arresto remedium petitur.
3. Fugitivi debitores ante adventum dies vel conditionis arrestantur.
4. Contra fugitivos latitantes processus.
5. Vagabundi æquiparantur fugitivis.
6. Suspicio de fugâ justam arresto præbet causam.
7. Propter mora periculum multa singularia de jure admittuntur.
8. Fuga & preparamentum fuga eundem parit effectum.
9. Ob dilapidationem debitores eorumq; bona arrestari queunt.
10. Inge-

10. *Ingenium malitiosorum debitorum.*
11. *Opus est prodigalitatis aliquali probatione sed non plenâ.*
12. *Contumacia iusta arreslandi causa est.*
13. *Judicatum non faciens arrestis compellendus est.*
14. *Advena & extranei ex generali consuetudine Germania arresantur, quod declaratur.*
15. *Debitoribus obarati pro securitate creditorum arrestis obnoxii sunt. n. 16.*
17. *Sciens tempore contractus debitorem esse obaratum, arresta non impetrat ex ista causa.*
18. *Ob debita fiscalia licita sunt arresta.*
19. *Coercendi remedia contra eos, qui non solvunt collectas. n. 20.*
21. *An bona Statuum Imperii ob non soluta tributa arreslari possint?*
22. *Delicta iustam arreslandi causam præbent.*
23. *Annotatio bonorum species arresti est.*
24. *Cives emigraturi arrestis detinentur & quando.*
25. *Ratione juris detractionis die Nachsteuer & collectarum, quæ ante emigrationem imposita sunt, arrestatio fieri solet.*
26. *Ut civis non discedat, nisi ob cæpta judicia vel initos in loco ista contractus satisfacet, arrestis curatur.*
27. *Contra contumaces subditos præsertim rusticos remedia.*
28. *Arrestis detinentur animalia in alienis fundis reperta.*
29. *Diffamator ad probandam diffamationem rectè detinetur.*
30. *Testes ad dicendum testimonium arreslari queunt.*
31. *Alia eorum contumaciam coercendi remedia.*
32. *Subditus alterius Magistratus an rectè arresletur, ut dicat testimonium, examinatur.*
33. *Recusans perbibere testimonium mortaliter peccat.*
34. *Judici in suâ ditione obtemperare etiam tenentur peregrini.*
35. *Arresta contra tabelliones licere, donec instrumenta exhibeant.*
36. *Ob non solum dectigal arrestatio licitè usurpatur.*

37. Pre-

37. *Praoccupatores bonorum hereditariorum arrestis coercendi.*
39. *De vulturiis hereditibus remissive agitur.*
40. *Apud debitorem debitoris pecunia arrestatur in executionibus, ubi cetera bona non sufficiunt.*
41. *Hospites, nauta, caupones arrestis & retentionis jure creditorum ratione sunt securi.*
42. *Gaudent prelacione ante alios creditores.*
43. *Reipublica interest, hospitium publicum haberi.*
44. *Hospitibus jus summarie dicendum est.*
44. *Nuncii ad relationem faciendam recte arrestantur.*
45. *Ad ea, quae in judicio praestanda sunt, aliquis arresto detineri debet aliis discessurus, quod declaratur.*
46. *Reconventi pecunia ipsi adjudicata loco cautionis ad instantiam reconvenientis arrestari solet.*
47. *Ob denegatam alibi justitiam arrestis fit locus, quod declaratur. num. 49. & 50.*
48. *Denegata vel protracta justitia fides ante omnia fieri debet.*
51. *Mora solvendi in praescriptis terminis inopiam arguit & arrestis dat licentiam.*
52. *Discessuri arresto detinentur, quoties creditorum suorum causam facturi sunt deteriores.*
53. *Advena, cui fides non est habita, arresto detinendus, donec solvat.*
54. *Opifices pro mercede accipienda utuntur arrestis.*
55. *Adversus inquilinos vel colonos arrestis proceditur ob non solutam mercedem. num. 56.*
57. *Ob justitiam in aliquo loco contra malitiosos debitores arrestis uti licet his, qui jurisdictionem habent.*
58. *Cum deficit ordinarium juris remedium, quisque sibi ex necessitate jus dicere potest.*
59. *Defensio eorum, qui debita morose solvunt, à nemine honesto viro suscipienda est.*

60. *Ubi licita est sequestratio, licent arresta.*
61. *Arresta consuetudinaria sunt licita.*
62. *Arrestum Saxonicum & Lubecense.*
63. *Arresta rectè adhibentur, ubi pactis reperiuntur conventa.*
64. *Quando pactis censetur data arrestandi licentia. n. 65.*
66. *Effectus constituti possessorii.*
67. *Renunciatio beneficiorum juris de non incipiendo ab executione viam aperit arresto.*
68. *Conventio paratam executionem tribuens concedit arresta.*
69. *Arrestandi causa est ex privilegio vel prescriptione.*
70. *Quomodo privilegio arrestandi licet uti.*
71. *Privilegio non debet quis abuti.*
72. *Abusus ejus est iusta privandi causa.*
73. *Alienatio in potentiore iusta etiam est arrestandi causa.*
74. *Nec non contra rusticos fugitivos iustum est arrestum.*
75. *Ex jure retentionis fundatur quoque arrestum.*
76. *Tandem ex hypothecâ & jus arrestandi esse demonstratur.*

CIrca arresta tanquam à Jure communi exorbitantia & odiosa remedia hoc probè observandum est, quod non sufficit, debitum esse verum atque liquidum, aut æquum esse, ut præstetur, sed adesse debet causa, cur præter & contra Juris ordinem solitum, eoq; omisso per ista jus extorquendum sit. Causa specialis accedere debet, quæ arrestum iustificet. *Gail. de Arrest. Imp. c. 11. n. 2.* Quisque in jure exigendo ad ordinariam viam per juris regulas astrictus est, nec potest, nisi illà aut cessante, aut causà, cur observari necesse non sit, existente extraordinarià uti *l. auxilium 37. pr. ff. de Minarib. ibi gloss. & dd.* Quare cum à Judice arrestum petitur, non tantum inspicere debet qualitas debiti, sed præprimis exquiri causa arresti. Quà non reperià petitor cum causà ad ordinarium in foro competente processum remittendus est. Non permittendum, ut sine ea ad remedium extraordinarium & cum non levi incommodo conjunctum promiscuè decurratur. Quæ talis, unà definitione comprehendi nequit. Relinquenda

F

- quenda igitur ejus dijudicatio iusto Judicis arbitrio, qui probè discernet, quid necessitas exigat & æqua ratio non improbet. Præcipuè ad finem arresti respiciendum est. Qui iustus, cum pro eo arrestum adhibetur, id ipsum iustificabit, uti alia mederi solet. *l. oratio 16. ib. Bartol. ff. de sponsalib.* Sunt arrestandi causæ plures, nec omnes recensere licebit. Frequentiores annotasse sufficiat. Primò, ob fugam debitoris justè petitur & decernitur, cum illà interveniente non tantum res fugitivi, sed ejusdem persona non modò cum Judicis licentiâ, sed etiam sine eâ, privatâ autoritate, quando videlicet Judicis copia deficit sisti & detineri queat, *l. ait Prator. 10. §. si debitorem 16. ff. de his, quæ in fraud. creditor. l. generali 54. C. de decurionib.* quod adeò procedit, ut etiam si conditio vel dies solvendi vel faciendi nondum venerit, tamen ad cautionem præstandam debitor rectè detineatur, de quo vid. infra c. 10. n. 33. Si quoque non constet, ubi debitor fugitivus latitet, postquam in præjudicium creditorum solum vertit & incertis sedibus vagatur, ad illorum preces Imperator diplomata seu literas patentes, ut vocant, offere Patenten oder Kaysersliche Befehle / decernere solet, in eum finem ut ubique locorum in imperioprehendatur & juri sistatur, daß sie auf Recht allenthalben im Römischen Reich angehalten werden / *Gail. 2. Observ. 64. num. 13. & in tractat. de Pignorat. cap. 1. num. 6.* Ad vagabundos debitores idem pertinet, qui fugitivis æquiparantur. Nec enim judicia facile eludere possint, in persona vel rebus justè arrestantur. *Bald. in l. apertissimi. num. 9. C. de judic. Jason. in §. 1. num. 72. Inst. de Actionib.*
- Secundò, justa arrestandi causa est, si debitor, qui immobilia non possidet, non quidem fugam arripuit, de fugâ tamen suspectus est. *l. de pollicitationibus 8. ib. Bartol. ff. de Pollicitat. l. si si de jussor 7. §. fin. ib. Bald. ff. qui satisd. cogunt. Hippolit. de Marfil. singular. 42. Gail. 2. Observ. 44. num. 1. & seq. Mynsing. 4. Observ. 69.* Propter periculum, quod in mora est, cujus gratiâ multa singularia in jure recepta sunt, & per Judicem admitti solent, *l. pupillo 5. §. si quis vivos 11. ff. de nov. oper. nunciat.* ejusdem conditionis ille censetur atque qui actus fugitivus est, ita ut de eo ejusve rebus capiendis nulla dubitatio sit, dummodò tamen suspicio fugæ probetur. Tunc eundem, quem fuga, sequuntur effectum, *Coler. de Proceß. Executiv. part. 1. cap. 2. num.*

126. Quomodo ea probatio fieri debeat, vide pulchrè juxta & prolixe tractatum apud *Menoch. de A. F. Q. lib. 2. cent. 1. cas. 87. per tot. Mascard. de Probation. conclus. 824. per tot. Cravet. Consil. 847.* Juramentum etiam sufficere putatur, uti post alios allegatos statuit *Moller. ad Constitut. saxon. 29. num. 11. part. 1.*

Tertiò in casu dilapidationis, quando constat, debitorem egestate 9 laborare vel ad inopiam vergere, quia nempe est vitæ perditæ aut malè utitur rebus suis, arrestum personæ & rerum justè decernitur, tam in personalibus, quàm realibus judiciis. *l. si cum dotem 22. §. si autem. ff. sol. Matrim. Curt. in tractat. de sequestrat. quæst. 6. num. 33. Gruid. Papæ Decis. 246. Gail. 1. Observ. 147. per tot.* Id exigit vigor judicio- 10 rum, quæ futura sunt frustratoria, si, dum creditor litigat, debitori liberum sit bona, in quæ facienda est executio, consumere. Id quod inter studia decoctorum refertur, ut malint dulci luxu sua dissipare, quàm æs alienum exsolvere. Antequam Judex ex eo prætextu se patiatur permoveri ad decernendum arrestum, constare ipsi debet de prodigalitate. Qui actus eam inferant & probent, quædam congesti in- 11 Commentar. ad Jus Lubecens. lib. 1. tit. 5. artic. 10. n. 23. & seqq. Eorum probatio non ubique plena requiritur, sed propter periculum, quod in mora est, qualis-qualis Judicis informatio sufficit, quæ ipsius arbitrio relinquitur. *Marian. socin. de Citat. artic. 20. num. 67. & seq. Curt. de sequestr. in pr. num. 8.* Potest quippe Judici absque citatione partis fieri fides de suspitione profusionis per solum juramentum creditoris. *Coler. dict. part. 1. cap. 2. num. 131. & seq.* ubi plura de hac materia reperies. Neque opus est de debito illicò constare, sed qualem qualem fidem de eo fieri sufficit, nedum desuper lis ventilatur, luxus omnia consumat. Quemadmodum ex hac causa arrestum in Camera decerni refert *Gilman. symphorem. part. 1. tit. 4. supplic. 1. in fin.*

Quartò, ob contumaciam justè locus fit arresto tam personæ quàm rerum, cum videlicet aliquis sui copiam subtrahit judicio vel recusat, 12 præstare, quæ à superiore jubentur. *l. 1. l. si frater. ff. de Collat. c. in literis. ib. Innoc. X. de dol. & contumac. Bald. in l. si fidejussor. 7. §. fin. num. 2. ff. qui satisd. cog. Curt. dict. tractat. in pr. num. 12. Peck. de jur. sistend. cap. 4. num. 23. Carocinus in tr. de sequestr. part. 2. quæst. 15.* latissimè hanc causam patere & ex ea frequentissima sequestra esse do-
F 2 cec.

- 13 cet. Sic ex causa judicati ob contumaciam non facientis judicatum, arresta fieri solent, prout latè explicat *Gail. de Arrest. cap. 11. num. 4. & seq.* Imò variis in casibus arresta ad refranandam debitoris contumaciam permitti ait *Gail. dict. tractat. cap. 3. num. 18.*

- 14 Quintò, si debitores forenses advenæ aut extranei sunt, arresta ad simplicem petitionem creditorum ad eum finem, ut hos datis pignori-
bus aut fidejussoribus securos reddant, decerni, generali eaq; validâ Germaniæ consuetudine receptum refert *Gail. 2. observ. 14. num. 10.* Cæterùm sicut eam admitto, si debitores, qui arrestantur, non sunt possessionati in loco arresti aut domicilii, ita non puto aliis extra casum statuti consuetudinis seu conventionis eam posse verificari aut approbari, vid. *Coler. dict. part. 1. cap. 2. num. 110.* de quo infra plura.

- Sextò, cùm debitor aliquis in provincia vel civitate nulla possidet
15 immobilia, seu ita modica, ut non æquivalent debito, in quod obligatus est creditori, multò magis cùm plures habet creditores & multo æri alieno obstrictus est, ut bona vix suffectura putentur solutioni, ad manus injectionem rectè pervenitur detinendo personam aut bona, donec creditori satisfaciatur solvendo aut idoneè cavendo, vid. *Coler. dict. part. 1. cap. 2. num. 130.* Atque sic generali consuetudine judiciorum
16 observatur, ut processus contra tales debitores non satis possessionatos ab arresto incipiatur. Modò tamen ejusdem conditionis tempore contractus non fuerint. Si id cognitum creditori, post contractum
17 sibi imputare debet, quod cum tali contraxit. *socin. dict. tractat. de citation. artic. 20. num. 63. & seq. Curt. de Debit. suspect. in pr. num. 33.* Id non præsumitur, quando constat vel in aliquo conditionem debitoris in deterius esse immutatam. Quo casu arresti petitioni desertur, ut creditoris securitati prospiciatur.

- Septimò, ob debita fiscalia à sequestratione vel arresto processus
18 inchoari valet. *Guid. Papa decis. 61. num. 2.* Sicut contra morosos de-
19 bitores collectarum vel munerum publicorum ea remedia jure & usu recepta sunt, ut pignorentur, *Florez. Diaz. de Mena quæst. forens. 21. n. 157.* fructus bonorum sequestrentur, *l. si qui. c. de Convem. fisc. de-
bit. bona allibrata seu oneribus obnoxia auferantur & vendantur, Flo-
rez. dict. quæst. 21. num. 143. Afflic. in cap. 1. verb. vestigalia. num. 54.
quæ sunt Regal. Roland. à Vall. Consil. 79. num. 3. & 4.* debitores capi-
antur

antur & in custodia, donec solvant, remaneant. *l. nemo 2. l. quoties 3. c. de Exat. Tribut. Peregrin. in tract. de jur. fisc. lib. 6. tit. 7. num. 7. Menoch. de A. 3. 2. lib. 1. quest. 88. num. 5.* Idem ratio produxit 20 ad alia fisco debita, dummodò altiorem indaginem & ordinarium iudicium non exigant, uti pulchrè hoc declarant *Gail. 1. observ. 20. n. 7. & segg. Coler. dict. part. 1. cap. 2. num. 270.* Cujus abusum & hujus improbitatem videas notatam apud *Carocium in tr. de sequestr. part. 2. quest. 12. n. 1.* An bona Statuum Imperii ob tardatam solutionem 21 collectarum per fiscum Cæsaris arrestari & impediri queant? disceptatur. Postquam autem Constitutionibus Imperii contra morosos certus procedendi modus receptus est, nempe ad pœnam dupli vel Banni, *R. A. de Anno 1566. §. deromegen. & de Anno 1596. §. Da aber benet niger.* præter illum aliud odiosum remedium non admittendum esse, communiter concluditur. *Gail. de Arrest. c. 11. n. 32. Sixtin. de Regal. lib. 12. c. 14. num. 188.*

Octavò, justa arrestandi causa est delictum, ob quod personæ delinquentes non modò justè detinentur, sed etiam ex præviis delicti indiciis carcerari debent. Quod si absentes illi fuerint, recepta est contra illos bonorum annotatio, de qua vid. *l. 1. & 2. c. de requir. reis.* 23 quæ arresti species est, hodiernum contra reos fugitivos usitata, uti scripsi in *Commentar. ad Jus Lubecens. lib. 4. tit. 2. artic. 1. & tit. 4. artic. 13. Item tit. 8. artic. 3.* obligans etiam reorum debitores, *l. fin. ff. dict. tit.* modò delicti & post illud fugæ notitiam habeant, quæ fieri solet per edicta.

Nonò, contra cives ad alia loca discessuros abdicato civitatis jure, 24 ob eas præstationes, quæ Reipublicæ debentur, arresta obtinent, ut eorum personæ vel bona detineantur, donec solvatur aut præstetur debitum, veluti fieri solet ob non soluta jura emigrationis vel mutationis domicilii, quæ vulgò *Wachsteur* vocantur, & ex bonis mutantis domicilium, per consuetudinem, statuta aut privilegia debentur. *Gail. in tract. de Arrest. c. fin. num. 12.* Perinde si post impositam collectam civis aut subditus aliò transferat domicilium & collectas prius indictas 25 solvere detrectet, personæ aut bonorum detentio justa est. *Bald. in l. incol. num. 4. ff. ad Municipal. & ex eo Gail. in tractat. de Arrest. c. 9. num. 21.* Eadem sine injuria uti licet etiam ob privatorum actiones 26

contra emigraturos institutas aut instituendas, ex iis negotiis, quæ in civitate gesta sunt. Ut enim finiat, ubi coëptum est iudicium, aut respondeat, ubi contraxit, cogi potest arrestis; quæ nisi cautione de iudicio sisti & iudicatum solvi idoneè præstita non relaxabuntur. Quod si subditi, præprimis rustici & ascriptii ausugiant, seq; à potestate dominorum eximere tentent, ubique personæ & res illorum apprehendi & sisti possunt, vide latius apud *Gail. dict. tract. c. 8. num. 13. seqq.* & infra hoc ipso capite.

27 Decimo, præter alios coërcendi modos, quibus subditi præsertim rustici contumaces ad præstationem obedientiæ & operarum adiguntur, moribus Germaniæ invaluit per arresta personæ & rerum adversus illos procedi, dum bona eorum arrestantur, personæ carcerantur, fructus fundi obferatis horreis impediuntur, pignorationes pecudum fiunt, villa rustica cum omnibus instrumentis quasi sequestratur, &c. *Gail. dict. tractat. cap. 10. num. 1.*

28 Undecimo, si quis animalia aliena in suo prædib; deprehenderit, arresto rectè detinentur, donec pro damno per illa illato satisfiat. *Joh. Besson. ad consuet. Avern. tit. des pasturages. artic. 13. & 21. Peck. dict. tractat. de jur. sistend. c. 4. num. 24.* An à Jure communi id sit alienum, quemq; effectum ea arrestatio capiat, explicui in *Commentar. ad Jus Lubecens. lib. 3. tit. 11. artic. 1.*

29 Duodecimo, qui alium diffamat aut suum esse debitorem jactitat, ubicunque locorum reperitur, ad petitionem diffamati detineri valet, donec diffamationem probet. *Peck. dict. tractat. c. 4. num. 8.*

30 Decimotertio, testes ad dicendum testimonium arrestari ait *Peck. dict. cap. 4. num. 15.* maxime si metuendum est, ne discedat & inde testimonii copia deficiat vel difficilior reddatur. *Menoch. de A. 3. Q. lib. 2. cas. 303. num. 26. Hering. de Fidejussorib. cap. 10. num. 415. Id licitum scribit, ubi subornationis, vel ne veritas occultetur, metus agit.* Nec mirum, cum ad testificandum testes à Judice, ne veritas occultetur, cogi queunt. *l. si quando. & Authent. seq. c. de Testib. Gail. 1. observ. 100. num. 1.* Justè usurpatur arrestum tanquam contumaciæ remedium, ut supra dictum, tum ut se sistant, tum etiam ut suâ contumaciâ parti illata damna resarciant. *Pacian. de Probat. cap. 66. num. 157. part. 1. Lanfranc. in c. quoniam. verb. testimonium. num. 44. de Probat.* Ad quod alias

hæc pignorum captione, *c. fin. X. de testibus cogend. l. 3. §. exhibere. ff. de tabul. exhibend.* vel pœnalibus quoque mandatis compelli solent. Vid. *Ratger. Ruland. in tractat. de Commissar. & Commission. part. 2. lib. 2 c. 7. num. 7. & seq.* Hæc dubio carent, quoad illos, qui jurisdictionem arrestantis ut superiorem agnoscunt. Cæterum an alterius magistratus subditus vel civis alius civitatis iuste arrestetur, ut ferat testimonium coram Iudice, cui non est subditus, non extra dubium versatur. Etsi verò contra eos testes, qui extra terminos jurisdictionis commorantur, non habet locum citatio, nedum pœna contumaciæ, sed eorum superior per literas mutui compassus seu subsidiales rogari debeat ad examen & transmissionem rotuli, vid. *Rutg. Ruland. dict. tractat. part. 1. lib. 6. c. 4. num. 13. & seqq.* Si tamen in eo loco reperiuntur, ubi testimonium perhibendum erit, puto eos iuste detineri, donec perhibeant, si id spontè facere recusent, tum quia, quod ab iis exigitur, licitum & iustum est, ne veritas occultetur; *c. quousquam 14. q. 1. l. 1.* recusatio verò iniquissima, quâ mortaliter peccatur; *c. quis quis 11. q. 1. l. 1. X. de testib. cogend.* tum quia Iudex iuste utitur, suâ potestate, cui obtemperare tenentur omnes, qui degunt in provincia, etiam advenz, quamdiu ibidem commorantur; tum quia nullum infertur præjudicium arrestatorum magistratui, dum ejus jurisdictioni non nocetur in aliena provincia; tum quia hoc meretur illorum malitia negantium facere, quod sibi non nocet, alteri prodest, ut peregrè non opus habeat petere veritatis argumenta. Quod tamen non aliter accipio, atque si eo tempore, quo quis incontinenti testimonium dicere potest aut debet, arrestatio fieret. Cæterum aliquem detinere per aliquot dies ad testificandum, injuriam & nimis molestum foret, suo cum incommodo commorari coacto.

Decimoquartò, Arresta adversus tabelliones, ut instrumenta exhibeant, apparitores, nuncios & executores, ut executionis testationem præbeant, reputantur licita. *Rebuff. ad Ordinat. Regn. tom. 3. tit. de Citat. artic. 2. gloss. 4. num. 19. Peck. dict. cap. 4. num. 15.*

Ob vestigal non solum arrestationi personæ & rerum locus sit. *Peck. dict. cap. 4. num. 27.*

Decimoquintò, ex arresto remedium petitur adversus illos, qui extremum halitum defuncti expectantes possessionem bonorum hereditariam

ditariorum celerrimè invadunt, & præoccupatâ possessionis opinione sibi blandiuntur, cæterosq; hæredes absentes ignorantesve, quos ordo successionis vel propiùs vel ex æquo contingit, præventionem istiusmodi anteverunt, ut longis processibus & litium tricis defatigatos excludant. Quàm graviter vulturii & rapaces hi bonorum occupatores peccant, vid. apud *Gail. b. tit. c. 1. n. 22. Cothmann. Consil. 55. n. 95. vol. 2. sarmient. lib. 2. select. interpret. cap. 13.* Ut autem quamminimè suâ malitiâ noceant aliis, Judex facilis esse debet ad indulgendam arresta super bonis hæreditariis, quò eâ ratione commodum iniquè præoccupatæ possessionis impediatur. Vid. *Gail. de Arrest. cap. 11. n. 33.* Sed quæ sub his numeris scribuntur, pertinent ad illam speciem, ubi neuter eorum, qui de hæreditate contendunt, possidet, & non disparia illorum reperiuntur Jura. Quando autem aliquis non vulturio raptures invadit, sed possessionem licitè adeptus est, tunc arrestatio non fit, ut per eam possessio cohibeatur, sed tunc possessoris melior est conditio, & ille defenditur, antequam alius meliora jura sua doceat, uti demonstravi in *Decis. 189. per tot. part. 3.* Simile est, cum neuter adhuc possessionem est adeptus, at unius jura meliora apparent, quibus ex arresto non est obex ponendus.

40 Decimosextò, quando debitor executionem passus non habet in bonis quidquam, unde reliquum solvatur, præter nomina, tunc ad instantiam creditorum arrestatur apud debitorem pecunia, denunciando, ne solvatur immediate creditori, sed ei, cui solvendum Judex decreverit, vel ut in publico deponatur. *l. à Divo 15. §. sic quodque. ff. de re judicat. Rebuff. de liter. obligation. artic. 6. gloss. 2. num. 63. & 64.*

41 Decimoséptimò, hospites, caupones, ejus nomine, quod sibi pro hospitatione vel exhibitione nocturnâ aut diurnâ debetur, arresta merito obtinent, *Peck. dict. tractat. cap. 3. num. 2. Pingizzer. quest. 58. Cöler. dict. tractat. part. 1. cap. 2. num. 249.* cum etiam res hospitantium propriâ autoritate detinere queant, *Neguz. de Pignor. part. 2. memb. 4. num. 138.* & jure prælationis contra alios creditores gaudeant. *Neguz. ant. dict. l. n. 141.*

42 Cum enim Reipubl. intersit hospitia haberi pro peregrinantibus, *l. 1. l. nauta. 5. ff. naut. caupon. stabular. atque hospites non modò iis necessaria ministrare teneantur, l. debet. ff. dict. tit. sed etiam pro rebus illorum ad custodiam obligati sint, ut factum aliorum*

aliorum præsent, l. 1. §. fin. l. seq. ff. dict. tit. æquum est, eos in alio relevari, præsertim ut iis citò & sine longo processu solvatur, ne tædio affecti ab instituto desistant, quo nomine plura privilegia iis indulta sunt. Vid. *Pyrrb. 2. ad consuetud. Aurelian tit. de execut. ex locat. c. 7. Papon. ad Consuetud. Borbon. tit. des executions. §. 134. & seq.* Est idem quàm arresta jus nautarum, vectorum, aurigarum, impetranda pro mercede vecturæ. *Coler. & Peck. dd. ll.*

Decimooctavò arrestum apparitorum, nunciorum & executorum pro necessariâ arrestatione licitum. *Rebuff. ad Ordin. reg. tom. 3. tit. de citac. artic. 2. gloss. 4. num. 19.*

Decimononò, quoties quis in persona tenetur aliquid præstare in judicio, & huic ex discessu vel mora vel elusio metuitur, arresto rectè detinetur, donec expediat facienda, veluti ut respondeat libello, cùm opus est personali responsione, *Peck. dict. tract. cap. 4. num. 16.* dummodò & statim præfigatur non incommodus terminus, qui nocumento non sit personæ arrestatæ.

Vicesimò, cùm auctori, qui à reo reconventus aliam quàm juratoriam cautionem præstare non potuit, condemnatur ad solvendum debitoris in judicio pecuniam deponere & loco cautionis arrestum petere solet. Quod justè indulgetur, si ille in eo foro non sit possessionatus, nec in casum succumbentis reconveniendi satis cautum est. *Modestin. Pistor. illustr. quæst. 114. per tot. part. 3. Coler. part. 7. decis. 275. n. 1. & seq.*

Vicesimoprимò, quando creditor in loco, ubi debitor domicilium habet, ad debitam requisitionem jus & justitiam consequi non potuit, alibi per arresta in persona & rebus meritò detinetur, donec satisfaciat, *Köppen. quæst. 35. num. 6. Gvid. Pap. decis. 32. num. 2. Carpzov. in Jurisprud. Romano-saxon. part. 1. constit. 30. def. 14. num. 6. seq.* dummodò Judici ante impositionem sufficiens requisitæ & denegatæ justitiæ fides fiat, id quod per Instrumentum fieri solet, sine quo non properare debet ad remedium, cujus usus ex præfata causa maximi criminis tunc arguit Judicem priorem, quem præsidem & ministrum justitiæ esse decet. Deinde non porrigendum id est ad eos, quibus jus iniquè dicitur, Judex injustè procedens non dicitur denegare justitiam. l. 1. §. hoc interdicto. ff. de Liber. exhib. *Wesemb. cons. 6. num. 21.* De isto conquerens remittendus est ad ejus superiorem. Tandem & cavendum,

dum, ne sub illo prætenu usurpentur repressalia contra infontes qui non debent; hæc in Imperio Romano publicæ tranquillitatis gratiâ sunt prohibiti.

- 51 Vicefimo fecundò, uti dilapidationis vel inopiæ metum efficere nimis iniqua mora in solvendo ad terminos promissos vel in simili causa fides non adimpleta, *Goden. Consil. 100. num. 3. & 4.* sic personalis & realis arresti iusta causa habetur. *Carpzov. in dict. tractat. dict. constit. 3. defin. 15. num. 2.*

- 52 Vicefima tertia arrestandi causa est debitoris ex una provincia in aliam emigratio, ubi in loco, unde discessurus est, non relinquit tantum bonorum, ut de iis creditoribus satisfieri possit. Equissimum est detineri, qui discessu suo creditorum suorum causam in alio foro facturus est difficiliorem. *Heig. part. 1. quæst. 30. num. 20. Carpzov. dict. 1. constit. 30. defin. 16.*

- 53 Vicefimo quartò, ubi advena vel forensis contraxit in civitate ejus verò fidem non sequitur creditor, sed præsentem pecuniam aut factum expectat, tunc contra discessurum securitas arresti admittitur. *Peck. dict. tractat. cap. 4. num. 4.* Quod secus est, ubi is debitoris fidem secutus in alios dies distulit solutionem, quia arrestis onerare non potest, cujus fidem semel approbavit; *vid. script. ad art. fin. tit. 5 lib. 3. Jar. Lub.*

- 54 Vicefimo quintò opifices, à quibus debitor forensis quid emit vel sibi parari facit, donec pretium vel merces solvatur, gaudent detentionis beneficio, nisi fides ad tempus habita statim demonstretur. In dubio sic operas conficere censentur, ut statim sequatur solutio. *Peck. dict. tractat. cap. 4. num. 4. Carpzov. in dict. tractat. constit. 30. defin. 18. num. 3.*

- Vicefimo sexto, inquilinus seu conductor mercede non solutâ emit graturus detineri potest, donec pensionem vel mercedem exsolverit. uti Ordinatione Saxoniz judiciali provisum *tit. 51. §. desgleichen mann etn. & aliâ equissimum est.* Sicut & tunc arresto iustissimè utitur locator, quando conductor, sive sit colonus sive inquilinus, non solvit mercedem, ut tunc fructus fundi vel illata & inuenta detineantur, ubicunque reperta, donec, quod debet, solvat. Si enim pensione non solutâ expelli potest, uti demonstravi in *discuss. controversiar. quæ inter dominos fundorum & colonos exoriantur*, multò magis, quæ pro ista obligata sunt, arrestari queunt. Pignori ista sunt, ideo rectè detinentur,

nec

DE ARRESTIS.

nec donec solutio facta fuerit, cautione alià licet oblata, sit relaxatio.

Vicesimoseptimò, haud dubito justam arrestandi causam haberi ab omnibus defectum justitiæ & judicii in loco, ubi debitor conveniendus erat, veluti si ratione belli alteriusve calamitatis justitiam casus aut voluntas hominum introduxerit, eoq; freti morosi & malitiosi debitores creditoribus spontè satisfacere nolint, sicut hoc maligno seculo rari spontè boni sunt. Jus gentium hoc approbat, ut ibi deficit ordinarium juris auxilium, necessitate urgenie, quisque sibi jus impunè dicat. *l. generali. C. de Decation. l. ne quid ff. de incend. ruin. Coler. dict. tractat. part. 1. cap. 2. num. 276.* Quidni igitur magistratus loci, ubi tam protervè pravus homo reperitur, qui fidem stupravit suam, eum autoritate publicà coercebit. Nec vituperare potest eam exercitam potestatem, nisi qui aut juris cessantis vel fidei perruptæ defensionem, à qua integræ conscientiæ & honestæ vitæ homines abhorrent, suscipere amat. Judicet enim, cui dextra mens & vitio æris alieni incorruptum patri-
monium est, annon præster, ubi casus temporum adversus justitiam superiore seposuit, remediis quæ suppetunt, ad honestatem compellere perfidiam sub fiducia impunitatis cum alieno sanguine nutrientes, quam sub specie jurisdictionis negare necessaria remedia & scrupulos ex eo, quod deficit, injicere Justitiæ, quò magis decoctorum culpa miserorum civium damnis ad publicum privatumq; exitium nobilitetur.

Vicesimooctavò; generatim tenendum est, quod in omnibus casibus, ubi sequestratio, quæ regulariter prohibita censetur, *l. un. C. de Prohibit. Pecun. sequestrat.* locum cum ratione habet, ibi si melius per arrestum prospectum esse potest, illi, cujus interest, arrestum non denegandum esse. *Coler. dict. tractat. part. 1. cap. 2. num. 184.* Qui sint isti casus, quæ re apud *Coler. dict. cap. 2. num. 106. & mult. seqq.* & alios plures, qui de sequestratione prolixè scripserunt.

Vicesimononò, si statuto, vel consuetudine particulari alicujus loci extra casus præmemoratos permittitur, in aliqua specie arrestum, id licitum sine dubio est; quia causam habet legitimam, ex jure ipso. Tale quid Jure Saxonico receptum, ubi ad instantiam creditorum, qui narrant, debitorem labi facultatibus vel habere multos creditores, facillè conceduntur arresta, non inspecto, an, contra quem impetrantur, de-
suga sit suspectus nec ne. vid. *Coler. dict. cap. 2. num. 183. & mult. seqq.*

62 Non absimilis est arresti species, quæ Jure Lubecensi contra obæratos debitores tam vivos quàm mortuos recepta reperitur, *artic. 10. tit. 1. lib. 3. & artic. 3 & 8. tit. 12. lib. 5.* quæ ex iis regulis, quibus arrestum Saxonicum in prædicto casu circumscriptum est, dijudicari solet, nisi pateat differentia ratio.

63 Tricesimò, ex conventionem seu pacto ad arrestum justè devenitur, uti suprà scriptum est. Tale pactum omnibus contractibus adjici potest. Vid. *Coler. dict. tractat. part. 1. cap. 5. num. 8.* Quando verò adjectum videatur? id aliquando obscurum est. Cæterum non modò, si expressè debitor se suaq; ita obligat, ut liceat ubicunque seu in quovis foro ab arresto incipere, ex conventionem justa arrestandi causa est, sed etiam si id speciatim dictum non fuit, ex mente tamen contractuentium colligitur, veluti si creditori potestas data sit, propriâ autoritate debitorem vel res ejus detinendi, de quo prolixè agit *Coler. dict. part. 1. cap. 5. per tot.*

65 Si bona creditori obligata seu hypothecata sint cum constituto possessorio; hoc enim operatur translationem omnis possessionis, quæ penes debitorem est, tam naturalis quàm civilis. *Menoch. adpisc. possess. remed. 5. num. 36. Neguzan. de Pignorib. part. 4. princ. num. 14. & 20.* Quam cum propria autoritate etiam vi armatâ apprehendere liceat, sicut hoc pulchrè confirmatum reperies apud *Coler. dict. tractat. part. 3. c. 17. num. 88. & mult. seqq. Tiraguet. de Jur. Constit. possessor. num. 28.* multò magis arrestare permissum erit.

66 Eundem effectum habet renunciatio beneficiorum legis prohibentis processum ab executione inchoari, vel quod debitor & bona ejus pro pecuniariis causis non detineantur. Remoto Juris obstaculo liberum est Judici, quomodo procedere velit. Imò ex omni conventionem quocunque modo paratam executionem tribuente, arrestandi licentia datur, dummodo cætera, quæ de arrestis sub alio capite exponuntur, paria sint.

67 Ultimò, ex privilegiò vel præscriptione justè decernuntur arresta. *Eatenus nempe, quatenus jus arrestandi ex privilegio justo obtentum, aut præscriptum est.* Multorum corruptus sensus abutitur hac arrestandi causâ, dum eam licentiam putat jure transferri ad quosvis casus, ut semper, cum lubet, ille, cum quo res est, ejusve bona detineri queant. Cæterum ut in alterius injuriam privilegia interpretari nefas est, *l. neq.*

69 *arum*

opus 4. C. de Emancipat. nec inde jus totum pervertere oportet, ita non aliter præsertim, si verba & usus inveteratus aliud non exigunt, accipienda sunt, quæ de arrestis loquuntur, atque quod inde jurisdictio magistratus prorogata censeatur, in ea verò exercendâ nihilominus observandum, quod ad licitâ arresta tanquam executionis speciem exigitur, ut nempe personæ tales sint, contra quas aliàs obtinent, causa justa, debitum liquidum & ceterâ concurrunt, de quibus infra agitur. Arrestandi enim jus non tollit rationem & juris principia. His cum ad- 71 versatur, non jus, sed injuria dicenda est. Ii, qui prætextu privilegii aut observantiz iniquæ ex arresto suæ libidinis clypeum & remedium faciunt, præterquam quod DEUM summum Justitiæ Præsidem offendunt, jurisdictionis consuetam formam & ordinem perturbant, imò evertunt, in ciyes & peregrinos scandalosè injuriosi sunt, metuant etiam ne injustè usurpando seu sub pallio juris peccando, quod justè habuerant perdant, & potentiori manu priventur. Abusu enim privilegia & libertates pereunt. *l. qui sine. ff. de Negoc. gest. c. ut privilegia de privileg. Grvid. Pap. singul. 554. Guilelm. Benedict. in c. Raynutor. verb. in eod. testam. leg. 2. num. 3. X. de testam.*

Sunt multò plures causæ casusq; , in & ex quibus arrestandi justa 72 licentia est. Judicis circa istas arbitrium est, sed rationi astrictum, juxta quam ille diligenter expendere & considerare debet, primò, an causa, ob quam petuntur, sit justa, seu ita comparata, ut ob eam de jure vel ex consuetudine arresta decerni debeant & soleant. Secundò, an & vera, quod probabiliter à petente per allegationem circumstantiarum docendum, non quidem plenâ probatione, quam ea res in principio non patitur, ita tamen, ut verosimilia omnia sint, nec Judici de narratis dubitandi prægnans ratio. Tertiò, ut sit necessaria, quia non statim, quia justa, idè & congrua est arrestatio, quæ ad sui æquitatem requirit aliquam necessitatem. Quibus probè expensis justa & licita est arrestatio. Neque enim casus omnes, in quibus arresta sunt licita, exprimere est possibile, possunt occurrere plures, quàm excogitari; etiam in iis speciebus, quando regulariter arresta sunt prohibita, eveniunt circumstantiæ, ex quibus sunt licita. Tantùm circumspiciendum, an, in quibus desiderantur, occurrunt ad eam Justiciam necessaria. Ut tamen præcipuos magisq; consuetos casus in tractatu annotasse placuit,

placuit, ita aliquos præter hæcenus adductos adjiciam, in quibus arresta licitè decreta ex forensi praxi annotavi.

73 Cùm in potentio rem alienatio destinabatur, & res in eo esse dicebatur, ut propediem fieri deberet, ad possessorem de non alienando inhibitionem sine clausula decerni justum, tanquam in re jure prohibita, eaq; vicem arresti habet. Similiter cùm nominis cessio in potentio rem intenditur, æquum est, ad debitorem arrestum de non solvendo alii, quàm vero creditori, ad instantiam ejus, cujus ita fieri intererat, decerni.

74 Rusticos fugitivos vel alibi commorantes arrestandi mos & licentia est, servorum instar habentur, quos requirendi ubique potestas fieri debet. *l. 2. c. de servo. fugitivo.* Ut ubi reperti sistantur, atque ad glebam, cui ascripti sunt, sine mora recludantur, exigit tum illorum crimen, qui fugâ vel discessu sui furtum faciunt, *l. 1. c. eod.* tum Jus dominorum celeri auxilio dignum, tum æquitas & utilitas, juxta *l. pen. c. de Agric. & censit.* Et cùm privatis sit in eos jus manus injectionis, *l. ait prætor. 10. §. si debitorem 10. ff. quæ in fraud. credit.* puta, quatenus sine violatione Jurisdictionis alterius fieri potest, ita à magistratu unoquoque manus vindicantibus celeri juvamine porrigenda. *l. si coloni 14. c. de Agric. & censit.* Inde rationi convenit, & in morem venit, ut persequentibus servos, rusticos, colonos à magistratu uno ad alterum aut indefinitè literæ requisitorie *Stet. Writte* / perinde ut contra facinorosos dentur, ut arrestentur.

Occurrit & talis species, quòd fidejussor non tantùm conventus, sed etiam solvere jussus imminente adversus semet executione, petebat arrestari pecuniam debitoris, quo ex ea sibi indemnitas contingeret. Et justa arresti causa hæc visa est, tantò magis, quòd fidejussori convento contra debitorem statim atque conventus est, pari processu agere & executione procedere fas est, quantò magis si executio decreta, multo potius cùm peracta fuit executivis remediis, quorum species arrestum, locus erit.

In quibus casibus seu ex quibus causis locus est carcerationi sine dubio & justum est arrestum, tanquam carceris species, *Hering. de Fidejuss. cap. 10. n. 170.* sed tali, quæ custodiam infert mitius. At in disputationem venit, an, cùm carcer petitur, ejus loco arrestum saltem discerni.

DE ARRESTIS.

55

discernere fas sit? In eo multum Judicis arbitrio relictum esse docuit *Decis sum. tribus. 190. part. 3.* Est carceris irrogatio Judici arbitraria, l. 1. ff. de Custod. Reor. Clar. lib. 5. sentent. §. ult. quæst. 58. n. 2. sed non in libero arbitrio. Pro qualitate circumstantiarum de eo statuendum est.

Ex Jure retentionis etiam fundatur Jus arrestandi, & ex quibus 75
causis illud competit, quarum plures in textu sunt recensitæ, alias apud Molignatum in docto tractatu de Retentione videas, ex iisdem arrestatio pro illo conservando & ad effectum deducendo est justa. Utrum autem ex illius Jure obtentum arrestum cautione relaxetur? distinguendum ex qualitate debiti, liquidum an illiquidum sit? Pro ea diversitate ut creditori relinquantur vel oblata cautione decedunt bona, quod prolixius exposui in *Comment. ad Jus Lubecens. lib. 1. tit. 5. artic. 13. n. 77. & seq.* sic & arrestum durat vel relaxatur.

Ex hypothecâ Jus arrestandi est ad cavendum vel impediendum, 76
ne uti bona obnoxia ad aliena deveniant, vel aliò transferantur, ubi difficilior ejus futura persecutio, vel si metueretur alienatio vel distractio. Ut contra debitorem in ea specie decerni solet mandatum de non alienando vel transferendo ad alia loca, vel de non mutanda conditione rei, ita si quid ejus apud alium jam existit arrestatione, idem in securitatem creditoris curatur.

CAPUT VII.

De personis petentibus arresta.

SUMMARIA.

1. **C**reditorum est petitio arresti.
2. **C**redendi obligatio generalis.
3. Legatario contra heredem consulitur per arresta.
4. Propriâ autoritate licet legatario occupare bona testatoris, ubi ea conceditur licentia.
5. Nonne creditoris in instrumentis continentur heredes, et si illorum expressa non sit mentio.

6. Arresti

6. Arresti ius cessionario competit, si eamuti potest cedens.
7. Cedi potest.
8. Cessionarii utuntur omni jure creditoris.
9. Statutum loquens de creditore continet cessionarium.
10. Quomodo jure arresti, quod competit creditori, utitur cessionarius.
11. Cessionem docere debet cessionarius, antequam arrestum impetret.
12. Denunciatione cessionis opus est, antequam ad arrestum deveniatur.
13. Fidejussori arrestorum usus patet.
14. Fidejussor solvens eodem jure fruitur, quo principalis debitor.
15. Contra debitorem cessione non eget, sed sine longo processu ad indemnitatem consequendam judari debet.
16. Fidejussori aliquibus casibus, etiam cum nondum solvit, arresto profficitur.
17. Confidejussor compelli potest arresto ad reddendum fidejussori.
- 18.
19. Arrestum non petitur proprio nomine, nisi ab his, qui personam standi in judicia habent.
20. Alieno nomine quoniam petunt arresta.
21. Administratores bonorum referuntur, quibus jus est petendi arresta.
22. Per Procuratorem arrestatio petitur.
23. Speciale mandatum in causis arresti requiritur.
24. Speciali mandato eget causa, unde metuitur domini poena.
25. Causa grave secum trahens praesudicium mandatum speciale requirit.
26. Idem in exceptionibus exigitor.
27. In dubio nemo arrestum tanquam extraordinarium remedium debuisse praesumere.
28. Judicis partes cum alieno nomine arrestum petitur.
29. Argu-

29. *Argumenta dati ad arrestandum mandati. n. 30.*
31. *Satisfactio de rato tollit dubia mandati.*
33. *Conjuncta persona agit sine mandato.*
34. *Restrigitur in iis, quæ speciale mandatum desiderant.*
35. *An in arrestis?*
36. *Socius pro socio utitur jure arrestandi.*
37. *Socii invicem censentur dedisse mandatum speciale.*
38. *Consortes litis omnia jussè intendunt pro se invicem, quæ speciale mandatum requirunt.*
39. *Ubi civitas ex statuto vel privilegio gaudet jure arrestandi, intereſt, an causis, an personis civium illud indulgeatur. n. 40.*
40. *Civium nomine qui carent, non utuntur eorum privilegiis.*
41. *Cives sunt, qui in suburbis aut vicis ad jurisdictionem civitatis pertinentibus habitant.*
42. *In civium privilegiis non attenditur locus contractus.*
43. *Civium privilegium de arrestando quomodo accipiendum.*
44. *Forenses non gaudent civium jure speciali.*
45. *An heredes civium.*
46. *Quæ non sunt transmissibilia, cessibilia quoque non sunt.*
47. *Personarum jura singularia cedi non queunt.*
48. *Fidejussor, qui arresto compulsus est à cive ad solutionem, eo remedio uti non poteſt, cum forensis est.*
49. *Judicum cautela in adhibenda pro extraneis arrestatione.*
50. *Scholares gaudent privilegiis civium. n. 51.*
52. *An jure arrestandi.*
53. *Cives an rectè utantur arrestandi privilegio ratione nominum, quæ à forensi cessa sunt. n. 57.*
54. *Cessio in personam privilegiatam facta an valeat.*
55. *In potentiores prohibita.*
56. *Cessionarius nihil juris amplius transfert, quàm habuit cedens.*
58. *Arrestum aliunde quàm ex privilegio justum, cessionario permissum est.*

H

Petitio

- P**etitio arresti creditorum est, quibus aliquid debetur, unde debeat non refert, dummodò debitum tale sit, ob quod executivè procedi queat. Credendi enim obligatio generalis. *l. 1. ff. si cert. pet. l. creditores 55. ib. Rebuff. & Alciat. num. 1. ff. de verb. signif.*
- Cùm ex testamento legatum petitur, arresto contra hæredem legatario consulitur etiam nonnullis in casibus, quando nondum adita est hæreditas. *Vid. Peck. de Jur. sistend. cap. 3. num. 3.* Nec mirum, cùm etiam illi competat potestas injiciendi manum in bona testatoris, quando ipsi à testatore licentia tribuitur capiendi rem in testamento relictam propriâ autoritate, ita ut non necesse sit adipisci ex manu testatoris, *vid. Coler. de Process. executiv. part. 2. c. 2. num. 29. ubi per plures auctoritates hanc sententiam communem esse ait.* Idem creditoris hæredibus licet quod ei cujus personam representant, *uti in terminis tradit Rebuff. ad Ordin. reg. tom. 1. artic. 6. gloss. 3. num. 14.* etiam intra tempus conficiendi inventarii, quo ille alias conveniri non potest *Castrens. in l. fin. §. donec. C. de Jur. deliber. Rivaquell. in tractat. le mort. saisit le vif. part. 2. declar. 11. num. 4.* Nec modo si in instrumento, unde parata executio petitur, eorum expresse facta est mentio, sed etiam si nulla. Semper enim censetur contineri eorum persona sub nomine creditoris *in termin. vid. Roderic. suarez. ad l. post rem ff. de re judicat. §. Extensio prima num. 10.* Id vero in petitione opus, ut titulum suum doceant & verisimiliter demonstrent. *Boer. decis. 10. Quomodo id fieri possit vid. Coler. dict. c. 2. num. 26.*
- Porro quoties ex communi ratione pacto vel conditione obligationis creditori permissum est jus arresti, transit idem in quemvis singularem successorem, cui obligatio vel jus crediti ceditur. sic ut cessionarius eadem potestate gaudeat quâ ipse cedens. *Rebuff. ad Ordin. reg. tom. 1. artic. 6. gloss. 7. num. 42. Peck. dict. tractat. cap. 3. num. 6.* Id enim extra controversiam est, jus manus injectionis etiam in personam debitoris, in alium per cessionem devolvi posse. *Rivaquell. de retract. conventional. §. 26. gloss. 3. num. 34. per text. express. in l. Imperator. 7. ib. pecunia accepta manus injectionem vendiderat ff. qui sine manu miss. vel libertat.* Ideoque si ex pacto vel statuto, creditoribus vel creditis hoc jus competit, quod parata gaudeant executione, judicatur ex ratione, idem prodesse creditoris cessionario ad consequendum suum per

per istiusmodi remedia. *Vivinus in Commun. Opinion. verb. statutum executionem. Castrens. in l. postulante 44. num. 6. ib. Alexand. num. 9. ff. ad sc. rebellian.* Quia enim in ipsum translatae sunt, omnes actiones juris interpretatione repraesentat ipsum creditorem *l. 2. C. de Donat.* ideoque & creditor recte vocatur *l. ab Anastasio 23. verb. vel alium creditorem C. Mandat. ib. gloss. & Dd.* Atque statutum loquens de creditore comprehendit etiam cessionarium. *Bald. in l. 1. num. 23. C. de obligat. & actionib.* nisi diversa statuentium mens aut disparata statuti ratio, cessionem non admittens aliter exigat. Id verò à nonnullis requiritur, si cessionarius arrestis frui velit, ut ex persona & nomine cedentis eadem petat idq; in petitione exprimat. Sed nec in praxi id attenditur, nec ea subtilitas justam habet rationem. *Rebuff. dict. artic. 6. gloss. 3. num. 42.* Postquam enim ille in omne jus cedentis succedit, pro creditore habetur, utiles suo nomine exercet actiones, quae tantum praestant atque directae, subtilius quàm utiliter diversitas quaedam asseritur, in his, quae effectu discrepare non debent. Idem enim quoad hunc in utilibus est juris, quod in directis. Ut doceatur cessio ejusq; titulus ad impetrandum arrestum omninò necessarium est, ut nisi eo praevio iudex in personas aut res decernere non debeat, *de quo plura vid. inferius cap. 10.* Ulterius & hoc requiritur, ut antea denunciet, cessionarius debitori cessionem sibi factam, quò sciat, cui solvere debeat, cum nihil propter ignorantiam imputari queat non solventi, *Peck. dict. cap. 3. num. 6. Alciat. 11. l. 1. n. 74. ff. si cert. pet. & in l. quoties 69. ff. de nov. oper. nunciat.* ubi ait, sapissimè se vidisse dimissos debitores ob hoc non legitimè servatum. An quae hactenus de cessionariis dicta, ad illa arresta porrigenda, quae indulgentur ex statutis seu privilegiis, quae certarum personarum mentionem faciunt, dicam infra sub hoc capite.

Eadem ratio circa arrestorum jus est fidejussoris, qui solvit aut quoquo modo creditori satisfecit. Quando is luit & redemit suà fide aut pecunià obligationem & autocheiron debitoris principalis, eodem jure fruitur contra debitorem principalem, pro quo solvit, quo uti potuit vel usus contra ipsum est creditor id jus ex pacto vel statuto habens. *Cyn. in l. un. quaest. 2. C. de Confess. Rebuff. dict. tractat. in Ordin. Reg. Gall. tom. 1. artic. 6. gloss. 3. num. 7.* Nec eget cessione contra debi-

- torem, quia mandati actionem habet, cujus illud hoc loco privilegium est, quod fidejussori eo ipso, quod solvit aut aliter satisfecit creditori, ad illius instantiam statim absque ordinario processu & judiciorum solennibus contra principalem decernitur executio, ne in hoc sit deterior conditio fidejussoris quam principalis. *l. presenti 6. c. de his, qui ad eccles. confug.* Sicq; observat praxis quotidiana, cujus æquitas manifesta est, ut, qui fidejussorem suum non liberat ab arresto vel aliis remediis executivis, ad primam instantiam sit obnoxius & querendi nullam causam habet, cum alter petat resciri, quod ille pro isto sustinuit. Id verò ad arrestum non prærequiritur, ut fidejussor se conventum ab alio denunciaverit debitori, ut ipsa executio fiat, non nisi præviâ istâ denunciatione procedit. Non tantùm verò cum solvit, fidejussor arresti remedio ad suum recipiendum gaudet, sed etiam si eò res sit deducta, quòd statim solutio facienda, veluti si vel jam condemnatus sit, vel mox condemnandus, uti proximè metuendum ab hoc, qui guarentigionato instrumento vel alio simili paratam executionem habente obligatus est, cui, non modò ubi aliquandiu sub obligatione stetit, antequam ad solutionem compellitur contra debitorem, ut liberetur, agere licet, uti pluribus argumentis probatum leges apud Coler. de Process. execut. part. 1. cap. 10. num. 366. seqq. Didac. segur. in l. si ex legato. num. 74. seq. ff. de verb. obligat. Heig. part. 2. quæst. 7. num. 78 & plur. sequent. Sed si & periculum rebus debitoris immineat, ut metuendum, ne non possit servari fidejussor indemnis, aut si eo in statu res sit, quòd fidejussor ad liberationem experiri queat, de quo vid. Gail. 2. observ. 29. per tot. arrestum petere, per quod securitati fidejussoris consulatur. Heig. dict. quæst. 7. n. 98. Coler. dict. tractat. part. 2. cap. 2. num. 5. Fidejussori contra confidejussorem eadem licentia arrestandi pater, in quantum ille tenetur ad refundendum id, quod solutum est. Quod quantum sit exponit Coler. dict. cap. 2. num. 11. & multis. seqq. Haud tamen sine cessione eo remedio uti potest, cum citra illam contra confidejussorem nullam actionem habet, Heig. part. 1. quæst. 38. num. 51. & seqq. nisi statuto aliud provisum reperiat, uti de Jure Lubecensi ostendit in Commentario meo ad lib. 3. tit. 5. artic. 2. num. 32.
- Petuntur verò arresta vel proprio nomine vel alieno. Illud eorum est, qui personam standi in judicio habent, cum arrestum sit quædam

dam iudicii species. Hoc verò pluribus modis fieri potest atque solet à diversis. Primò ea petitio pertinet ad eos, quibus à lege defertur, 20 administratio bonorum alterius, qui res suas administrare, neque se suaq; defendere possunt. Quales existunt, Tutores, Curatores, Prælati Ecclesiarum & communitatum, œconomi, hospitalarii & similes, 21 qui circa administrandi potestatem dominorum loco habentur. *l. interdum 50. §. qui tutelam 4. ff. de Furt. l. qui fundum 7. §. si tutor 3. ff. pro emptor. c. volumus. seqq. dist. 49. c. salvator. 1. quæst. 3.* Ideoq; quoties expedit pro his, quorum iura vieri debent, arresta quaeri, non minus quàm quorum commodis præsumunt & quorum personam repræsentant, si ipsi habiles essent, ad ea impetranda admitti debent. *Rebuff. dict. tractat. tit. de liter. obligat. artic. 7. gloss. 1.*

Secundò alieno nomine arresti petitione rectè utuntur procura- 22 tores *Rebuff. dict. tractat. tom. 1. artic. 6 gloss. 3. num. 59.* Sed illud inter JCIOS controversum, an ad petendum arrestum speciali manda- 23 to opus habeant, an vero sufficiat generale, quo libera facultas agendi sit concessa? Quid alii disputant non examino. Sic vero opinor regulariter hoc iudici tenendum, ut alieno nomine arresta desiderantibus haud facile indulgeat, exhibito saltem generali mandato, *uti sentiunt Roman. consil. 60. Rebuff. dict. loc. soc. consil. 129. column. 3. in princip. lib. 1. Monach. in Process. part. 20. cap. 4. num. 12. seq. Carpzov. in Jurisprud. Romano-Saxon. part. 1. constit. 29. def. 14.* Eget omnis cau- 24 sa speciali mandato ex qua dominus in pœnam incidere possit *l. 1. §. si procurator ff. si quis ius dicent. non obtemp. l. si procurator ff. quod quisq; iur.* Sed ubi in arrestatione delinquitur vel erratur parata est pœna & ad interesse actio, quæ non potest non esse inanis si postea dominus negat se sub generali mandato istam contineri voluisse. Deinde 25 nec hæc sufficit quando agitur de causâ arduâ gravi præjudicio afficiente personam, *l. non solum §. fin. ff. de Procurat.* quale ex arrestis nascitur, quæ utut iusta suggillant tamen arrestati opinionem, & impediunt libertatem. Tertiò causâ executiva speciale desiderat mandatum *Jafon. 26 in l. inuitus num. 5. C. de Procur. Brun. à. sole in loc. communib. verb. Mandatum num. 12. in med.* Ex generali mandato non licet peragere, quæ ita comparata, ut dominus principalis illa nisi necessitate urgente suscipere voluisse præsumatur, unde ab isto omnia censentur esse exce-

- pta, quæ verisimiliter mandans voluit. Sed inter ista merito refertur
 27 arrestum, quod tanquam extraordinarium remedium, nemo præsumi-
 tur amplecti, nisi quem inevitabilis causa impellit, præsertim si arre-
 28 standus sit alicujus dignitatis, splendoris aut singularis amoris. Acce-
 dens ergo alieno nomine ad judicem, petensq; arrestum, primò exhi-
 beat mandatum judici; nisi verò id speciale sit, licet generalissimum,
 haud præcipitet iste decretum arresti. Nec tamen ea mihi mens est,
 quod statim negare debet. Fieri enim potest, ut si non expressis ver-
 bis, tamen ex mente mandantis, judex bonâ cum ratione speciale man-
 29 datum colligere queat. Veluti si traditum Procuratori instrumentum
 obligationis, in quo arresti potestas creditoris facta erat, & juxta datum
 generale mandatum, ut ad recipiendum creditum quovis remedio lici-
 to utatur; vel si generale datur mandatum cum liberâ, insertâ hac vel
 æquipollenti clausulâ, ut procurator omnia expedire valeat, quæ ipse
 constituens in factio vel jure facere posset. *Cyn in l. 1. C. etiam per Pro-*
curat. caus. in integr. Vel si in isto scriptum, quod procurator foren-
 30 sem in eo loco convenire debeat, ubi ille nisi ex arresto forum non for-
 titur. Cùm aliàs frustratorium foret mandatum, nisi speciali isto sub-
 intellecto, quo casu generale pro speciali haberi solet *Vigel. in Method.*
jur. controvers. lib. 2. cap. 3. memb. 3. reg. 4. except. 6. replic. 2. dupl. 1.
triplic. 1. 2. & 3. Vel denique si aliqua necessitas urgeat ad arrestum
 procedi, nempe quando debitor fugæ aut dilapidationis suspectus. *An-*
gel. in l. generali. c. de Decur. Caccialup. in tract. de Debitor. suspens. 2.
 31 *quæst. princip.* Quem casum attingunt & eorum argumenta saltem fe-
 riunt, qui generale mandatum arresto sufficere autumant. Ut verò
 harum conjecturarum consequentias Judex negligere non debet, ita si
 circa eas dubium suboriat, quibusdam congruam mandantis volun-
 tatem inferentibus aliis contrâ nitentibus, remedium est ex satisfactio-
 ne de rato, quæ admitti solet, quoties mandatum dubium est. *Wesemb.*
in Paratit. ff. tit. de Procurat. n. 6. Wurmbser. Pract. observ. tit. 5. ob-
 32 *serv. 18. num. 2.* Atque sic etiam circa arresta cautum esse posse Judi-
 cem, tradit *Peckius de jur. sistend. cap. 3. num. 5.* An si quis instru-
 mentum habeat, ex quo creditori competat jus arrestandi, inde man-
 datum colligendum sit? disquirat *coler. diæ. tractat. part. 2. cap. 2.*
num. 55. & mult. seqq. quem consule. Mandatum solenne ad arrestum

non

non requiritur, sed sufficit tale, unde voluntas domini mandantis constat, sive super eo instrumentum solenne sit confectum, sive solà mandantis scripturà continetur. Solennitates quippe mandati potius de rigore & subtilitate Juris Civilis sunt, quàm de necessitate aut æquitate naturali, unde inter apices juris referuntur, *Carpzov. in Respons. Electoral. 36. num. 9. lib. 4.* quorum in executivis non habetur ratio, in quibus de simplici & plano proceditur, sola veritas facti attenditur. Quando itaque alieno nomine arrestum petens exhibuit literas illius, quem causa concernebat, quæis continebatur, ut curaret suo periculo personam vel res debitoris sui, ubi deprehenderet, detineri & arresto affici, ubi de manu & voluntate scribentis dubitatum non fuit, juxta petita decretum est. In causa mercatorum id admittit *Carpzov. dict. respons. Electoral. 36. num. 8. & seq.* Non apparet ratio, quare non idem qua alios admittendum sit, eò magis quòd circa arresta sæpius occurrunt, quàm solennitatem mandatorum.

Tertiò noti juris est, conjunctam personam pro conjuncta agere posse sine mandato, dummodò de rato caveat. *l. sed & hæc 35. ff. de Procurator.* Unde colligitur à nonnullis, eidem jus petendi arrestum in utilitatem personæ conjunctæ non denegandum esse, uti & sentit *Peckius dict. cap. 3. num. 10.* Sed quia ea conjunctorum potestas restringitur in his, quæ speciale mandatum requirunt, quæ facere non possunt nisi speciatim mandata, *Covarruv. 1. var. resolut. 6. num. 5. Sichenard. ad l. 2. C. de Procurat. num. 11. Fr. Caldas ad l. 3. C. de in integr. restit. verb. implorandum. num. 8.* & inter ea arrestum numerandum, per ea, quæ suprà scripsi, utique sine discretionem id admittendum haud erit, sed ita demùm cautè procedit Judex, si jubeat ostendi arrestandi necessitatem, quàm commotus conjunctus accedit ad hanc petitionem, ac verisimile fiat, cujus nomine agitur certò ratum id habiturum, deq; eo sufficienter caveatur. Jure Saxonico expressius de eo provisum, quòd conjuncta persona sub cautione rati possit arrestum petere. *ordin. Process. judic. tit. 51. §. von etnes andern wegen.*

Quartò socius pro socio rectè petit arrestum, ubi illud necessarium. *Peck. dict. tract. c. 3. n. 9.* Isti enim propter communem utilitatem mandatum invicem dedisse censentur, ideoq; ex tacito mandato semper agunt, nempe in iis, (secùs in cæteris) quæ ad contractam societatem

cietatem ejusq; commoda vel damna pertinent. *gloss. in l. nemo 68. ff. pro soc. Trentacinq. part. 2. var. resolut. tit. de Procuratorib. resol. 8. num. 1. & 2.*

38 Quinto. Idem juris est in consorte litis *Peck. dict. c. 3. num. 8.* cui pro consorte licent omnia ista, quæ speciale mandatum desiderant, de quo semper invicem cogitasse & mandasse intelliguntur, quia commune damnum & commodum versatur. *Trentacinq. dict. tit. resolut. 7. num. 10.*

39 Sed quæ hætenus dicta sunt, ubi ex jure communi vel pacto aut statuto pro creditis parata executio vel arresti licentia data est, sine dubio procedunt. Sed quia aliquando civitas quædam ex singulari statuto, consuetudine aut privilegio jure arrestandi sic gaudet, ut ejus beneficio forenses teneantur in isto foro respondere atque effectus judicii pati, an ibidem & jam dicta obtineant, queritur, & quid juriatque æquitati consonum despicere, operæ precium est. Et siquidem non personis civium, sed causis illud jus singulare, ex statuto, moribus vel privilegio competit, nulla diversitas est, quam si ex pacto id liceat; tunc ad omnes transit hæredes & cessionarios, ad quos ipsa causa devolvitur. Sed ubi civium illud est privilegium, alia ejus ratio habenda, nec sibi ascribere possunt, nisi qui eo nomine & jure gaudent. Id non refert, ubi 41 bi cives degant, sive intra mœnia sive extra illa in suburbiiis, quorum incolæ in favorabilibus civium nomine *l. edificia ff. de v. s. ib. Alciat. Rebuff. & Gædd. & juribus duntur, uti in specie circa arresti jus testatur Pet. Peck. dict. cap. 3. num. 13.* Sive etiam in campo prædia habeant & possideant, dummodo civium loco habeantur eorumque jure 42 gaudeant, sicut gaudere solent in cæteris vici omnes qui ad civitatis jurisdictionem pertinent. *l. qui ex vico ff. ad municip. Rebuff. ad Constit. Reg. de Lit. oblig. art. 6. gl. 3. num. 44.* Hi enim catalogo civium ascripti, aut inter eos quoad onera & commoda in cæteris habiti, jura civilia recte usurpant. Nec interest ubi contraxerint an in loco statuti vel alibi. *Rebuff. ad Constit. Reg. part. 1. artic. 6. gloss. 3. num. 42. in fin.* Ita vero civibus indultum jus arrestandi, quo suos debitores in suo foro 43 ad satisfactionem astringere queant, tanquam singulare privilegium à jure communi exorbitans, non est extra literam statuti vel privilegii aut extra actus consuetos si ex moribus obtinet, extendendum, ut de quibus illud

illud loquitur vel hi usurpati sint, illi saltem in petitione arrestorum fundatam intentionem habituri sint; Forenses seu advenæ sicut à cæteris statutorum vel privilegiorum beneficiis, quæ civibus data sunt, excluduntur, prout declaravi in *Comment. ad Jus Labec. part. 1. quæst. prælimin. 4. num. 31. & seqq.* ita nec eo statuto, quod civibus paratam executionem tribuit, continentur. *Rebuff. dist. tractat. artic. 6. gloss. 3. num. 43. & 44.* Horum loco sunt civium hæredes, quamdiu jus civitatis non obtinent, quia forenses sunt, & licet in locum defunctorum quoad cætera bona succedunt, singularia tamen & personalia civium, quibus succedunt, jura non hæreditant, sed si iis uti cupiunt, jus civitatis petere opus habent. Personalialia enim non transeunt in hæredes. Cùm autem quæ non sunt ad hæredes transmissibilia, nec cessibilia, dicuntur *l. ex pluribus. ff. de Administr. Tutor. & jus singulare, quod personis tribuitur, alteri cedi nequeat, Bald. in l. quod si minor. num. 1. ff. de Minorib. 30b. Le Cier de Primog. lib. 3. quæst. 1. num. 2.* utique & de iis arrestis, quæ creditoribus ex statuto vel privilegio singulari permittuntur, secùs sentiendum, atque de iis suprà dictum est, quæ causæ & creditis singulari favore ad citiorem executionem tribuuntur. Quibus & hoc consequens est, quod si creditor fidejussorem forensem per arrestum ad solutionem adegerit, cessis omnibus isti juribus suis, ille tamen nisi civitatis jure legitimè assumpto eo jure creditoris sui personali ex cessione uti nequeat, ut debitor vel fidejussor ad ejus petitionem sic arrestetur, atque si à creditore id rogatum fuerit. Et quia arresta, præsertim si litis eventus pro arrestato succedit, non sunt sine periculo tam Judicis decernentis quàm partis impetrantis, si in aliquo cum noxâ alterius erratum fuerit, cautus debet esse Judex, cùm rogan- tur, ne favorem publicum pro civibus introductum facilè derivet ad externos, à quibus ipsi cautum non erit, nec ulla imposterum gratia, quod aliena privilegia largitur, habebitur. Quid quod extensa in alios privilegia eorum amissioni aut privationi ansam vel cum exteris contentiones atque lites parere solent. Ergò nisi alià ex causâ aliquà jus arresti forensibus fundatum sit, quod tamen præviâ demonstrationem ante omnia requirit, denegabit usum urbani privilegii pro civibus saltem permitti magistratus, cujus abusus est in nimia extensione.

An Studiosi in Academiis degentes jure gaudeant, si in urbe, uti so-

istæ domicilium habent, tale quid observetur, disquiritur? In affirmativam concedit sententiam *P. Peck dict. tractat. cap. 4. num. 12. Rebuff. dict. artic. 6. gloss. 3. num. 4.* ex eo axioma, quod Scholares gaudent privilegiis civium illius civitatis, in qua degunt, & in favorabilibus pro civibus habentur. *Job. de Platea ad L. cives. C. de Incol. Rebuff. in tractat. de Privileg. scholar. cap. 125. & seq.* Cæterum si pro impetrandis his arrestis uti velint, quæ ad studiorum sumptus requiruntur, eâq; de causâ debitores suos arrestari faciant, consentio isti sententiæ. Sed cum à studiorum ratione distet, actiones ob debita instituire, ad eas neque studentium privilegia referre licet. Academiarum Professores cæterosq; cives in aliquo loco habitantes civium urbanorum statuto sine discrimine gaudere reor.

Eam hic præterire non possum quæstionem, de quâ in Judiciis controverti solet; An si forensis civi ejus communitatis, quæ ex statuto, consuetudine vel privilegio, adeoq; jure penitus singulari utitur facultate arrestandi adversus extraneos nomen aliquod cedat, iste cessionarius ex persona sua uti queat jure arrestorum, quo tamen ipse forensis cedens uti non poterat. Sunt qui putant, eam cessionem crediti spectam in personam magis privilegiatam quoad usum privilegii non valere, & ut reperi, communis ea est sententia. *Coler. de Process. Executiv. part. 2. cap. 2. num. 34. Gvid. Pap. decis. 273. Wesenbec. in Paratit. ff. de Alien. judic. mutand. caus. num. 9. in fin. Cujac. lib. 10. observ. 3.* Nec caret justis argumentis. Textus est in *l. fin. ff. de Alienat. judic. mutand.* ubi expressè definitum, eum, qui emit nomen alienum propter edictum Prætoris experiri non posse. Cujus ea est ratio eodem textu corroborata, quod edictum, de quo agit *tot. tit. ff. & Cod. de alien. jud. mutand. caus.* est generale, quamvis alienationem judicii mutandi causâ factam arguens, ideoq; etiam opposito duriore actore locum habet. *Accurs. in l. non solum. §. 1. ff. dict. tit. Wesenbec. & Cujac. del. II.* Huc pertinet ea ratio, quæ effecit, ut cessiones in potentiores prohibentur, *de quo vid. l. 1. & 2. C. ne lic. potent. l. per diversas 22. C. Mandat. & licet quæ in his II. habetur dispositio verbatenus ad illos saltem spectat, qui potentiores sunt ob officium vel dignitatem, Sichelard. ad rubr. C. dict. tit. ne lic. potent. rationis tamen identitatis vult.*

extendi ad eos, qui potentiores sunt ob privilegia. Ipsa etiam natura cessionis

cessionis hoc determinat, cum nemo per eam plus juris in alium transferre potuit, quam ipse habuit, neque ex suæ personæ privilegiis cessionario licet debitoris conditionem reddere deteriore. Cæterum, quod dicitur cessionem non valere, non sic accipiendum, quasi omnino illicita & penitus prohibita sit, sed quod cui facta est ex suo privilegio ea uti non valeat, iisdem verò sit alligandus legibus, quibus is, qui cessit, tenebatur. Unde non denegatur actio, fori tamen privilegium denegabitur, quod non habuit cedens, ut perinde iudicium procedat, ac si reo esset res cum eo, qui iudicii mutandi causâ actionem cessit. *Cujac. d. observ. 10.* Intelligendum etiam, quod hucusque scribitur, de eo solo arresto, quod ex privilegio cessionarii unice locum haberet. Quod si aliunde ratione pacti vel alicujus causarum, de quibus supra dictum, arrestare permissum fuerit, non eo minus isto remedio cessionarius iustè utetur, quod cedenti fortè tam commoda non fuerit occasio.

CAPUT VIII.

De Personis, quas arrestare licet nec ne.

SUMMARIA.

1. **D**Ebitores sive rem sive factum debeant, arrestari queunt.
2. Possessores, qui rei vindicatione saltem tenentur, an arrestari queant, distinguitur.
3. Fœmina non carcerantur, rectè tamen arrestantur.
4. Quatenus in arrestis fœmina legitimam personam standi in iudicio habeat.
5. Fœmina, quæ maritum habet, ex iis, quæ tunc gesfit, non facile arrestanda est.
6. Pupilli & minores pro causa civili arrestari in persona non possunt.
7. Ratio ejus duplex.
8. An res pupillorum vel minorum rectè arrestentur? distinctè explicatur.
9. Arresta sicut & quævis parata executio in impuberum rebus valet ex contractibus antecessorum.

10. *Ex persona heredum non mutatur conditio obligationis.*
11. *Ætas debitoris hereditarii non infringit jus creditorum.*
12. *In obligationibus, quæ in aliis personis initium & perfectionem habent, non attenditur ætas succedentis.*
13. *Ex contractibus pupillaribus an & quando executiva remedia obtineant, remissive traditur.*
14. *Ex diverso fonte arreslandi diversam fit jus arresti.*
15. *Quando pupillus vel minor ex contractu valide obligatur & conveniri potest, subjacent bona ejus arresto statuario vel privilegiario.*
16. *Antequam contra res pupillares decernitur arrestum, discutienda est obligationis efficacia. n. 17. & 18.*
19. *Ex pacto pupillorum non valet simpliciter jus arreslandi.*
20. *Pactum parata executionis à pupillo initum non valet.*
21. *Juris executio non debet contra illum negari, qui potest conveniri.*
22. *Pactum arresti non censendum est ex illis legibus, quæ obligationes vel alienationes rerum pupillarum prohibent.*
23. *Pactum valet, ut non servat à conventionem immisio per primum decretum fiat in bona pupilli.*
24. *Tutores & Curatores regulariter ut non conveniri, sic nec arreslandi debent ob contractus pro pupillis vel minoribus initos.*
25. *Executio fieri debet in ejus bonis, cujus nomine contractum fuit.*
26. *Tutela onus non debet tutoribus esse damnosum.*
27. *In dubio tutorio nomine contractus censetur initus.*
28. *Ubi fit mentio officii, ibi officii ratione actum intelligitur.*
29. *Proprio nomine contrahens tutor, etsi pupilli gratiâ subjacet arrestis & actionibus.*
30. *Referuntur casus, ubi tutor proprio nomine contraxit.*
31. *Promissio solutionis non semper contractum proprium arguit.*
n. 32. & 33.
34. *Obligatio bonorum priorum non semper astringit tutorem.*

35. Recensentur casus alii, quando tutor ex contractu pupilli causâ inito conveniri & arrestari potest.
36. Tutor accipiens ab alio pecuniam nomine pupilli, cum hunc non solvendo esse sciret, ipse tenetur.
37. Fidejussores obnoxii sunt arrestis.
38. In processu arresti exceptiones fidejussoribus manent integra.
39. Sententia contra reum ex contractu sine novo processu non debet mandari executioni contra fidejussorem.
40. Arrestum debitoris & lis desuper pendens, non impedit arrestum fidejussoris.
41. Hæredes debitoris & fidejussoris arrestare licet.
42. Hæres una cum defuncto persona ex ejus contractu perinde ac iste tenetur.
43. Exceptio sui non facta mentionis in instrumento non judat hæredem.
44. Hæredis obligatio virtualiter inest instrumento.
45. Hæres pro debito ejus, cui succedit ex statuto carcerari potest, secus ex pacto. n. 46.
47. Pactum de arrestando hærede valet.
48. Interest, an cum vel sine inventario adeatur hæreditas.
49. Hæres sine inventario ultra vires hæreditatis tenetur creditoribus.
50. Ejus bona propria pro debitis hæreditariis executioni subjacent.
51. Creditorum priorum interventio hæreditariis non obest, nisi hypothecariorum.
52. Separatio bonorum quibus proficit.
53. Hypothecarii non egent separatione bonorum.
54. Ante tempus confectiioni inventarii indultum hæres nullatenus conveniri debet.
55. Hæres pro rata, in quâ hæres est, saltem actiones & arresta sustinet.
56. Ratione pignoris hæres pro rata, in solidum tamen tenetur.
57. Defun-

57. Defunctus heredes suos in solidum obligare non potest.
58. Renunciare quis nequit isti juri, quod heredibus suis ex singulari juris constitutione competit.
59. heredem quem esse à creditore probari debet, antequam arrestum impetret.
60. Hares non certificatus de debito iniquè arrestatur.
61. Hares cum inventario an & quatenus arrestari queat? explicatur.
62. Ultra vires hereditatis non tenetur inventarium conficiens.
63. Diversa arrestorum causa notatur. num. 65.
64. Arrestum ubi pœna est non decernendum contra heredem cum inventario, secus si remedium est occipendi justì judicii.
66. Quomodo hares statim evadere potest arrestum.
67. Notatur fraus beneficio inventarii abutentium & quomodo isti obviandum foret.
68. Contra arrestum ex debito defuncti hares non est tutus sue personæ privilegio.
69. Renunciatione hereditatis semel adita non evaditur arrestu. n. 70.
71. Successor singularis arrestari non potest.
72. Possessor bonorum hereditariorum quando arrestis obnoxius nec ne. num. 73. (restum.
74. Successor singularis ex fraude contra creditores pati cogitur arrestum.
75. Procuratores & qui alieno nomine contrahunt, an & quibus ex causis arrestari queant?
76. Factores & insitores mercatorum ex suis, non ex dominorum contractibus arrestantur.
77. Referuntur persona, quæ immunitatem ab arrestis prætendunt.
78. Cives, ubi domicilium habent, ibi regulariter sisti non debent.
79. Lubecensis Juris statutum refertur & explicatur.
80. Civis concivem extra territorium statuentium arrestare non debet.
83. Quæ pœnà puniendi contravenientes.
81. Attendendum est statutum in causâ concivium etiam extra statuentium territorium.

84. Traduntur exceptiones & restrictiones immunitatis civium.
85. Quinam civium loco quoad exemptionem ab arrestis habentur.
86. Clerici an & quatenus arrestis obnoxii?
87. In iis, quæ ad abbreviandas lites pertinent statuta laicorum etiam in foro Clericorum observari debent.
88. Executivus processus quando contra Clericos usurpatur. n. 89.
90. Pactum Clericorum, quo foro Laicorum se subjiciunt, non valet.
91. Referuntur casus, ubi arresta Clericorum Judicibus secularibus permisa sunt.
92. Jurisdictionis Ecclesiastica bodierna ratio.
93. Bona Clericorum minus privilegiata sunt, quàm persona.
94. Ubi more mercatorum agunt Clerici, utantur etiam illorum jure.
95. Scholares ab arrestis sunt exempti.
96. Non includuntur generali statuto permittente manus injectione.
97. Exceptiones ejus exemptionis notantur. num. 98. & seq.
100. Ministri Academicorum gaudent eorundem privilegiis.
101. Limitatur hoc ex ratione justâ privilegiorum.
102. Tradunt, sed minus tuto, Dd. quòd qui liberos in Academiis indusunt, arrestari non debeant.
103. Doctores, Advocati & Medici non sunt ab arrestis immunes.
104. Militum immunitas ab arrestis.
105. Milites gaudent fori prescriptione.
106. Limitatur militum exemplo. n. 107. & seq.
109. Bona militum quæ arrestari possunt nec ne.
110. Commeatum castris advenientes arrestari non debent.
111. Nobiles an contra arresta privilegiati?
112. In iis, ubi fidei suæ non satisfaciunt, nullo privilegio gaudere.
113. Duriora remedia exigit illorum perfidia. (debent.)
114. Legati non arrestantur vel represaliuntur.
115. Jus revocandi domum habent & quæ ex ratione.
116. Qui legati eâ securitate utuntur?

117. *Ob contractus tempore legationis celebratos legati obnoxii sunt arrestis.*
118. *Finita legatione expirant legatorum beneficia.*
119. *Commissarii jure revocandi domum & immunitate ab arrestis fruuntur.*
120. *Necessario peregrinantes non arrestandi sunt, quod declaratur num. 121. & seq.*
123. *Consilarii & Advocati Principum an & quando ab arrestis liberi? num. 124.*
125. *Privilegium de non arrestando immunitatem tribuit.*
126. *Ejus exceptiones notantur.*
127. *Ei simile privilegium de non evocando, quod secum continet jus revocandi domum.*
128. *Cessat hoc in delictis.*
129. *Privilegii observantia custodienda à Principe.*
130. *Differentia privilegii de non arrestando & conductus.*
131. *Salvus conductus inditis creditoribus non dandus debitori à*
132. *Pacta praestant securitatera contra arresta. (Principe.*
133. *Pacta superiorum pariunt jus & exceptionem subjectis.*
134. *Fugitivis & de fugâ suspectis non proficiunt privilegia. n. 135.*
136. *An & qualis cautio praestanda sit ab iis, qui relaxationem arresti ratione privilegii impetrant.*
137. *Privilegiati carentes domicilio ab arrestis non sunt immunes. num. 138.*
139. *Extra metas vocationis versantes privilegio non fruuntur.*
140. *Inopia non relevat ab arrestis.*
141. *Debitor inops ad carcerem vel manus creditoris adjudicari solet.*
142. *Debitor ob id, quod tempore contractus inops fuit, non liberandus ab arresto.*
143. *Sciens debitorem tempore contractus inopem esse, arrestum frustra petit. num. 143. & seq.*

145. *Latens paupertas non debet nocere creditori.*
146. *Hoc ampliatur.*
147. *In dubio creditor presumitur ignorasse facultates debitoris.*
148. *Cessio bonorum an & quatenus liberat ab arrestis.*
149. *Exceptio cessionis dilatoria, & favorabilis.*
150. *Cessio liberat ab iis, quæ corporis afflictionem continent.*
152. *Post cessionem inducitur litis pendentia & inter creditores communio.*
153. *Executiva remedia desinunt & tanquam attentata revocanda sunt post factam cessionem bonorum.*
154. *Bona debitoris post cessionem creditorum fiunt communia.*
155. *Arrestum in bonis semel cessis magis concreditores quàm debitorem concernit.*
156. *Non aliter quàm in iusta & notoria cessione procedis ab arrestis immunitas.*
157. *Quinam debitorum cessione indigni habentur.*
158. *Cessio debet fieri non verbis, sed re ipsâ.*
159. *Verbalis cessio, quæ describitur, non munit contra arresta.*
160. *Differt concursus creditorum & cessio bonorum.*
161. *Peccat iudicium de illusoriis cessionibus.*
162. *Concursifices quantum periculi sibi & aliis creent.*
163. *Cessio non obtinenda arrestis, nisi omnibus requisitis perfecta.*
164. *Cautela pro iudicibus & creditoribus contra vanitatem concursuum.*
165. *Cessio non refertur ad hæc, quæ post eam fiunt.*
166. *Creditores non possunt obistere arrestis, cum debitori bona relinquunt.*
167. *Quæ credito iuste petuntur per arresta, licet cessio facta sit.*
168. *Quando debitores non redduntur per cessionem tuti.*
169. *Quando creditores censentur approbasse cessionem.*
170. *Indultum moratorium liberat ab arrestis, quod declaratur.*

171. *Inferiorum Principum rescripta moratoria quibus præjudicant nec ne.*
172. *Provincialia statuta moratoria non obligant nisi consentientes.*
173. *Qui gaudent beneficio competentia, an ab arrestis exemptionem habeant.*
174. *Non licet hic argumentari à carcere ad arrestum, & traditur ratio differentia.*
175. *Parentes an à liberis arrestandi.*
176. *Liberi contra parentem nihil exercere debent, quod ladat extinctionem.*
177. *Casus, ubi arresta contra parentes æqua sunt.*
178. *Filio non interdictum sibi contra patris inopiam severioribus remediis prospicere.*
179. *Vasallus cum domino debet honorem, quem filius patri.*
180. *Quando contra eum arrestis uti valet nec ne.*
181. *Advena, cui semel fides habita est, arrestari non debet.*
182. *Ratio ejus traditur.*
183. *Fides habita censetur ex appposito solutioni die & factâ traditione.*
184. *Exceptiones traduntur circa arrestum advena.*
185. *Quando fraudandi animus in advena præsumitur.*
186. *Fugitivus ante adventum diei detineri potest.*
187. *Qua creditor scit ante contractum, obicere debitori non potest.*
188. *Allegata, nisi probentur, creditori contra advenam non proficiunt.*
189. *Debitor debitoris quando arrestari non potest.*
190. *Subditi & cives an & quando pro debitis dominorum arrestari possint, fusius explicatur.*
191. *Subditi regulariter non sunt obnoxii pro debitis Principum.*
192. *Subditus non debet condeniri pro Principe.*
193. *Alius pro alio condeniri non debet.*
194. *Unde Principes sustinere debent onera imperii.*
195. *Supra potestatem Principis est subditorum oppignoratio.*

196. *Nema*

196. *Nemini suum jussu aufert Princeps summus.*
197. *Suprema potestas à legibus exorbitare non debet.*
198. *Exceptiones traduntur.*
199. *Civitas se cum domino obligans non potest pretendere rem non versam in ejusdem utilitatem.*
201. *Jura in subditos cedere potest Princeps creditori suo pro creditis. num. 202.*
203. *Repressalia inter Status Imperii non sunt licita.*
204. *Civitas an & quomodo obligetur? remissive traditur.*
205. *Ex contractu civitatis singuli cives non obligantur.*
206. *Etsi singuli cives in unum convocati debito assenserint.*
207. *Civis assentiens obligationi singulorum civium inde tenetur.*
208. *Quando cum civitate singuli civium obligati censentur. n. 209.*
210. *Obligatio Magistratuum quatenus cives obstringat, distinctim exponitur num. 211.*
212. *In personas & bona civium non competit jus imperantibus.*
213. *Major pars populi non obligat ceteros.*
214. *Status provinciales singulos incolas ne quicquam obstringunt.*
215. *Potestas Magistratus est norma obligationum in contractibus.*
216. *Plena obligandi potestas in Magistratibus non presumitur.*
217. *Ad eam non valet argumentum à potestate condendi statuta.*
218. *Quando, ubi competit, recte exercetur à Magistratibus.*
219. *Ubi causa concernit omnes, in paucorum civium prejudicium nihil disponi debet.*
220. *Civis quomodo renunciando juri civitatis liberatur à debitis.*
221. *Differentia munerum & aliorum debitorum civitatis.*
222. *Civis recipiens jura civitatis suscipit onera civium, etsi precedenti tempore imposita.*
223. *Cives pro debitis civitatis obligati in quantum tenentur.*
224. *Civis solvens pro civitate contra eam regressu gaudet.*
225. *Cadavera debitorum arrestari non debent.*

226. *Causa sepulturam concernens non est appellabilis.*

227. *Pœna arrestantium cadavera.*

228. *Ex instrumentis garentigionatis non fiunt licita mortuorum arresta.*

229. *Excipitur casus duplex, ubi detentio cadaveris licita est.*

230. *Consuetudine non potest in cadavera induci arrestandi licentia.*

- 1 **A** Restis obnoxii sunt debitores, quos aliquà ex causâ convenire licet, ut solvant aut faciant. Nihil refert rem an factum debeant. Ut enim hoc ex promisso præstent, aut quod interest solvant, cætera cum sunt paria, quæ ad arrestum requirimus, fisci interim possunt, qui debent. *Peck. de Jur. sistend. cap. 4. num. 7.* Id verò creditur, non nisi pro debito personali actione obligatum debitorem detineri aut prehendi posse. *Jason ad §. 1. num. 50. Inst. de action. socin. in tract. de Citat. artis. 20. quæst. 24.* Quia, cui in rem actio est, non eget arresto, sed tutius meliusq; rem perlequitur. Sed id quidem de possessio-ribus rerum immobilium existimaverim, utpote qui coram Iudice, ubi res sita, conveniri debent, *l. 2. c. ubi in rem ad. Rebuff. ad Ordinat. reg. rom. 1. artic. 9. gl. 2. & artic. 8. gl. 2.* nisi tanquam defructuatores conveniantur, contra quos, donec restituant, arrestatio valet. Contra possessores rerum nostrarum mobilium arrestatio omninò permissa est. *vid. Peck. dict. tractat. cap. 5. num. 21.*
- 3 Inter masculos & foeminas nulla differentia est. Et si hæc pro debito civili carcerari non queunt, *Auth. hodie norve. c. de Custod. reor.* arrestis tamen rectè detinentur, ut se sistant & respondeant. *Peck. dict. tractat. cap. 4. num. 8.* Licet dissentire videatur *Coler. de Process. execut. part. 2. cap. 2. num. 199.* quæ tamen ille tractat, non ad arrestum propriè sic dictum, sed ad carcerem
- 4 spectant. Et quidem iis in locis, ubi in iudicio personam standi habent, caret dubio, sicut & in iis, quæ sine curatore rectè contrahunt & agunt, veluti cum mercatrices sunt. *vid. scripta ad Jus Lubecens. lib. 1. tit. 7. artic. 8. num. 28. & seq.* Cæterum cum aliàs curatore egeant nec legitimam standi personam in iudicio sustineant, ambigitur, utrum in loco, ubi curator ipsa præsens non est, rectè arrestentur. Affirmativa mihi placet, ut debitor eodem jure utatur, quo debitor, nec ex sexu creditor in prosequendi difficultate cumuletur. Quod impedire videtur arrestum,

restum, id faciliè tollitur, si in prosecutione arresti provisione magistratus detur curator ad litem aut socina suum advocet, quem habet, curatorem, uti aliquando decisum fuit, cum mulier sexus sui prætenu ab arresto relaxari peteret. Quod tamen Judicis discretione moderari convenit, ut non ad alias forminas extendatur, ac quæ vel ipsæ contraxerunt, aut sibi gerunt negotia. Ne fortè contra juris principia delinquatur, quæ nolunt uxorem teneri pro marito, *et. fit. 6. ne ux. pro marito.* ideoq; non admittunt, ut, si fortè maritus debeat, uxor arrestetur, vel hæc eorum contractuum occasione, quæ pro re familiari inita sunt, detineatur.

Ad eos verò debitores hæc saltem pertinent, qui perfectam ætatem affecti sunt. Non tantum enim non possunt in persona sisti aut arrestari pupilli seu impuberes, *arg. l. neque impuberes 22. ib. Bartol. num. 1. Alexand. num. 4. ff. de in. jns. vocand. l. ergo 22. ff. ex quib. caus. major. l. contra 54. ff. de re judic. salycet. in l. 1. num. 11. C. qui bon. ced.* Sed nec adulti seu minores viginti quinque aut iis annis, qui ex lege aut consuetudine infra perfectam ætatem censentur pro civili nempe aut pecuniaria causa. *Brnn. tract. de cession. bon. quæst. princip. 4. quæst. 3. num. 14. Ludovic. Roman. consil. 180. num. 2. ib. Mandos. salyc. dist. l. 1. num. 11.* Præterquam enim quod current personâ standi in judicio, *l. fin. cod. qui legit. person.* per ipsos quoque non stat. Sed per ætatis beneficium quò minus solvere possint. *l. magis 5. §. si pupillus stipulanti 5. ff. de reb. cor. qui sub int.* Id verò dubium remanet, an ne ut ipsi pupilli vel minores, sic etiam res eorundem arrestari non debeant? Quod distinctim explicandum erit. Vel enim arrestum petitur ratione facti vel contractus ab ipso pupillo vel minore seu ejus nomine ab ejusdem tutore aut curatore initi. At verò ob debitum illorum, quibus successit, aut unde tenendi possidendive causam habet. Quoties pupilli & multò magis minores non ex suo, sed patris aut alterius alicujus antecessoris contractu jam antea concluso & perfecto tenentur, quia obligationis conditio mutari non debet ex persona hæredum, *l. 2. §. ex his. ff. de verb. obligat. l. series 6. ff. de Pollititat.* nec contra eam successoris privilegium aliquid operari potest, *salyc. in Auth. quas actiones. num. 9. C. de ss. Ecclæs.* utique non aliter, ac si ille viveret, res ejus paratæ executioni, consequenter etiam arrestationum

- tionum licentiæ subjacent. Haud enim ætas debitoris hæreditarii infringit jura creditorum. *l. sub pretexto 4. C. de hered. action. l. si intra*
- II *8. C. de non num. pecun.* Quare non communis saltem, sed & verior illa est Jctorum opinio, paratam executionem sive ex vi statuti, sive ex conventionem descendat, ex contractu paterno in bona pupillorum esse permissum. *l. si tibi 8. C. Mandat. l. 1. C. quand. decret. non est op. l. militis ff. de Minorib. salvet. in l. creditores 3. num. 22. & 24. C. de Pignorib. Neguzant. in tractat. de Pignor. 4. quest. prim. num. 17.*
- 12 Idemq; sentiendum est non modò de omnibus paratæ executionis speciebus, aliisq; judiciorum generibus, sed etiam in omnibus casibus, ubi pupilli seu minores conveniuntur ex obligationibus, quæ ex aliorum personis non saltem initium, sed & perfectionem habent, in quibus ætatis nec infirmitas nec privilegium attenditur. *gloss. in l. scum. 6. C. de restit. Milit. Jason in l. filiusfam. §. in hac. num. 5. ib. Alberio. de Rosat. num. 12. ff. de verb. obligat.*
- 13 In altero casu, quando ipsi pupilli & minores, eorumve nomine tutores vel curatores, contraxerunt, intricata est Jurisconsultorum disceptatio, an & quando executiva remedia contra illos illorumve bona locum habeant? *de quâ vide scripta apud Coler. de Process. Executiv. part. 2. cap. 3. num. 302. & multa seq. Menoch. adpisc. remed. 5. num. 7. Neguzant. dicti. tractat. 4. part. princip. num.*
- 14 *16. & seq.* Quantum ad arresta attinet, compendio & cum ratione eam enodari puto, si discernatur causa arrestandi; Vel enim ex Jure communi, statuto, consuetudine aut privilegio civitatis creditor habet jus arrestandi debitores, etsi foro ordinariè non obnoxios, ut solvant debitum aut respondeant: Vel ex conventionem partium arresti sit licentia. Ex hac enim fontis diversitate sæpè pullulat diversum jus arresti.
- 15 Priore casu hoc saltem considerandum puto, an pupillus vel minor obligetur, sic ut ex contractu seu quasi conveniri queat, sive autore tutore præsentive curatore initus sit nec ne. Constat enim, plures esse species contractuum, ex quibus pupilli & minores contrahentes etiam civiliter obligantur, ut conveniri queant, de quibus hîc scribendi locus non est,
- 16 alii prolixius tractant. In his non magis uti contra eos eorumve tutores & curatores justa actio est, sic quæ jurisdictionem fundat vel executionis loco in liquidissimis aut judicatis adhibetur arrestatio, rectè exercebitur. Non quidem ut in personis, quæ carent legitimâ judiciorum

ciorum potestate, sed in rebus detineantur, donec juri satisfiant. Quos enim convenire licet, si nullo peculiari gaudeant privilegio alio, eos constringunt arresta. Ubi tamen tam à Judice quàm à creditoribus ante impositionem arrestorum id exactè ponderandum erit, an obligatio pupillorum vel minorum talis sit, ut exinde actiones contra ipsos locum habeant. Id quod difficilioris dispectionis est, ubi illi saltem contraxerint, qui paucis casibus obligantur. Quod si verò tutores & curatores vel auctoritatem præstiterint, vel illorum nomine contraxerint, tunc minus dubii superest, cum regulariter isti contractus valeant, reliquis saltem remediis, ubi lex fuerint ætate minores. Altero casu, quando ex conventionem contrahentium solum desumitur arrestandi causa, exsurgit disceptatio, an pupilli & minores eorumve nomine tutores pacto possint licentiam arrestandi tribuere. Et quidem, cum pupillorum ea in jure censeatur conditio, quod nec velle nec nolle dicantur, *l. pupillus 189. ff. de Reg. Jur.* nec scire etiam, quæ aguntur, *l. 1. §. impuberes. C. de fals. monet.* uti iis negatur res suas obligare vel alienare. *l. 1. C. quæ res pign. oblig. l. lex quæ 22. C. de Administrat. tutor.* Ita etiam pactum paratæ executionis in bona sua ab iis initum habetur irritum. *Barthol. in l. creditoribus §. 2. ib. Salicet. m. 26. C. de Pignorib.* Perinde licet accesserit tutoris auctoritas, tamen nec illud valere affirmatur, quasi ab officio ejus alienum sit tale quid pacisci, unde deterior fiat conditio pupilli, & res ejus alienentur, prout latè comprobatur *Coler. de l. cap. 3. num. 228.* Minoribus eorumque curatoribus laxior datur facultas, ut pacta executiva securius ineant. Non moveo, quid variè hac de re scribitur, quod apud jam citatos legere licet. Sic verò opinor, ubi pacto à pupillis & minoribus eorundemve tutoribus & curatoribus arrestum expressè vel tacitè conceditur, siquidem id isti obligationi adnexum fuerit, ex qua efficax competet actio, nihil prohibere quo minus valeat. Nam contra quem rectè exercetur actio, contra illum locum non debet non habere juris executio, cujus species est arrestum. Idcirco uti non juvat ætas in his, unde impuberes & minores conveniantur, non ob stare quoque potest aut debet pactis, quæ conventis robur addunt & conveniendi facilitatem promoveant. Nec obstant, quæ in contrarium afferri solent, de negatâ pupillis eorumque tutoribus facultate obligandi vel alienandi res pupillares, præsertim immobiles.

biles. A quâ longè differt arrestatio, quæ non obligat aut alienat, sed saltem constringit res, donec solvatur aut præstetur, quod iustum est. Sicut ergò anni pupillares non relevant à sententiis & executionibus, ubi damnatur pupillus, sic nec eximit à remediis, quæ pro tuitione juris & factorum adhibentur. Sic etiam ab iisdem Jctis, qui pactis, quibus in casum non servatæ conventionis ingrediendi licentia creditori tribuitur, vim negant, admittitur conventio, quâ pupillus vel ejus nomine tutor immillionem ex primo decreto, cui, uti infra dicitur, arrestum assimilatur, ob non præstita, quæ debentur, concedit. *l. apud Julianum 3. §. contractum. ib. gloss. ff. ex quib. caus. in possess. Neguzant. in tractat. de pignorib. dict. quæst. 4. princ. num. 18. Coler. dict. cap. 3. num. 204. & 255.*

Tutores verò & curatores etsi contractus inierint nomine, & in rem pupillorum vel minorum, sive duret, sive finita sit tutela aut cura, nec in persona aut in rebus arrestari debent, sicut nec alia quævis executio, quæ non nisi in bonis ejus, cujus nomine contractum fuit, facienda erit, *l. 1. C. quand. ex fact. tut. l. mutue 13. C. si cert. petatur. l. si non subscripsisti 13. C. de Administr. tutor. l. sepè 63. ff. de re jud. contra eos exercebitur, Coler. dict. cap. 3. num. 256. Faber in Cod. lib. 5. tit. 23. defin. 5. qui non voluntariè pro se contrahunt, sed ex necessitate muneris, l. filius 22. ff. de inoff. testam. l. tutorem 22. ff. de bis, quæ ut in dign. quod iis satis onerosum est & præterea damnosum fieri non debet. l. sed si quis 7. ff. testam. quem. aper. l. si servum 61. §. quo verò 5. ff. de furt. Ita verò hoc accipiendum erit, si tutorio vel curatorio saltem nomine obligatio fuerit contracta, id quod in dubio semper præsumitur. Bald. in l. post mortem 5. §. tutor. n. 2. ff. quand. ex fact. tut. Mantica. de tacit. convent. lib. 6. tit. 7. num. 10. & 20. Jasonius l. si ita stipulatus. §. Chrysogonus. num. 45. ff. de verb. obligat. Sicut & alia omnia, quæ circa res & negocia pupillorum fiunt, non suo, sed eorum nomine facere censebuntur, *l. Lucius 46. §. tutorem. ff. de administr. tut. Mascard. de Probat. conclus. 38. num. 2. & 3. Gutierrez. de Tut. & Cur. part. 2. cap. 10. num. 9. præsertim ubi adjecta fuerit obligationi ea formula, quam cauti tutores nunquam omittunt, in verordneter Vormundschafft/ quæ declarat voluntatem contrahentium, quod nomine officii saltem promiserint. Ubicunque enim sit mentio officii in aliquo instru-**

instrumento, tunc quis non proprio nomine, sed ratione officii contraxisse & promississe censetur. *Jafon. in l. si fundum. num. 30. ff. de Legat. 1. surd. Consil. 19. num. 8. & seq. Alciat. in tractat. de Presumpt. reg. 2. pref. 24. num. 5. & seq.* Cæterum ubi proprio nomine et si in rem pupilli tutor contraxit, non minus ipse ejusq; bona arrestari possunt, quàm in judicio tanquam de proprio debito conveniri. *Boer. decis. 273. num. 6. Eberhard. in Top. Legal. in loc. à nomin. dignitat. vel offic. num. 2.* Id quod in his casibus factum censetur, si pro se & hæredibus promittit, & se obligat, *Bald in l. ei qui servo. 7. C. quodcumq; eo qui in alien. Anchoran. Consil. 23. num. 3. Hartm. Pistor. observ. pract. 20. num. 1.* vel si se soluturum promittit, *Boer. dict. Decis. 273. num. 6.* de novo scilicet, id de quo nondum tenebatur pupillus. Si antea fuerit contractum, veluti si pater pupilli pecuniam mutuaverit, tutor ex promissione solutionis, quam non ut debitor, sed ut tutor fecisse intelligitur, suo nomine non tenetur. *l. post mortem. 5. §. tutor. ff. quand. ex fact. tut. ib. Bartol. num. 1.* Similiter sub proprio nomine contraxisse putatur, ubi de & in re, quæ ad ipsum pariter ac ad pupillum pertinere potest, id factum, nec aliud dictum fuit. *Bartol. in dict. §. tutor. num. 2. Mascard. de Probat. conclus. 1295. num. 8.* Item si se & bona sua obligat, aut sub obligatione bonorum suorum aliquid promittit. *l. & sis. 9. C. de prad. & al. reb. min. l. post mortem. §. tutor. ff. quand. ex fact. tut. Simoncell. in tractat. de Decret. lib. 2. tit. 5. inspect. 3. num. 28. Boer. decis. 80. num. 6.* Quod tamen sic accipiendum est, nisi constet de voluntate tutoris, quod saltem tutorio nomine agere voluerit. Quia sæpe nunquam venit in mentem tutoris, ut semetipsum obstringat, eas tamen inseri patiatur clausulas, quæ aliam voluntatem significare videntur. Ibi inspiciendum est, quid initio voluerit. E.g. Ubi formula obligationis continet, quod tutorio nomine in Vormundschafft promittat, deinde verò subjiciatur obligatio bonorum, bey Verpfändung aller meiner Güter/ non statim id colligendum est, proprio nomine contractum fuisse initum, si alia conjectura capi possit, prout latius explicat *Fab. in Cod. dict. tit. 23. de fin. 5. lib. 5. Montan. in tract. de tutel. cap. 31. effect. 5. in princ.* Sunt & alii casus, ubi arrestis et si licet contra tutores, quandoquidem ii rectè tanquam ex propriis debitis conveniantur, veluti si dolus aut culpa illorum arguatur, indeq;

L

repetatur

repetatur damnum, *gl. in l. 1. c. quond. ex fact. tut. Boer. dict. decis. 80. n. 6.* si indemnitate promiserunt, *l. quendam. 2. c. si mat. indemu. si* tanquam fidejussores subscripserint, *l. si non subscripsisti. 15. c. de Admin. Tut. ib. Bald. Hering. de Fidejussor. c. 20. §. 31. n. 4. & seq.* Si non constet vel negetur, pecuniam esse versam in utilitatem pupilli, cujus probatio incumbit tutori, *Salycet. in l. Prædiorum c. de reb. minor. Coler. de Process. executiv. part. 2. cap. 3. num. 258.* ubi refert, sic de jure responsum fuisse; si ipse pupillus non solvendo fuerit eo tempore, quo ejus nomine contraxit, sicq; alium decepit, de quo vid. *Berlich. decis. 73. per tot. part. 1.*

Perinde ut debitor, sic & fidejussor arrestari potest ex suis spon-
 37 sionibus, sive ex statuto & consuetudine, seu ex pacto arrestum petatur. *Bald. in l. tale. 40. §. qui provocavit. num. 14. ff. de pact. Gvid. Pap. decis. 26. num. 2. Peck. dict. tractat. cap. 4. num. 9.* Hic enim voce debitoris continetur. *l. si servum. 91. §. nunc videmus. 4. in fin. ff. de Verb. obligat. l. si cui. 49. §. Julianus. 6. ff. de Legat. 1.*
 38 tamen ipsi est, suas allegare exceptiones tam contra arrestum, quam contra petitiones arrestantis, quæ ipsi in hoc non minus processu, quam in
 39 alio salvæ esse debent, & licet vel sententia lata sit adversus principalem, eadem tamen contra fidejussorem ex contractu absque novo processu executioni demandari non debet, sed ille antea audiri, annon quas justas habeat exceptiones. *Suarez. in commun. opin. thesaur. tit. num. 125. Caroc. decis. 136. num. 12. & seq. Mynsing. 4. Observ. 96. Hier. Magon. decis. Florentin. 94. num. 16.* De fidejussore ex contractu loquor; secus in eo, qui de judicato solvendo obnoxius est, uti infra in hoc Tractatu
 40 cap. 22. ostenditur. Si etiam actio instituta sit contra debitorem principalem vel arrestum decretum, eo pendente, fidejussor tamen, ejusq; res primo illo relaxato, arrestari queunt, & vice versa istis contra fidejussorem procedentibus, eodem relicto debitor arrestari potest, prout hoc latè deductum vide apud *Coler. de Process. executiv. part. 1. cap. 8. num. 38. & seqq.*

Sicut verò ipsum debitorem & fidejussorem arrestare licet, sic &
 41 horum hæredes eorumdemq; bona arrestantur. *Coler. dict. tractat. part. 1. cap. 10. num. 334. Koppen. decis. 29. num. 1. Peck. de jur. sistend. 42 cap. 4. num. 20. & cap. 12. num. 4.* Hi quippe una eademq; cum de-
 42 functio

functio persona sunt, *l. heredem. ff. de Reg. Jur.* & quia adeundo hæreditatem cum debitoribus hæreditariis quasi contrahunt, & sic debitores constituuntur, § *heres. 5. Instit. de oblig. quæ ex quasi contract.* ex personâ eorum qualitas & natura debiti nequaquam alteratur, *l. 2. §. ex his. ff. de verb. obligat.* sed ad quod compelli poterat defunctus, ad idem jure compellitur hæres, *l. postulante. ff. ad sc. Trebellian.* non attempto, quod hæredis in instrumento nulla facta fuerit mentio. Nec enim 43
istis ea exceptio competit, se in instrumento non nominatos, *Angel. ad l. 44*
l. creditores. C. de Pignorib. quia ipsorum obligatio semper virtualiter in instrumento continetur, uti ait *Johann. de Immol. in l. 1. col. 3. ff. de his, quæ in testam. del.* nisi vel tenor obligationis expressè aliter sonat, vel statutum facit obligationes personales, in quibus hæredum non est expressa mentio. Unde indubium est, bona hæredum, in quibus defuncto successerunt, ex vi pacti, statuti, vel judicati eodem modo detineri posse, sicut apud defunctum poterant, *Barcol. in l. creditores. num. 22. Cod. de Pignorib. suarez. in l. post rem judicatam. 56. in prim. extens. num. 1. ff. de re judicat. Neguzant. de Pignorib. part. 4. princip. num. 20.* Si exstat statutum in loco, quod debitores pro debitis capiantur & carcerentur, eadem in hæredes licet detentio, quamvis in instrumento nulla eorum contineretur mentio *Jason. in §. fuerat. num. 61. it. Gomez, num. 35. Instit. de Action. Chassane. in Consuet. Burgund. tit. de success. rubr. 8. §. 13. ver. se avven. num. 13. Bald. in l. per diversas. 22. num. 4. Cod. Mandat. Koppen. decis. 29. num. 2.* Aliud existimatur, 46
si pacto debitor se in casu moræ obligavit ad carcerem vel arrestum, tunc nempe obligationem ad hæredem obligati non transire, *Rebuff. de lit. obligat. artic. 3. gloss. 3. num. 12. Alexand. in l. postulante. 44. num. 2. ff. ad sc. Trebell.* Id quod minimè porrigendum est ad arrestum, 47
quod decernitur prorogandæ Jurisdictionis causâ. Unde qui se in aliquo foro soluturum aut responsurum obligavit, eo ipso obstrinxit suos hæredes, etsi de iis in tabulis nihil fuerit dictum. Diversimodè verò 48
aditur ab hæredibus hæreditas, aliquando nullo confecto inventario, aliquando eodem mediante. Hæres non confecto inventario hæreditatem adiens tenetur ad omnia credita defuncti, quantacunque fuerint, etsi tantum non fuerit in bonis defuncti. *l. quæ dotis. ff. solut. matrim. l. si te bonis. C. de Jur. deliber.* atque ita ultra vires hæreditarias. *l. si*
L 2 universa.

⁴⁹ *universa. c. de Legat.* Quo casu extra dubium est, hæredes eorumq; res proprias, nedum hæreditarias, utpote qui secundum statuta & consuetudines cujusque loci, cum creditoribus hæreditariis contraxisse & suam personam indefinitè obligasse præsumuntur, arrestari posse. Nec ⁵⁰ audietur ea propriorum creditorum interventio, quibus ne quidem separatio petita proficit; cum debitori licuerit adjiciendo creditorem, creditoris conditionem facere deteriore. *l. 1. §. ex contrario. 2. ff. de separat.* Ut autem res hæreditariæ à creditoribus hæredis non arrestentur, impedire queunt creditores hæreditarii, si legitimè separationem petierint, *juxt. tit. ff. C. de separat. bonor.* vel hypothecarii sint, qui non egent separatione, sed jus antèius ante omnia hæredis creditores ipso jure obtinent. *Faber in Cod. lib. 7. tit. 32. de fin. 15.*

Incipit ea arresti licentia, quando præterlapsum est tempus confessioni inventarii præfixum. Ante illud hæres nec judicialiter nec extrajudicialiter conveniri aut vexari debet, *l. fin. §. donec. 11. Cod. de jur. deliber. 7. usq. in tract. de success. tom. 1. lib. 1. §. 6. num. 45. Montic. ad l. fin. num. 158.* ne quidem actione in rem uti sanior tenet sententia. *Fachina lib. 6. Controvers. cap. 27.* Deinde si plures hæredes sint, unus ⁵⁵ & alter eorum non nisi pro ratà, pro qua hæres est, sicut conveniri, ita arrestari potest, *l. 1. c. si cert. pet.* cum non nisi pro parte hæreditariâ repræsentet personam defuncti. In cæteris extraneus est, *Salycet. in l. si adulta. c. de hæreditar. action. Rivaquell. de retract. lignag. §. 32. gloss. 1. num. 59.* nisi res arrestata pignori sit, quo casu possessor res in solidum tenetur. *l. pro hæreditariis. 2. c. de hæred. act.* Sed anne etiam, si ⁵⁷ debitor in instrumento singulas hæredum personas obligaveris in solidum, iidem sic ex pacto conveniri & arrestari queunt? Videtur renunciationem ejus juris, quo inter hæredes ipso jure dividuntur nomina, activè & passivè, ut pro ea parte saltem, pro quâ hæredes sunt, obligentur, non valere nec istis præjudicare. Id enim notum est ex singulari ⁵⁸ constitutione juris, hoc hæredibus esse datum, ut non nisi pro ratâ teneantur, Si verò aliud pacto cautum sit, id tendit ad fraudandam hæredem beneficio legis, ideòq; non servandum, sed rectè ei contraveniatur *l. 2. ib. Bart. Bald. & Dal. c. si in fraud. patron. Rivaquell. de retract. lignag. §. gloss. 9. num. 58.* nec valet renunciatio ejus juris, quod in favorem alterius introductum. *Curtius sen. Consil. 1. num. 17. Cr. seq. In terminis*

terminis hoc probat textus in *l. cum, quicquid* 36. §. 1. ff. de verb. obligat. prout *Donell ib. n. 2.* demonstrat & ratione confirmat. Idem & *Cujac. in l. arvis* 33. ff. de pact. sentit atque illuminat.

An quis hæres sit, nec ne, ut probationis difficilioris, ita altioris indaginis & prius ordinariâ juris viâ discutiendum est, antequam executivè proceditur. *Suarez. in l. post rem judicatam* 56. in declarat. *Reg. extens. l. n. 2. ff. de re judic.* Executivus processus tamdiu sistitur, donec de eo constet. *Coler. de Process. execut. p. 1. c. 10. n. 329.* Etsi itaque omnia quæ debitum sint liquida, tamen, quamdiu, an à quo petitur debeat dubium, non decernendum est arrestum, sed contra eum, qui negat, lis ad ordinarium forum remittenda, etiam si allegans admixtionem vel additionem probationem in continenti faciendam offerat, quia ante illam de eâ non constat, idèò nec arresto locus. Prætereà etiam requiritur, ut hæres certificatus sit de debito sui antecessoris & lapsu termini, cum sine eo nec in morâ sit, nec argui queat, nedum aliquo duriori remedio coerceri. *Anton. Mas. in Form. Cameral. oblig. part. 2. quæst. 1. num. 16.* Si ergò arrestatus conqueratur de injuriâ, quæ sibi nondum admonito & ignarò contingit, arrestum iniquè decretum relaxari debet & tempus dari hæredi antea nondum certificato, intra quod ponderare queat, an solvendum, & comparare, quid solvendum, nisi de fugâ, dilapidatione aut rerum in deteriorem statum translatione suspectus, & hæc arresto impedienda sint.

Eum hæredem, quod attinet, qui mediante inventario hæreditatem adiit, non semel in Judiciis motam quæstionem hanc scio, an ipse ejusve res, quæ ad hæreditatem non pertinent, (de cæteris res dubio caret) arrestari justè possint? Et quidem visum nonnullis, nec sine prætextu arrestis hoc casu locum haud esse, pro quibus scribere videtur *Berni gro. 57.* ubi statuit, statutum, quòd debitor ejusve hæres capi & incarcerari queat, ad hæredem cum beneficio inventarii non pertinere, sed contra hunc ordinariâ viâ procedendum esse; Processum aliter institutum cum sententiâ desuper latâ esse nullum. Unde in nudo arresto idem juris esse concludit *Pech. in dict. tractat. cap. 4. num. 10.* Ratio: quia hæres confecto inventario ultra vires hæreditatis conveniri non debet, §. 5. *Instit. de hered. qualis. & differ. l. fin. §. 4. & 10. c. de jur. de lib. nihil de suo amittere, dict. §. 4.* sed ab omni debito planè esse im-

- 63 munem. *dict. §. 10. & de qu. de success. part. 1. lib. 1. §. 6. num. 48.* Si verò ipse ejusve res arrestantur, ultra res hæreditarias convenitur, atque non levem vexationem patitur. Etsi verò hoc sub aliquâ Juris specie appareat, haud tamen contra arresta penitus defendit hæredem. Distinguenda est arrestorum causa, vel enim idè petuntur & decernuntur, ut ex statuto vel conventionè detineatur obætatus, donec solvat, & tædio carceris vel ad solvendum cogatur, vel quia solvendo non est, plectatur? Vel eò tendunt, ut forensis in eo foro, quod ipsi ratione contractus, statuti, consuetudinis aut privilegii competens est, actionibus respondeat, creditori satisfaciatur & defendatur inde prorogata jurisdictio. Priora contra hæredem mediante inventario adeuntem locum non habent, quia nihil in persona bonisve suis sustinere debet ex culpa vel facto defuncti, si propria non accesserit, quò respicit illa dubitandi ratio. Posterioribus perinde locus est, atque actioni, ut quem licet convenire in loco quodam, eum illic arrestare liceat, quoties ex statuto, more vel privilegio arresta vim prorogandæ jurisdictionis habent. Tunc enim hæc non sunt pœnæ suæ vitio solvere non valentium, sed remedia conveniendi refractarios & morosos. Evaditur verò arresti injectio, si statim hæres inventarium exhibeat, & palam faciat, nihil penes se ex bonis defuncti superesse, omnia in causam hæreditariam insumpta esse. Hic modus est, se liberandi ab arresto, cui si hæres satisfacere non queat, meritò ille ejusve bona detinentur, donec solutio fiat. Quibus consequens est, eum multò magis obnoxium esse justis arrestis, quem bona hæreditaria aliqua possidere constat, donec probet, tantum erogatum esse in creditores hæreditarios, quanti eadem.
- 67 valens. Id quod in hac sæce mundi eò sanctius custodiendum, quò speciosius inter cæteras creditorum defraudationes inventarii beneficium elusionibus per malignos debitores prætenditur. Qui callidè sciunt, creditoribus istud objicere, sed nihil minus faciunt, quàm ut secundum illud solvant, quod juxta requiritur. Probum & probitati conservandæ congruum foret, non audire quemquam, inventarii nomen contra creditores jactitantem, nisi vel statim convocatis creditoribus ex istis bonis solutionem obtulisset, aut eo omisso incontinenti doceret ex iis, quæ in justo inventario continentur, nihil superesse, seq; tantum, quantum in hæreditate est, bonâ fide & sine collusionibus solvisse. Sic enim
simul

simul exigit id juris remedium. Eo non facto quis iuste indignabitur ob arresta personarum & rerum, donec præstetur, quod iustum est. Nec habet aliquam exemptionem ex sua personâ, etli aliàs arrestari ob propria debita non posset, nullo enim suo proprio privilegio extusatur, *per text. express. in l. hæres absens. 19. in pr. ff. de iudic. & hæredis causa potior esse non debet, quàm defuncti, l. hæredem. 59. ff. de Reg. Jur. sic nec melior, nisi casibus jure expressis, Zanger. in tract. de except. part. 2. cap. 1. num. 117. Coler. dict. tractat. part. 2. cap. 3. num. 218.* Nihil refert, cum, qui semel hæres factus, ad evadenda arresta aliaq; executionum remedia renunciare hereditati. Is ut conveniri nihilominus potest, sic etiam sisti. *l. ratio. C. de hered. vel action. vendit.* Quæ hætenus dicta sunt, perinde ad fiscum, quando ille successor est, & qui ab eo causam habet, pertinent. *Jason. Consil. 88. vol. 3.*

In successore singulari, qui ex conventionione hereditatem accipit, veluti si emat, vel alio singulari titulo acquirit, aut si ex testamento sine titulo hereditario quidquam capit, ista secus se habent; Nec enim ille vel res ejus utut à debitore acceptæ arrestari queunt, *Peck. de Jur. sistend. cap. 4. num. 10. in fin.* sicut nec alia quædam manus injectio, sive pacto sive statuto permixta fuerit, in singularem possessorem transit. *l. cum precibus. 4. C. de rer. permutat. Bartol. in l. creditores. num. 18. C. 22. C. de pignoris. ib. salyces. num. 9. C. 16. Coler. de Process. executiv. part. 2. cap. 3. n. 432.* Nec enim res ejus arrestari queunt, quem convenire non licet. Possessor verò rerum hereditariorum, cum actiones personales offibus personæ inhæreant, & fundum haud sequantur, *l. fin. §. fin. ff. de contrab. empt. l. 1. §. si hæres. ff. ad sc. rebell.* ob nomen auctoris sui conveniri nequit, nisi res alienata pignori vel alio reali nexu creditori fuerit obligata; tunc propter jus in re actio contra possessorem competit, nec dubium est, eum arrestari posse, ut rem exhibeat, atque vindicandi potestatem præstet. Ita si res eo tempore, quo alienatur, litigiosa sit contra singularem successorem salva sunt ista remedia. *vid. Coler. dict. cap. 3. num. 441. seqq.* Perinde si appareat, aut verisimile sit, alienationem rerum suarum ab aliquo factam fuisse in necem fraudemve creditorum, idem executionis modus merito patet contra successorem, qui licuit contra autorem. *Bartol. in dict. l. creditores. n. 23. Neguz. aut. de pignoris. 4. part. princip. n. 20. Ant. Gabriel lib. 5. Commun. conclus. 8. num. 2.*

Arg.

- 75 Arrestari itidem queunt, qui alieno nomine contrahunt, quoties ex tali contractu aliquid debent & conveniri possunt. Sic quibus casibus negotiorum gestores, procuratores vel mandatarii in sua persona ob gestas aliorum res conveniuntur, inter quos hi referuntur, quando se suo nomine obligant, *l. procurator. 67. ff. de Procurat.* quando illorum fidem solam, qui cum illis contraxit, secutus reperitur; quando dominus iis satisfecit, ut vicissim solvant, *gloss. & Dd. in l. 1. C. de oblig. & action.* quando fraudulentè agunt, sicut dominus ex illorum facto non teneatur, *l. si procurator. 10. C. de Procurat. ib. gloss. & Dd.* quando aliquid ex his, quæ in l. Plantius 61. ff. eod. habentur, contingit, his
- 76 ipsis arrestandi jus adversus illos patet. Eodem modo Factores & Institores, qui mercatorum negocia in tabernis vel alibi tractant, rectè arrestantur ob debita, quæ contraxerunt, utut pro re & in nomen præponentium. *Peck. dict. cap. 4. num. 12.* Eorum enim causâ non saltem præponentes, sed & ipsimet conveniuntur. *l. 1. l. sed & si quis. 7. ff. de Inst. action.* Cæterum ubi non ab ipsis factoribus, sed dominis contractus initus erit, haud conveniuntur rectè aut arrestantur. *vid. Carp. 200. in Jurisprud. Romano-saxon. part. 1. constit. 30. defn. 11.*
- 77 Sunt non pauci, qui contra-arresta privilegiis aut jure singulari se tueri solent, immunitatem ab istis prætendentes, de quorum jure vi-
- 78 deamus. Et quidem primò. Cives in eâ, ubi domicilium habent, civitate regulariter arrestari non debent, sed juxta consuetum judiciorum ordinem coram ordinario magistratu conveniri. *Peck. dict. tract. de Jure sistend. cap. 16. num. 1.* Jure Lubecensi expressius hoc provisum est, quod civis eorumq; bona ad instantiam concivium arrestari non debent, *artic. 7. & 10. tit. 12. lib. 5.* Simile continent statuta Hamburgensia. In Ducatu Brabantiz idem ex privilegio Caroli V. obtinere, refert *Peck. dict. tractat. cap. 8. in princ.* Id quod non modò intra ea valet mœnia, ubi civis domicilium contraxit, sed perinde in aliis locis,
- 80 ubi civis concivem suum non arrestet ullibi. Lex enim, statutum & privilegium indefinîtè loquens territorio statuentium vel concedentium non arctatur, sed subditi etiam extra illud observare debent. *l. fin. ff. de decret. ab ord. fac. l. relegatorum. §. interdiceret. ff. de Interd. & relegat. l. si quis. C. de Episc. & Cler. l. 2. C. de Commers. l. 2. C. de v. eligat. c. ut animarum, de Constit. in 6. Bartol. in l. curat. in 6. quæst. C. de*

c. de summ. trinit. Nec saltem personæ sed & bona earum mobilia in-
 de sunt quoad concives ubique libera. *Peck. dict. cap. 8. n. 6.* Pana
 quidem statutis Lubecensibus allegatis non continetur. Existimo ta-
 men eam irrogandam esse ob petita alibi arresta quæ institutis coram
 peregrino iudice actionibus in iis *artic. 4. tit. 3. lib. 5.* præstituta est, *ubi vide quæ scripsi in commentar.* Si enim ob has id supplicium ju-
 stum erit, multo magis propter arresta locum habebit. Si coram ma-
 gistratu petantur arresta à concive, istanquam illegitima denegabit.
 Denegata etiam scio aut statim relaxata quando in urbe quæ jure Lube-
 censi utitur petita fuerunt à cive alterius civitatis, quæ ejusdem juris
 observantiam colit contrà concivem suum. Merito enim, uti arresta-
 tus justam ex statuto exceptionem contra arrestantem habet, sic quisvis
 iudex eandem attendere debet, etsi in loco sui iudicii tali statuto sui ci-
 ves non gaudeant. Verba vero statuti Lubecensis in dict. *artic. 7.* cum
 respiciunt civem qui possessionatus est sufficienter *der Erb und eigen*
hat / ideoque primò non utitur isto beneficio, quem constat tantum in
 bonis non habere quod debito solvendo sufficiat, *daß sein Hab und*
Gut so viel nicht würdig als die Schuld antrifft. Secundo excipitur
 condemnatus ad solvendum, hoc tamen detrectans *dict. artic. 10. Es*
were denn daß er allberet mit Rechte überwunden. Tertio contumax
 arrestis relinquitur obnoxius, *dict. tit. 10. daß er eglische mal citiret und*
er Ungehorsamlich außgeblieben. Quarto excipitur fugitivus aut qui
 de fugâ suspectus est. *dict. artic. 10. daß er Flüchtig werden wolle.* Ille
 enim, ut supra dictum est, omnia privilegia perdit. Huic si-
 milis est dilapidator bonorum *vid. Peckius dict. tractat. cap. 16. nume-*
ros. Ille etiam saltem gaudet hoc jure qui reverà civis est, ad quod
 nomen obtinendum quæ requirantur notavi in commentar. *ad Jus Lu-*
becens. in rubr. & ad articul. 2. tit. 2. lib. 1. Unde qui bona quidem in
 civitate vel sub jurisdictione ejus habet, civis tamen reverà non est, ille
 nihilominus pro forensi saltem habetur ideoque non obstante isto jure
 in persona & rebus arrestari potest. Et quia sæpè fit quod qui ex sta-
 tuto bona civica possidere non possunt, nisi civitatis jura petant, & assu-
 mant id tamen quasi rem minus se dignam reformident, ii cum cives
 esse debeant, quoad onera & jura civitatis non possunt semet in nume-
 rum forensium cum præjudicio publico referre sed pro civibus haben-
 tur;

- tar; Commoda quæ reformidant injustè petunt, antequam civium in numerum se ascribi, præstiris quæ decet, patiuntur, nec jure civitatis frui debent. Ideoque non habent exceptionem ex jure civitatis contra arresta, quibus ipsis compellendi sunt ut civitati suum tribuant, juxta & aliis. Secundo clericos debitores arrestari non posse tralatitium est. *Peckius dicto tractatu, capite quarto, numero decimo quarto. Colerus de processibus executivis, parte secunda, capite tertio, numero centesimo quinquagesimo octavo*, sed cum distinctione intelligendum. Interest enim ubi arrestum petatur. Siquidem coram judice ecclesiastico, cum ex statuto consuetudine vel pacto arrestandi licentia competit, nihil impedit ab isto arrestari clericos. In his enim quæ pertinent ad processum ejusque ambagines in causis liquidis abbreviandas etiam in foro ecclesiastico servandum est jus laicorum *c. cum venisset X. de eo qui mitt. in possess. c. constitutis. X. de in integr. restit. Pbil. Franc. in c. seculares numero 3. de for. compet. in 6.* unde cum ex statuto civitatis obligatio meretur paratam executionem in foro competenti contra clericum executive procedendum *Bartol. in l. cunctos col. 8. c. de summ.*
- 87 *Trinit.* A judice vero seculari clerici regulariter arrestari non debent, cum nec coram eo conveniri possint, *Gail. 1. observ. 37. numero 1. Myn. sing. 2. observ. 67.* etsi vel pacto eam arresti potestatem tribuerint, *Fab. in §. fin. numero 3. Instit. de action Colerus dict. cap. 3. num. 100.* quia istis permissum non est jurisdictionem Judicis laici tacitè vel expressè prorogare absque consensu superioris, eo quod fori privilegium quo gaudent non sit personale sed toti ordini publicè indultum, *c. si diligenti §. fin. c. significasti X. de For. compet. Gail. 1. observ. 40. num. 7. Wurmbser. pract. observ. tit. 1. obs. 12. num. 2.* ne subeundo tribunal judicium laicorum secularibus negotiis immisceantur atque à divinis abstrahantur officiis. *Coler. dict. tract. part. 1. cap. 6. num. 94.* cui tanquam juri publico pactis privatorum non derogatur *l. jus publicum ff. de pact.*
- 91 Excipiuntur saltem pauci casus quibus arrestatio eorum permessa judici seculari, nempe quando fugitivi aut de fugâ suspecti sunt, ut tamen remittantur ad judicem ordinarium *Gutierrez. pract. quæst. lib. 1. quæst. 82. Gail. 2. observ. 44. numero 2.* quando judicis ecclesiastici copia haberi non potest & periculum est in morâ. *Peckius dicto capite quarto, numero decimo quarto, circ. fin.* Quando deliquerunt

runt in eo loco, ut tamen & tunc arrestatus tradatur judici ecclesiastico. *Panorm. in c. cum non ab Homine. numero 15. ibid. Felin. numero 5. Extra. de judic. Colerus dict. tractat. part. 1. cap. 3. numero 113.* Quando denique diuturnâ consuetudine vel singularibus privilegiis seculari magistratui ea potestas judicandi personas ecclesiasticas competit. *Rebuff. in Ord. Reg. tom. 1. tit. de literar. oblig. artic. 2. gloss. 1. num. 11.* Veluti hodierno tempore post suspensam jurisdictionem Ecclesiasticam iis, qui jus Consistorii Ecclesiastici habendi exercent, iudicium in Clericos denegari non debet. Idcirco nec arrestandi potestas; multò minùs imponi, ut arrestatos ad Ecclesiasticum forum aliud dimittant. Bona Clericorum hîc non gaudent eodem privilegio, quo personarum. Ista arresta sunt obnoxia ob contractus initos in alieno foro. Non enim parçitur Clericis in bonis extra causam suâ professionis, puta ob negotiationem vel similem quâstum habitis, quia non obstante illorum privilegio detineri possint. *c. quâquam verò pro rebus suis propriis. X. de censib. in 6. Coler. dict. part. 2. cap. 3. num. 142.* Talia sunt frumenta cæterarq; merces, quæ venales ab iis exponi solent, etsi pretia ad sui sustentationem convertant. Non enim in iis clericaliter, sed more mercatorum versantur, uti ait *Rebuff. dict. artic. 2. gloss. 1. n. 119.*

Professores quoque, Studiosi aliiq; Alumni Academiarum, ab arrestis sibi exemptionem asserunt ex *Auth. Habita. c. ne fil. pro patr.* Nec sine iustâ ratione. *Rebuff. ad Ordin. Reg. tom. 1. artic. 3. gloss. 3. num. 68. Et in tract. de Privileg. scholar. cap. 83.* Unde licet extet statutum vel consuetudo generalis, quod post lapsum solutionis terminum debitores in persona listi possunt, tamen Scholares non comprehendere existimatur *Mattheslan. singular. 95. Coler. de Process. executiv. dict. part. 2. cap. 3. num. 157.* etsi, antequam tales facti, se obligaverint, vel alibi quam in loco, ubi studiis incumbunt, contraxerint. *Rebuff. dict. tract. 122. Peck. dict. tract. cap. 5. num. 1.* Ita verò hæc accipienda sunt, si Scholares suis invigilent studiis, eorumq; causâ peregrinentur. Data enim est ea immunitas, ne impediantur cursum literarium pro suâ & publicâ salute absolvere, quod facîle contingere posset, si per arresta debitorum prætextu detinerentur. Cæterùm quando Scholares alibi commorantur, ibi contrahunt, delinquant, administrant, similiter si expresse vel tacite foro renunciant, uti quatenus sine præjudicio Aca-

- demix fieri potest, integrum est, non gaudent eo privilegio; sicuti etiam qui studia saltem perfunctorie & dicis causâ colunt, animum verò ad alia adjiciunt, uti sæpè fieri videmus; indigni sunt istis privilegiis.
- 98 *vid. Coler. dict. cap. 3. num. 149.* Deinde non pertinet ad delinquentes, qui re & corpore arrestantur, quemadmodum usus quotidianus sic observat. Porro nec discessuris ex Academiis vel aliis locis, ubi pro victu vel habitatione debita contraxerunt, indulgetur ea licentia, ut licite discedant, antequam solvant. Tunc quasi de fugâ suspecti censentur, ideoq; merito detinentur. *Coler. dict. tractat. part. 1. cap. 2. n. 127.*
- 99 Quod privilegium obtinent, eo & gaudent illorum bona, quæ studiorum gratiâ tenent, sicut & ea salaria, pro quibus studiis operam impendunt. In quæ nec fieri solet executio, nisi cum aliis omnino carent. Cætera bona, quæ habent, haud sunt exempta ab arrestis. *vid. Coler. part. 2. cap. 3. num. 144. seq.*
- 100 Quæ de Scholaribus dicta, ad eorum ministros, Pedellos & famulos referuntur. *Peck. dict. cap. 5. num. 5.* Etsi verò non negem, quoad fori competentiam, privilegia & immunitatem, in loco, ubi degunt, eos eodem jure uti, quo cætera Academiæ membra: Si tamen debeant nec solvant, haud puto injuriam fieri, cum arrestantur.
- 101 Quidquid enim singulari ratione idè Scholaribus tribuitur, ne studia illorum remoram patiantur, id non pertinet ad illud genus hominum, quod istis servit, haud verò studet bonas literas. Abutuntur Academici privilegiis æquè ac suâ ratione, quando studiis speciatim indulta, ad hos detorquent, qui non student. Discernenda ista sunt, quæ competunt, ut Studiosis bonarum artium, & quæ tributa sunt ut membris corporis Academici singulare forum & jus obtinentis.
- 102 Scholarium causâ & ab arrestis eximi solent eorundem patres, ut cum liberos invisunt, in loco studii arrestari non possint, nisi ibidem contraxerint, aut solvere promiserint, vel illic longo tempore in fraudem creditorum moram traxerint, *Rebuff. in tract. de Privileg. Scholar. cap. 77. Peck. dict. cap. 5. num. 3.* ubi idem ad eorum famulos extendunt. Sed haud suaderem, ut quis huic Dd. traditioni nimis confidat. Cujus rationem ipsâ magis, ubi judex attenderit, non erit securus.
- 103 ab arrestis, quem studiorum favor non protegit. Doctores Juris alii, sicut & Medici, Advocati similem libertatem sibi vindicant ex *l. Medicos. 6.*

cos. 6. c. de Profess. & Med. Sed ipse textus docet, quod de iis loquitur, qui in Scholis docent. Ideoq; *Peck. dict. cap. 5. num. 12.* putat isti non multum fidendum, sed religioni iudicis relictum fore, ut necessitatem ponderet, & facti circumstantias colligat, uti ex sententia Senatus Brabantici Medicus ex arresto dimissus est, propter periculum, quod agris ex longâ absentia illius, qui in parvâ civitate unicus erat, imminerebat. Ullus quoque non observat eam opinionem, quam aliqui scribentium pro se sine jure saltem propalarunt.

Milites, quando ad bellum, vel in eo occupati sunt, arrestare haud licet, *gloss. in l. nepos. ib. Dd. ff. de v. s. Rebuff. ad Ord'n. Reg. tom. 1. tit. de oblig. liter. artic. 6. gloss. 3. num. 68.* quod tum favori militiæ datum est, ne ab illâ cum periculo Reipubl. distraherentur, tum etiam privilegio fori, quod ex eadem causâ habent *l. magisteria. c. de jurisd. omn. Judic.* consequens. Ad illos verò solum pertinet, qui actu militantesive in castris, sive in prædiis vivant. Ubi à militiâ discedunt, non proficit in hac pristina militaris functio. Neque juvantur ista libertate in delictis. *l. milites. c. de Questionib.* Unde si sortè prædando aliis res suas abstulerint, cum iudicis militaris copia haberi nequit, à quovis magistratu arrestari queunt, donec reddant aut caveant. *Peck. dict. cap. 5. num. 6. in fin.* Bona illorum non aliâ ab arrestis libera sunt, quàm quibus ad militiam utuntur. Quæ extra hujus causam habent istis sunt obnoxia. *Coler. dict. tractat. part. 2. cap. 3. num. 137.*

Eodem jure gaudent, qui ad exercitum comitatum vel pecuniam adferunt, qui ut publicæ & moram non patienti utilitati serviunt, sic quando istâ operâ funguntur, arrestari non debent. *l. semper. ff. de Jur. Immunit. l. 1. c. de Navicul. Peck. dict. cap. 5. num. 7.*

Militum exemplo sibi eam immunitatem vendicant Nobiles. Et tribuunt etiam ex Jctis aliqui. *vid. Coler. dict. cap. 3. num. 161.* Sed si militiam sectarentur, ex simili ratione idem concederem. Ubi verò à militiâ longè absunt, in prædiis aliisve suis domiciliis degunt agriculturæ aliisq; civilibus negotiis dediti, aliquando etiam Reipubl. nullis studiis proficui, nisi ut fruges consumant, sine jure & ratione non audeo eam libertatem ipsis concedere. Nec usus servat; imò nec ratio ni congruum, ut in quibus fides præeminere debet, & turpior est non servati contractus aut soluti debiti iniquitas, quam in cæteris inferioribus

sortis hominibus, illi privilegio ob dignitatem suam frui velint, cum
 113 fidem fallunt. In quos eò durius procedendum, quo magis perfidiâ
 honorem, quo tanquam bullâ gloriantur, conspurcant. Non habent
 quod conquerantur, cum bonam præstando fidem arrepta evadere li-
 ceat, minimè verò hæc accusare, nisi se reos faciant istius violatæ.

Legati seu Ambassiatores eorumq; res in iis locis, ubi legationis
 114 munus obeunt, vel per quæ ejusdem causâ ire aut redire opus habent,
 arrestari non possunt, ne quidem pro contractibus ibidem antea cele-
 bratis, sed gaudent privilegio revocandi domum & petendi actorem
 remitti ad locum domicilii, tanquam forum ordinarium. *l. 2. §. lega-
 tis. l. si quis in legatione. 8. ff. de Judic. Beck. dict. cap. 5. num. 9. Coler.
 115 dict. cap. 3. num. 202.* Quia enim repræsentant personas eorum, à qui-
 bus mittuntur, & ex detentione damnum ad hos recideret, iniquum
 non potest non esse id permittere, unde impediatur legatio, *l. de eo ff.
 dict. tit. & ab officio susceptæ legationis detineantur. l. non alias in-
 116 fin. ff. eod.* Nec interest à Principe missi sunt, an à civitate vel provin-
 ciâ aut municipio. Par enim securitas his debetur, cum pro aliis fide
 publicâ veniant. *vid. script. ad artic. 10. num. 37. seq. tit. 1. lib. 1.* Atque
 ita etiam de repressaliis Jcti sentiunt, quod, cum licitæ tamen exerceri
 non debeant contra legatos in iis locis, ubi legationis causâ eunt, mo-
 rantur vel redeunt. *Bartol. in l. si quis legatum. 17. in pr. ff. de Legat. &
 117 in l. 2. §. Legatis. num. 1. & 3. ff. de Judic.* Excipiuntur ab hac securi-
 tate isti casus, quando legati tempore obitæ legationis in loco isto con-
 trahunt, antequam creditoribus satisfaciant, discessuri, *dict. l. 2. §. le-
 gatis de Judic. Coler. dict. l. num. 195.* ubi dicit, si aliter diceremus, frau-
 dum licentiam aperiri legatis impostoribus, ut sub isto prætextu mer-
 118 ces deferant domum sine precio. Item quando finitâ legatione in isto
 loco diutius subsistunt, non attendentes, eo ipso finiri illorum privile-
 gia. *Coler. dict. l. num. 192.*

Quod de Legatis dispositum ad Commissarios extenditur, præ-
 119 sertim quantum ad jus revocandi domum attinet. *Rutg. Ruland in
 120 tractat. de Commissar. part. 1. lib. 1. cap. 10.* Ita & his, qui à superiori in
 curiam vel aulam pro honore suo aut usu publico vocantur ab arrestis,
 libertas tribuitur, cum non spontè, sed coacti veniunt. *Mausuer. in
 practis. tit. de Execut. col. 8. Suarez. in l. post rem sect. quæ incip. Circa
 Judicem.*

Judicem. num. 21. ff. de re judic. Quod porrigi solet ad quascunque alias personas ex necessariâ aut probabili causâ peregrinantes, prout sunt Romipeta & alii, qui religionis causâ peregrinantur. Item qui testimonii dicendi vel judicii causâ evocantur, ut & qui pro justificatione appellationis suæ citantur. *Coler. diſt. cap. 3. num. 197. Carpzov. in Jurisprud. Romano-Saxon. constit. 30. de fin. 10. per l. 2. §. 2. ff. de judic.* His enim jus revocandi domum proditum est, dummodò in loco peregrino, ubi exiguntur, antea non contraxerint, in quo soli Legati, non verò alii privilegiati sunt. *Felin. c. fin. num. 46. X. de for. compet. Coler. diſt. l. num. 197. & seq.* Cæterum non perinde hæc usus observat, verum ubi statuto aut consuetudine prorogatur jurisdictio contra omnes, qui solutionem in isto loco debent, etsi contractus ibi celebratus non sit, tamen arresta decernuntur, ad eum tamen effectum saltem, ut arrestatus satisfat, vel si fidejussores reperire non queat, jurato caveat de judicio fisci, cum Prætor diem dicturus est, juxta *diſt. l. 2. §. sed si dubitetur. 6. ff. de judic.*

Immunitas ab arrestis porro asseritur Consiliariis & Advocatis Principum, cum sine præjudicio & damno publico detineri in aliis foris non possint, quibus publici incumbit cura. *l. jubemus. l. petitionum. c. de advoc. divers. jud. Guid. Pap. decis. 423. Pech. diſt. cap. 5. num. 10.* Quod tamen non aliter accipiendum est, quàm quoad illorum personas, quatenus per arresta in functione impedirentur. Bona ipsorum nullibi ista gaudent. Deinde aliud quoque sentiendum, cum in loco aliquo contraxerunt vel solvere promiserunt, aut fori beneficio expressè aut tacitè renunciarunt. His casibus nec jus nec ratio ipsos liberat ab arrestis, non magis quàm ab ipsis pactis conventis.

Ab arrestis itidem liberi sunt, qui privilegium de non arrestando impetrarunt. Hoc aliquando conceditur certis personis, aliquando integris civitatibus, quarum singula membra gaudent istâ immunitate. Hujusmodi impetravit Civitas Stralsundensis Anno 1581. à Rudolpho II. laudatis, memoriæ Imperatore munitum sanctione 40. marcarum auri puri contra violatores. De tali autem privilegio, per quod Universitas vel singulares personæ à Cæsare impetrarunt, ut ipsi vel res illorum arrestari non debeant, sed in suo quisque foro conveniri, aliquid addere, operæ pretium est, cum tale multi sibi comparent, & de ejus vi & effectu

& effectu sæpius exorta fuerit controversia. Justè id concedi extra dubium est. Concedendi usus per frequentiam exemplorum constat. In Camerâ Imperiali, nec non Consilio Aulico tanta ejus autoritas est, ut contra illud gravati faciliè impetrent mandata sine clausula de relaxando & comparando ad docendam partitionem, aut videndum se declarari in poenam privilegio insertam vel mandato additam. *Rutger. Ru-land. de Commissar. part. 3. lib. 5. c. 6. n. 9. & 12.* Enascitur ex isto privilegio exceptio declinatoria fori & jus revocandi domum. Cùm civitati datum, ex eo Magistratus pro civibus, quibus competere intelligitur intervenire, & ut causa ad suum forum remittatur, petere solent & possunt. Si non impetrant, per superiorem juvantur mandatis sine clausulâ. Non uno tenore id datum reperimus. Aliqui simpliciter ita obtinuerunt, ut ipsi eorumq; res planè arrestari non debeant, & si arrestum imponetur, statim ad instantiam arrestari sine ulla conditione relaxari. Aliis cum eâ adjunctione contigit, ut, si arrestentur, oblata cautione idoneâ relaxatio fieri, & causa principalis post illam præstitam in foro domicilii tractari & judicari debeat. Illud hoc plenius. Creditum à non nemine posterius nihil ultra continere, quàm quod juris communis seu aliàs circa arresta ex constitutionibus imperii provissum. At foret hoc contra naturam & virtutem privilegii, quod nullum atque inane est, nisi quid ultra communem juris providentiam contineat. Inde semper fit talis privilegii interpretatio, ut aliquid contra jus commune operetur. Qualis circa hoc privilegium accipitur, quod etiam in casibus, ubi arresta sunt justa & consueta, contra privilegiatos vim ultra non habeant, quàm ut cautionem de judicio sisti & judicatum solvi præstare teneantur, de cætero liberi & ad suum forum, quod ex domicilio habent, remittendi sunt.

Intelligendum verò est privilegium illud, utcunque sonet cùm eâ exceptione, nisi quibus competit, renunciaverint. Est enim renunciandi facultas, *l. pen. c. de pact.* & post renunciationem non est jus revocandi domum *l. quæritur. 14. §. si venditor. 9. ff. de edilic. edict.* Fit autem non expressè tantùm, sed tacitè quoque per illos actus, quæ quisque se foro submittit, sicuti si quis in aliquo loco contraxit vel quasi. *Carpzov. Resp. Elect. 29. n. 20. lib. 2.* Simile est in administratione bonorum alicujus vel in muneris gestione alibi susceptâ. Quo-

modo,

modo, qui sic forum sortiuntur, iis in locis conveniri queunt, sic etiam ibidem non obstante privilegio arrestari, quod pertinent rationes, quas habet *Carpzov. dict. loc.* Quod si etiam qui tale privilegium habet, in loco aliquo delinquit, eodem non juvatur. Delictum, uti quasi contractum in se habet, ita & similem submissionem in foro, ubi delinquit. Præterea in delictis non proficiunt privilegia, quæ nemo criminofus juvatur. Error est insignis sibi persuadentium ex privilegio post delicta alibi perpetrata etiam eorum causa jus revocandi domum & inde relaxationem arresti competere. Quem non singuli cives, sed & civitates aliquando prodiderunt, quando pro civibus contra arresta in causis delictorum ex obtentu istius privilegii intervenire non dubitârunt. Expertæ tamen, quod frustra laboraverint. Juxta hæc concludimus ex isto privilegio esse jus revocandi domum in illis casibus, ubi forum competens est locus domicilii. Secus rem se habere, si arrestatus forum citra arrestum alibi sortitur, tantum pro securitate fori competentis arrestatur. Nec enim tale privilegium excludit forum sortiendi alios modos, nisi speciatim contra eos ad excludendum, sit concessum. Simile & quoad arresta ejusdem effectus est privilegium fori, seu de non evocando, quod simul continet jus revocandi domum. Cessat quoque hoc privilegium de non evocando in causis delictorum, cum reus in loco delicti deprehenditur. Nec impedit hoc, quin arrestari atque detineri delinquens possit. Ut in summo Tribunali Regio judicatum, ita per rationes in *Decisione nostrâ 4. p. 2.* demonstratum reperies, quod lectorem remittimus. Id verò hic addo, quod etiam ex praxi observavi, ubi quisquam in alio foro contraxit, si ibi reperitur ex causis, quæ aliàs arresta faciunt iusta, arrestari posse nec privilegium illud de non evocando ab eo liberari, cum illud nihil aliud complectitur, quàm jus revocandi domum, quod in contractibus alibi initis locum non habere, nec aliàs valde privilegiatis competere ex jure communi scimus *l. 2. §. omnes 4. ff. de judic.* Ex quo textu privilegium tale declarandum & intelligendum. Quousque autem se extendit privilegium tale concedentis potestas & jurisdictio, eousque se porrigit immunitas ab arrestis. Ut non modò concedens pati non debeat ab aliquo subjectorum obviari suæ concessioni, quam tueri è dignitate, autoritate & usu tam imperantium quàm imperii est, sed nec

- ipse arreslando violare, quem decuit privilegia consideratè indulgere,
 128 indulta verò constantissimè servare. Multum interest inter privile-
 gium generale de non arreslando & saluum conductum, quem à Prin-
 cipe vel superiore debitor impetrat. Hoc invitis creditoribus non
 juvari debet obzatus. *Carptov. in jurisprucl. Roman. saxon. part. 2.*
 129 *constit. 22. defn. 10.* His enim ex jure vel consuetudine, quæ arresta-
 permittit, jus quæsitum, quod ne summus quidem Princeps auferre
 potest. *l. 2. §. meritò. §. si quis à Principe. ff. ne quid in loc. publ. l. 4. C.*
de Emanc. liberor. Præterea contra injuriam saltem proficere debet
 salvus conductus, ideoq; non includit legitima juris remedia, quorum
 executio non habet injuriam.
- 330 Sunt etiam aliqui ex pactis conventis contra arresta securi veluti
 inter confederatos non rara ea sunt, quod civium suorum arrestatio-
 nibus & repræfaliis renunciant, statuto certo modo, quo unusquisque
 jus suum contra alterius territorii vel civitatis subditos prosequi de-
 331 beat. Uti verò ea sancta esse debent, & ex provisionibus vel stipula-
 tionibus superiorum cuilibet subjectorum jus & beneficium quæritur,
 sic etiam singuli ex his gaudebunt exceptione pactorum, si fortè contra
 ea onerentur. Jure Hamburgensi *part. 1. tit. 17. artic. 17.* de eo pro-
 visum reperitur. Inita sunt & olim talia pacta inter quatuor prima-
 rias Civitates Pomeraniæ citerioris. Sed longà annorum serie non
 observata esse, ex contrariis singularum exemplis didici, ut contrariâ
 consuetudine inde recessum esse verosimile sit.
- 332 Quæcunque autem personæ singulari aliquo jure ab arrestis sint
 immunes, haud tamen suis privilegiis aliter juvantur quàm primo, ut
 333 à fugâ & fugæ suspicione absint. Fugitivi enim & qui his æquiparan-
 tur de fugâ suspecti, si suspicio judici ex verisimilibus indiciis probata
 fuerit, nullâ gaudent fori præscriptione, nec domum revocare queunt,
Jafsen in l. 2. numero 15. & seq. ff. de Jurisdic. Caccialup. de debitor. su-
 334 *speci. 4. quæst. princip. numero 3. & 4.* sed meritò detinentur. Sic
 Scholares de fugâ suspecti pro debitis in personâ & rebus justè non ob-
 335 stante privilegio arresantur. *Coler. d. tract.* An verò tamdiu, donec
 fiat solutio, an verò saltem usque dum offerant satisfactionem de stando
 juri vel respondendo in loco domicilii? Et quidem interest, utrum
 debitum sit liquidum & paratam executionem habeat, nec pliciori ju-
 dicii

dicii telâ egeat; quod non remittendum est ad forum aliud, cùm ille sine judiciario processu solvere debeat, & confessata obligatio pro re judicatâ habeatur, an verò ordinario processu opus fuerit, tunc relaxabitur per satisfactionem istam arrestum, dummodò in loco domicilii detentus, tantum bonorum possideat, ut eum solvendo esse non dubitetur. Aliàs etiam satisfactio de judicato præstando necessaria erit. *Bartol. in l. bares. §. proinde. num. 2. de judic. ib. Alberic. de Rosat. num. 7. ubi de observantia testatur Rain. Consil. 18. num. 3. vol. 5. Dein* de opus est eos certum habere domicilium, ubi forum sortiantur. Qui enim incertis vagantur sedibus, nec ullibi fixum constituerunt domicilium, aut semel constitutum deseruerunt, in omni loco, ubicunque reperiuntur, forum habent, ideoq; , etsi aliàs privilegiati non gaudent jure revocandi domum, nec invito auctore domicilium eligere possunt. *Eclm. inc. fin. num. 13. X. de For. Compet. Gail. 1. Observ. 1. num. 34. Cujus rationes vid. ap. Coler. dict. tractat. part. 2. cap. 1. num. 96. Id etiam ab iis, qui jus revocandi domum ex aliquâ causâ prætendunt, exigi solet ut in foro competenti se in jus stituros datis in loco arresti fidejussoribus caveant. Quæ tamen cautio de judicio sibi remittitur hîc, qui ibidem amplas possessiones habeant. Præterea & ab omnibus privilegiatis requiritur, ut se contineant intra metas vocationis suæ, cujus gratiâ utuntur beneficiis. Eas si exceßerint, cessante causâ, cessant privilegia. vid. Coler. dict. tract. part. 2. cap. 3. numero 162. & seq. ubi exemptum & præjudicium notabile addit.*

Inopia per se non relevat ab arrestis. Etsi enim notorium sit, debitorum adeò esse pauperem, ut nihil habeat, unde creditori satisfaciatur, arrestum tamen contra eum justè decernitur. *Peck. dict. tract. cap. 4. num. 1. Unde postquam ille extremam egestatem suam allegaverit, aut de eâ aliter constiterit, condemnatio fieri solet ad carcerem, sum Schind. Thurn/aut adjudicatio ad manus creditoris, quò ipsi operis suis serviat, donec servitiis suis libertatem redimat, uti pluribus de his remediis egi in Commentar. in Jus Lubec part. 1. tit. 3. artic. 1. Nequicquam sibi blandiuntur debitores, quasi suâ inopiâ evasuri exactionum compendia, cùm in duriora longè incidunt, nisi aliis exceptionibus, quarum aliquas dict. loco congesti, se adversus ista tueri valeant. Sed quid, si debitor tempore contractus non fuit solvendo, Bartolus in l.*

- qui arbitrio. ff. qui satisd. cog.* cum sisti aut arrestari non posse opinatur & Angelus in §. *superest. Inst. de Actio.* gloriatur se autoritate istâ
- 143 Bartoli mille capturas tecisse irritas. Ego verò miror istâ iudices seductos fuisse, aut imperitos credere cogor, si inopia in id proficeret., bone DEUS, quanta fraudum occasio, cum earum impunitas foret. Quanta iniquitas à justis remediis illos eximere, qui egeni, facultates simulando aliorum pecunias injuriosè attraxerunt. Justius hic discernitur, an creditor tempore contractus debitorem sciverit inopem &
- 144 non solvendo, an verò id ignoraverit. Qui sciens prudensq; cum inope & suspecto contraxit, arrestum vel non impetrabit, vel statim relaxari patietur. *Panorm. in cap. 2. n. 3. X. de Pignor. Gail. 2. Observ. 44. n. 5.* Non enim potest conqueri de paupere, qui eum approbavit, sed eo contentus esse cogitur, *l. si ab arbitro. 10. ff. qui satisd. cog.* suzq; voluntati imputare, quod fidem inopis secutus sit. *l. qui bona 13. §. de illo*
- 145 *6. ff. de damn. infect. l. 3. ff. de Fidejussor.* Sed si ignarus fuit conditionis illius, crediditq; hominem esse solutioni sufficientem, iniquissimum foret latentem paupertatem debitori, qui eam tegendo & ultra vires semet onerando non extra fraudem est, commodo & innoxio creditori in damnum cedere. *Angel. in l. creditores. ff. de Privil. Credit.* Quod multo magis obtinet, si probabilis sit creditoris opinio de debitoris idoneitate, veluti cum publicè habitus est pro mediocriter idoneo, vel cum hic dolo induxit illum, ut secum tanquam cum divite contraheret.
- 147 *Castrens. in l. etiam. ff. solut. matrimon.* In dubio præsumitur creditor ignorasse facultates debitoris, cum nemo suum iactare velle intelligatur, ideoq; contrarium allegans probare debet. *Bald. in fin. C. de sponsalib. Peck. dict. cap. 5. in fin.* Minimè ergò opus est, ut *Angel. in l. si pro ea. C. mandat.* admonet, ab Advocatis articulari tempore crediti fuisse debitorem idoneum, sed si in contrario debitor intentionem suam fundet allegare & juxta scientiam creditoris probare tenetur.
- 148 Si debitores bonis cesserint, eo ipso ab arrestis sunt liberi, etsi ea vel ex conventionem debitoris sint permessa, cum & ipsa cessione arresta relaxentur. *Peck. dict. tract. cap. 4. num. 2. & cap. 45. n. 19. Coler. de Process. executiv. part. 1. cap. 7. num. 19.* Illa enim exceptionem dilatoriam parit, quâ tuti sunt contra actiones quasvis cedentes, donec iterum quasiverint, unde creditoribus satisfiat. *§. ult. Inst. de replic. l. 3. C. de*

C. de Bon. autorit. Jud. possid. Ista aded favorabilis, ut in rescripto, 150
 pacto aut statuto omnes exceptiones rejiciente, rejecta non putetur, sed
 integra maneat. *Carol. de Graß de Except. cap. 17. num. 1. & seq.* Inde 151
 debitores ab iis, quæ ad corporis molestias & afflictiones pertinent, im-
 munes sunt, *l. 1. l. fin. C. qui bon. ced. poss. Nov. 135. pr. & cap. 1. Coth-*
mann. Consil. 19. num. 1. vol. 1. aded ut & à conventis obstagis liberi 152
 sint. *Gail. 2. Observ. 44. num. 6.* Bona illorum statim post cessionem
 creditorum fiunt communia, & dum super prioritate certatur, induci-
 tur quædam super iis quasi litispendentia. Unde ratio dictat, ante-
 quam ordo inter concurrentes à judice constitutus est, nihil innovari,
 nullas executiones pro uno alterove creditore utut summè privilegia-
 to decerni, sed omnia in eo statu, quo cessionis tempore fuerunt, nisi
 necessitas vel moræ periculum aliud urgeat, relinquenda esse, *uti latiss.*
nuper deduxit Dn. Job. Cothmann. Megapoleos Cancellarius in Apologia
cap. 1. & 2. Quare omnia decreta, immisiones, executiones, arresta, 153
 apprehensiones, quæ pro aliquo creditorum emanant, non secus atque
 attentata revocanda sunt, quia iniquum foret, in communi creditorum
 causâ uni præ altero velle gratificari, *Corn. Consil. 212. per tot. vol. 2.*
 licet vel ex instrumento guarentigiato paratissimam executionem ha-
 bente creditum petatur, *Brun. in tract. de cess. bonor. quæst. 12. princip.*
n. 1. vel condemnatio facta aut post trinas conformes sententias execu-
 tio ante cessionem decreta sit. *Brun. dict. tract. quæst. 2. princip. num.*
10. Matthe. de Afflict. decis. 296. numero 2. Cessione enim legitime 154
 peractâ debitor definit esse bonorum dominus, eaq; creditorum facta
 sunt communia, ita ut par & æquale jus in iis haberi intelligantur, do-
 nec discussâ singulorum prioritate, fiat adjudicatio aut ex distractis or-
 dinata solutio. Sicut ergo creditor concreditorem non potest arre-
 stare, ita nec in ejus præjudicium bona quædam ex cessione communia,
 dum ante finitam licem non constat, quis potiora jura obtinent. Ideo 156
 que arrestatis rebus cessis non est res cum debitore, qui cessit, sed cum
 cæteris creditoribus, qui nihil debent. Cæterum ut hoc quietè fru- 157
 antur debitores, non sufficit cessionem bonorum allegare, sed & ipsam
 & cætera, quæ ad illam jus desiderat, notoria esse vel docere oportet.
 Primò necesse est, debitores in eorum numero esse, qui ad cessionis be- 158
 neficium admittendi sunt. Plures isto judicantur indigni, veluti De-

coctores, Pauperes ex suo vitio vel culpâ, Fraudatores, qui cum creditoribus suis dolosè versantur, sub spe cessionis contrahentes, item scientes se tempore contractus non esse solvendo, negantes debita, delictorum rei & qui sunt similes, *de quib. latins scripti in Jacoxey. 1. theatr. Concurf. credit. num. 18. & mult. seq.* Hi etsi bonis cesserint, arrestari sine dubio queunt, cum & justè incarcerentur. Secundo vera
 159 cessio requiritur, quâ omnia bona ad ultimum usque quadrantem ceduntur. *gloss. in l. pen. ff. de Cess. bon. ib. Bartol. Covarruv. 2. var. resolat. 1. numero 5. Coler. de Process. executiv. part. 1. cap. 6. num. 122. Gometz. 2. var. resol. 11. numero 5. & seq.* cum aliquo reservato obulo cessio non valere dicatur. *Bald. in l. fin. C. qui bon. ced. poss. Petr. Gregor. Rhodusan. syntagm. Jur. cap. 8. num. 4. lib. 22.* Illi ergo debitores,
 160 qui creditores suos citari curant, liquidationes postulant, concursum excitant, sed interim nihil minus faciunt, quàm ut cedant bonis, in quibusdam per mixtas creditorum lites sibi quietem comparant, morantur, dominantur & fructus sub spe rationum, nescio qualium, reddendarum consumunt, ab arrestis immunes non sunt, cum reverà bonis non cesserint. Multum interest inter cedere bonis & concursum facere. Etsi vel huic nomen cessionis obdi soleat, longè tamen inde abest, nisi & creditoribus, vel qui eorum nomine administret, bona tradita & cessa sunt. Quantum fraudum & machinationum ad decipiendos miseros creditores sub concursus nomine tegatur, nemo in foro hodiè mediocriter versatus ignorat. Pulchrè de his scribit *Peckius dict. tractat. cap. 3. numero 16.* istiusmodi nebulonum fraudibus obviandum est, ne in eorum facultate sit, creditoribus, quibusolvere aliquà ratione possunt, præjudicare, & ne ignavi & desides alieno alantur sudore; unde ait, debitorem, prout singulis diebus lucrabitur, teneriolvere creditoribus, neq; ad cessionem admittendum, eamq; opinionem tanquam animæ illorum convenientem, Reipubl. utilem & piam commendari à Cyno &c. Si isti Concurfices, & Concurfpteler, eò cupiditatis suæ pervenirent, ut cum ad concursum provocassent, proclamata, aliasve citationes impetrassent, non præstitis, quæ ad cessionem pertinent, ab aliis actionibus liberi essent, quàm indigna istis hîc permittitur securitas, tam certa imposterum iisdem gehenna, creditoribus iniquissima vexatio, Judicibus conniventibus coram summo DEI tribunali

bunali durissimum judicium præparatur. Unde sicut illi cessionem, 163
 justè non allegant, ita nec sub ea ab arrestis se defendent, nec Judex sub
 cujus directione concursus excitatus est, ubi cessionis justa non proces-
 serint, sine pudore & injuriâ arresta aliorum judiciorum improbare
 valet; Tertio cum ex jure communi, tum ex statutis, diversa cessionum
 sunt solennia, *de quib. in dict. παρκεψ. n. 29. O. mult. seq. actum*
est, quæ ut ad earum formam spectant, ita strictissime observanda
 sunt, ut ne Judex quidem remittere queat. Iis verò neglectis uni ces-
 sio vitiosa, ita nec contra arresta obtendi potest. Sed quia judicium ea 164
 solet esse excusatio, non petita à creditoribus cessionum justa, quamvis
 coram DEO, qui eos in tribunali tanquam justitiæ observatores & vin-
 dices locavit, non proficit, & pro iis, qui arrestis potius uti, quàm di-
 sputationibus involvi cupiunt, optima cautio est, in primo statim ter-
 mino, ad quem convocati fuerint, Creditores, desiderare, ut cessio ritè
 fiat; sin minus, protestari contra concursum, ut ineptum & ad nihil ni-
 si juvandam debitorum iniquitatem utilem. Quo facto, antequam
 debitores à sua parte impleverint, quæ cessio requirit, eò minus exce-
 ptione cessionis repelli possunt, si alibi arrestum impetraverint, aut ju-
 dici decernenti quidquam imputari, quod nondum verificatâ legitimâ
 cessione jus petenti non denegaverit. Multò magis verò, ubi credi- 165
 torum patientiâ debitor bonorum possessionem & administrationem
 retinet, si pendente concursus disceptatione debita contraxerit, tam i-
 pse quàm bona illius arrestari queunt. Cessio non præjudicat iis, qui 166
 post cessionem factam cum debitore contraxerunt. *l. p. C. de reh. au-*
thor. jud. poss. Mysing. §. ult. num. 3. ib. Schneidw. num. 3. Inst. de a-
ctum. r. bolesan. dict. lib. 22. cap. 8. num. 7. Nec audienda creditorum
 Niorum interventio, qui dum ipsius fidei & curæ relinquunt bona, ejus 167
 fidem & rationem sequi debent, nec justè impediunt, ne ille, quæ de-
 bet, solvat. Ubi nihil juvat prætextus sua esse bona, quæ debitor de-
 tinet, quæ ab isto meritò deposcant, cui reliquerunt. Sed invidiæ, 168
 imò malitiæ est, resistere aliis suum petentibus, & debitoris malitiæ
 connivere. Qui relinquunt bona, debitori hoc etiam permittunt, ut
 ille contrahat. Præprimis verò hæc pertinent ad credita pro conser-
 vandis, ædificandis, reficiendis aut excolendis iis, unde cæteris satisfac-
 tiendum est. Si etiam contingat debitorem, utut legitimè bonis ces-
 serit,

serit, ad pinguiorem deveniri fortunam, sicut inde obligatus est creditoribus. *l. 7. in fin. c. qui bon. ced.* ita & cum non solvit, ipse bonaq; illius recte arrestantur. Alia quoque eorum, quæ de cessione dicta sunt, limitatio est ex statutis & moribus locorum. Nam si his cessiones non aliter admittuntur, quàm ex arbitrio creditorum, nisi eos carcerari aut ad manus operave adjudicare malint, tunc is, qui ex istis ratione domicilii, contractus vel aliunde obligatur, etsi bonis cesserit, non aliter ab arresto immunis est, quàm si cessioni creditor aliqua ratione assenserit. Eo non facto non aliter dimittetur debitor vel res ejus, quàm si apparuerit, eum in ista conditione esse, quæ etiam invitis creditoribus locum facit beneficio cessionis, *de quo plura scripsi in Commentar. ad artic. 1. tit. 3. lib. 1. Jur. Lubec.*

169 Approbasse verò cessionem dicitur non modò ille creditor, qui convocatis cæteris creditoribus creditum suum in loco judicii ordinarii professus est, jusq; sibi administrari petiit. Sed etiam qui citatus non contradixit cessioni. Non enim hic sufficiet nihil factum, unde consensus probetur, sed oportet manifestam accedere contradictione cum reservatione juris sui.

170 Qui literas solutionis moratorias, seu quinquennales, ut vocant, à summo Principi impetrarunt, adversus arresta securi itidem sunt, *arg. l. quoties. c. de Precib. Imperat. offer. Papon. lib. 29. Arrest. Gall. tit. 9. Peck. dict. cap. 5. num. 17.* modò non ista petantur ob talia debita, quæ sub istiusmodi indulgiis non comprehenduntur, *qualia plura refert Menach. de Arbier. Jud. quæst. lib. 2. cas. 203. Trentacinq. lib. 3. pract. resolut. tit. de solut. resol. 1. per tot. Fab. in Cod. lib. 1. tit. 9. defin. 11. 20. 29.* Cætera etiam sint paria, quæ desiderantur, ut inducæ istæ valeant & proficiant, de quibus alii plura scripserunt, quæ huc adducere mei non est instituti.

171 Id verò observandum est, Principes inferiores, etsi aliquando moratoria indulta edant, ea tamen istam vim non sortiri, ut manus ligent iis iudicibus, qui ipsorum nomine jus non dicunt. *Tessaur. decis. 186. num. 8. Fab. in Cod. dict. tit. 9. defin. 17.* His, qui in suo districtu omnimodâ jurisdictione atque arbitrio statu gaudent, etsi subjecti sint jurisdictioni illorum, nisi assenserint istiusmodi diplomatibus, non possunt oberudi illa, quibus alteri suum aufertur, aut impeditur.

172 Nec enim iisdem inviis potest imponi jus legibus communibus contrarium. Multò minùs ea statuta moratoria, quæ aliqua

aliqua Provinciae membra inter se conduat, utut cum autoritate & assensu superioris, aliis præjudicant, quàm qui iisdem astipulati fuerint.

Ad illos, qui non in solidum, sed saltem in quantum facere possunt, conveniuntur, ab arrestis immunitas extenditur, ex ea ratione, quòd sunt, conveniuntur, ab arrestis immunitas extenditur, ex ea ratione, quòd capi & carcerari non queant, cum & tantum his relinquendum, unde alimenta habeant, *de quo vid. prælix. Coler. de Process. executiv. part. 2. cap. 3. num. 117. mult. seq.* Sed et aliàs dixi, et in hac materià probè observandum est, differt carcer obætorum ab arresto simplici, nec ab isto ad hoc negativa valet illatio. Ille enim ad poenam destinatus est, idèq; per competentis beneficium excluditur. Hoc verò idè reperitur & licitum, quòd debitor vel ejus bona sistantur, donec vel de causà, cuius gratià convenitur, respondeat, vel si res liquida sit, solvat, quatenus de jure tenetur. Ab hoc ergò cum non liberet istud beneficium, unus nec etiam ab arresto, *ita rationabiliter sentit Pock. dict. tractat. de p. 5. num. 10.* Ubi verò absolutio arrestorum præstari condemnatio fieri debet, ibi demùm competentis ratio habenda est. An si parentes liberi debeant, ab his jure arrestantur? Negativam tenet *Berlich. prædic. part. 1. conclus. 50. num. 9. & seq.* tum quia liberis interdicta persecutio honorum paternorum administrationis, *l. si quis prioris & 5. ubi. c. de secund. nupt. l. cum oportet. c. 5. non autem 2. c. de bon. quæ liber.* tum quia honor, qui parentibus debetur, vetat actum contra eos suscipere, qui existimationem lædat aut fugillet, *l. non debet. ff. de del. mal. l. apud Celsum 4. §. adversus 16. ff. de del. mal. except.* cujusmodi reputatur arrestum, *Gail. de Arrest. Imper. part. 2. cap. 3. num. 154.* tum quia sub poena exheredationis filius debet avertere, ne ab alio debitore includatur, *Novell. 115. cap. 3. §. 8.* ergò multò magis arresti duritia ab ipso exercita eum subjicere videtur indignationis paternæ effectus. Idem *Berlich.* tamen *dict. l. num. 20.* restringit eam sententiam quoad parentem male vitæ, prodigum, aut qui notoriè non sit solvens. Item in filio, quem nisi bonis cedere, suos creditores fallere, aut famæ detrimentum incurrere debeat, urget necessitas motosum compellendi patrem. Quæ exceptiones summà nituntur æquitate, & ipso ordine charitatis, quæ à seipsa incipit. *l. præses 5. c. de servit. & Aq.* Ita si debitor parens bonis labitur, aut alia necessitas arguit filium, quòd sibi maturè prospiciat, non accusandus erit injuriæ, quia jure suo non

temerè utitur, & non injuriam, sed beneficium jure communi indultum, cum opus est, usurpat. *l. si duorum q. 2. ff. de action. empt. in terminis. Carpzov. in jurispr. Romano-Saxon. part. 1. constit. 7. num. 28.*

- 179 Sicut autem parem debet honorem Vasallus domino, quem filius parenti, sub pari potestate, *c. an. §. predictis. Quae sunt prim. caus. benefic. amir.* ita etiam Vasallo arrestum sine necessaria causa contra dominum non licere putat *Derlich. dict. conclus. 50. num. 16. & seq.* Quod tamen æquè restringendum existimo, atque ut in superiore quaestione scripsi *Carpzov. dict. tractat. part. 1. constit. 29. def. 1.*

- 181 Advena & peregrinus, cum quo civis vel alius, cum talem esse moxq; recessurum sciens contraxit, sicut fide semel ipsi habita in eo loco, antequam terminus solutionis accedat, conveniri non potest, *l. bares absens. §. proinde. ff. de judic.* ita nec arrestari debet, ut de solvendo vel iudicio sibi caveat. *gloss. in l. 2. §. sed et si. ff. dict. tit. Peck. dict. tractat. n. 4.* Idem Jure Lubecensi cautum exstat *lib. 3. tit. 5. artis. 6. ubi vide quae in Commentario scripsi.* Atque sic exigit commerciorum ratio, ut qui semel fidem habuit, is postea sibi imputare debeat initium contractus damna, nec onerari debitor, qui sub ea, quae placuit, conditione contraxit, aliàs fortè non contracturus, si scivisset satisfactionem exigere. Unde peregrinis multa imminet incommoda. Ut verò creditori arrestum denegetur, oportet (1) eum fidem advenae secutum fuisse, idq; verisimiliter constare, quemadmodum praesumitur, semper ex appposito solutioni die & facta traditione ejus rei, cujus causa debetur. *Barros. dict. loc. Laufranc. in c. fin. X. de for. campes. num. 85.* Praeterea (2) merces suas ita traditas non fuisse, ut statim, vel antequam discedat, premium solvatur. Quando enim pura est venditio inter peregrinum & civem inita, etsi hic illius discessum sciverit aut credere debuerit, arresto tamen detentionem ejusdem justè impetrat, donec praestet, quod promisit, cum recusans & aditum parans delinquat & contractum violare praesumatur. *Peck. dict. cap. 4. num. 4.* Ita & semper quando aliquis dolus vel machinatio iniqua debitoris peregrini justè & verisimilibus indiciis arguitur, veluti si à parte sua non praestet ante discessum, praestanda, de arbitrio suo aliter promisit vel dixit, atque cum instituit vel in verbis ad contractum pertinentibus (in cæteris secus est) variat, &c. quia suspectum se reddit, meritò ad cautionem usque arrestis obnoxius

noxius remanet. Ita multò magis, si fugæ suspectus ostendi queat, de-
 tinendus est, etsi dies solutionis nondum præstò sit. *Coler. dict. tract.*
part. 1. cap. 2. num. 102. seq. Matth. de Affict. decis. 108. Paris consil. 99.
¶ 100. vol. 3. vid. infra script. cap. 10. num. Id verò iudicis arbitrio
 relictum est dijudicare, quæ indicia debitorem faciant fraudis & fugæ
 suspectum. Non admittet verò nisi ea, quæ post contractum patefcunt
 & à creditore resciscuntur, non quæ antea scivit vel facillè seire potuit,
Cest. in dict. l. bares. §. 1. sicut nec ea, quæ non satis probantur. Aliàs
 nemo tam integræ vitæ, fidei aut tamæ futurus est, qui si accusare & su-
 spicari sufficit, innocens aut non suspectus erit. Forenses verò arresta-
 re non est prohibitum, si in loco contraxerint, ubi arrestorum usus con-
 tra debitores obtinet, si modò ibi reperiantur aut bona habent, *de quo*
vid. plura infra cap. 12.

Debitorem debitoris mei ob hujus debita arrestare non licet, an-
 tequam ille solutionem promisit aut mihi facere à iudice condemnatus
 fuerit, *Rebuff. ad Ordinat. Reg. tom. 1. tit. de Literar. Obligat. artic. 1.*
gloss. 9 num. 31. Peck. dict. tractat. cap. 4. num. 11. Coler. de Process. exe-
cuto. part. 2. cap. 3. num. 486. seq. id tamen, quod ille debet, arrestari
 potest, de quo notatu digna legas *cap. seq. num. 35. ¶ sequent.*

Sæpè contingit, subditos & cives eorumq; bona pro debitis domi-
 norum vel civitatis, sub qua degunt, detineri & per arresta sisti. Ut de
 iustitia horum constet, pauca pro ratione instituti adjiciam. Discerni
 verò decet Principum & civitatum debita, cùm in iis aliqua occurrat
 diversitas. Si quid Principes vel terrarum domini ex mutuo aliove
 contractu debent, certum est non teneri subiectos, utpote qui pro illo-
 rum debitis non obligantur. *Chassan. consil. 1. num. 98. Rapp. Cuman.*
consil. 191. vol. 1. Ideoq; nec pro iis conveniri, nec ad solvendum & a-
 lienum compelli debent. *l. 2. ¶ 3. C. quand. fisc. vel privat. l. 3. ibid.*
Bald. num. 1. C. de oblig. ¶ action. Jason. in l. sextato. 8. num. 16. ff. de
Legat. 1. Non enim tam legibus quàm æquitati naturali contrarium
 est, pro alienis debitis alios molestari, *l. un. C. ut null. ex vica.* nec ra-
 tio patitur, ut unus sit debitor & alius pro eo exigatur. *l. providendum.*
23. Cod. de Decurion. Novell. 52. cap. 1. Habent Principes bona Fisca-
 lia & tributa ad id destinata, ut inde publicæ sustineantur functiones.
 His contenti esse debent, nec ultra invitos onerare subiectos decet. Esi

- ergò accepto mutuo sic se obligent, ut in casu non exsolutæ pecuniæ oppignorent bona cum sua tum subditorum, licentiamq; expressim concedant detinendi eorum personas; oppignoratio tamen non valet, pactum reliquum penitus irritum est, quia obligantis potestatem excedit. *l. nullam 4. c. de execut. & ex auctor. l. hac definitione 12. c. de omn. agr. desert. Coler. dict. tractat. part. 2. cap. 3. num. 326.* Et si enim cuncta Princeps imperio, quæ protectionem & jurisdictionem pro salute populi, quæ suprema lex est, possidet, singulorum tamen sunt dõminia jure naturali, quo Princeps minimè solutus est, firmata. *l. ex hoc jure.*
- 196 *ff. de just. & jur.* Ideoq; nemini, etsi summus Monarcha sit, auferre potest quod suum, nisi urgentissima Reipubl. utilitas exigat, quo casu tamen ad æquivalens precium tenetur. *Vasq. illustr. controvers. lib. 1. cap. 5. num. 9. Sixtin. de Regal. lib. 2. cap. 13. num. 78. Borell. de Magistrat. edit. 7. num. 28. Gail. 2. observ. 56. num. 8.* Si ergò justitiæ intra fines suprema etiam Principis potestas conclusa esse debet, *Zaf. in l. 2. ff. de orig. jur. Richard. consil. 70. num. 12. tom. 1.* non licebit isti tam iniquam conditionem suis inferre, ut molestias patiantur ex suis debitis, quod à justitia alienissimum est. Tres verò excipio casus, quibus ex facto dominorum non injusta censetur passio subditorum. Primò si unà cum domino vel pro eo executivè semet obligaverint; tunc tanquam plures rei debendi ex mora principalis non modò conveniuntur, sed tamen ipsi quam eorum bona arrestari, prehendi & impediri possunt. *Gail. in tract. de Arrest. Imper. cap. 9. num. 16.*
- 199 Et si civitas aliqua istam obligationem in se receperit, etsi nulla probetur in rem civitatis versio, tenetur tamen agnoscere bonam fidem aut sustinere executiva remedia. *vid. Coler. dict. cap. 3. num. 345. & seq. ubi id rationibus & præjudicatis approbat.*
- 200 Secundò si subditus ad aliquod servitium, vel annuum censum vel similem præstationem domino obligatus fuerit, mandari non modò, sed & executivo processu imponi potest, ut creditori domini præstetur census vel quidquid domino debitum. Quomodo accipiendum est, quod *Jason in l. à Divo Pio. 15. §. sic quæque 8. n. 1. ff. de re judic.* scribit, Vassallum & subditum posse in causam pignoris accipi pro debito domini. *arg. l. pro barede 20. §. si quid tamen. ff. de acquir. barede.*
- 201 Id quod dubio caret, cum subditus sic executatus nihil solvit de suo, sed jura domini præstat, & pari saltè obstringitur modo creditori,

creditori, quod debuit domino, nec durius astringi debet. *Wald. in l. liberti* 10. n. 40. *& seq. c. de oper. libert.* Qui modus executionis ut manus detur subditis mutatio præstationum, quoad personam domini contra Principes frequentissimus est. Tertio jure repræsaliarum, ob denegata tam justitiam à superiore, subjectorum bona & personæ prehendi & arrestari solent. *Coler. dict. c. 3. n. 496.* Ex quidem etiam de jure communi concessæ putantur. *Laudens. in tractat. de Repres. n. 4. Myssing. 6. observ. 1. Gail. 1. observ. 28. n. 9. & de Pignorat. observ. 2. per tot.* In Imperio tamen Romano, ob infinita, quæ secum trahunt incommoda & scandala, ab Imperatore Principibus permitti non solent. *Gail. de Arrest. Imper. cap. 9. num. 12.*

Civitatis debita quod attinet, quando & quomodo inde obligetur civitas, latissimè discussum vide *ap. Hartm. Pistor. part. 1. illustr. quæst. 37. per tot. Coler. dict. c. 3. n. 348. & mult. seq.* Etsi verò legitime per eos, quibus ista potestas est, civitas valide obligetur, bona etiam communia pro iis oppignorata fuerint, ita ut ex vi pacti vel statuti post moram, manus injectionem pati debeat, singulares tamen istius civitatis personæ earumq; bonæ exactionibus earumq; remediis non subjacent. *Decius in l. civitas. n. 6. ff. de reb. cred. Ripa in l. si se non. §. actor. n. 4. ibid. Jason. Alexand. & alii Dd. ff. de re judicata.* Aded ut licet omnes cives in unum convocati consenserint isti obligationi aut ipsimet contraxerint, siquidem civitatis saltem causâ, semet verò singulariter non obligarint, ipsa communitas saltem teneatur, non singuli. *Hartm. Pistor. dict. quæst. 37. n. 6.* Sicut enim quod debetur universitati, non debetur singulis, ita quod universitas debet, singuli non debent, *l. sicut. §. si quid ib. Bartol. & Dd. ff. quod cujusque univers.* semper hæc distincta sunt & distincto jure utuntur, universitas & singuli. *l. sed si hac lege §. qui manumittitur 4. ff. de in jure voc.* Adhæc nec cives singuli eum animum habent, ut obligari velint, ideoq; sine isto nec vinculis sunt astringendi. Si verò cives convocati in eam obligationem, quæ illorum personæ & bona obligantur, consenserint, præterquam quod talis obligatio communi consensu inita subsistit, inde quilibet civem pro civitate sic obligatus est, ut in bona illorum privata executio fieri possit. *Hartm. Pistor. dict. quæst. 37. n. 7. Panormit. in c. significavit. n. 3. X. de Appellat.* Idq; factum censetur, si illorum nomina specialiter &

- sigillatim in literis obligatoriis scripta reperiuntur, *l. fin. c. de vend. reb. civit. Angel. de perus. in l. civitas num. 22. ff. reb. Cred. Godeu. tit. de Jur. Civitat. consil. 5. num. 14.* vel si scriptum sit in iisdem pro illo debito non tantum bona civitatis, sed etiam universorum & singulorum obligata esse debere, ut tunc vigore hujus clausulæ & hæc post moram detineri queant. *Bartal. in l. 4. §. actor. num. 4. 10. Ripa num. 43. ff. de re judic. Coler. di. cap. 2. num. 374.* Cæterum aliquando hujusmodi clausulæ inseruntur obligationibus per illos, quibus gubernatio Reipubl. commissa est, non citatis ad hoc singulis civibus; eoq; certo illos non fuisse præsentis, cum istæ fuerunt scriptæ; Inde questio exurgit, an illi accipiendo pecuniam mutuam nomine civitatis omnes & singulas personas universitatis sic obligare queant, ut ob non factam solutionem arresta & executiones contra illos eorumq; bona intentare liceat? Varias apud Jctos reperies opiniones, quas congeste *Harem. Pistor. di. q. 37. num. 9. & seq.* Ego accuratè discernendum ror, quæ sit publica potestatis eorum, qui Reipubl. præ sunt, constitutio. Inde dependet effectus & obligatio illorum, quæ geruntur. Ubi
- 211 sola istis committitur Reipubl. administratio, etsi omne penes illos sit jurisdictionis exercitium, si tamen expressè non reperitur indultum, ut quidquid de capite & fortunis singulorum civium pro usu Reipubl. statuerint, ratum sit, non valebit ea obligatio quoad singulos, qui eidem non assenserunt. *Leoties 6. ff. de pollicitat. l. venditor 12. §. 1. ff. Commun. præd. Bald. in l. 1. n. 2. c. ne fil. pro patr. Paul. de Castr. consil. 20 per tot. part. 1. Godeu. di. consil. 5. n. 39. Gail. de Arrest. c. 9. n. 3. Bruning. de Jur. universit. conclus. 77* ubi ait, hanc sententiam à Camera Imperiali in causa Benner contra Hasseld reformatâ Senatus F. sententiâ comprobata esse. Nec enim justum æquumve est, ut, qui non consensit, nec tacito consensu alteri eam potestatem concessit, ex alieno contractu obligetur. *l. consensu. ib. gloss. & Dd. ff. de action. & oblig.*
- 212 Non enim quibus Reipubl. cura incumbit, his in singularem personarum bona jus competit, cum obligare personas & bona civium non spectet propriè ad utilitatem & administrationem publicam. Cui de-
fectui potestatis etiam illud consequens est, quod licet contractus à majore parte populi in hoc initus sit, ut singuli obligentur, absentibus tamen id non præjudicet, sed consentientes saltem teneantur. *Alexand. Const.*

Consil. 44. n. 5. vol. 1. Panorm. in c. cum omnes per ill. text. X. de Constitut. Sic cum in simili, nomine Statuum Provincialium eorundem. 214 Seniores & superiores pro tempore regentes, Præfectis militaribus, qui aliquot turmas militum communis defensionis causâ coepissent, promentruis salariis facultatem dedissent ob moram solutionis detinendi personas & bona Provincialium, & quaereretur, annon virtute istius pacti liceret per Imperium Romanum detinere mercatores illius Provinciarumque merces, de Jure responsum fuisse, testatur *Calerus dict. c. 3. n. 399.* integrum esse illos, qui contraxissent, in personis vel rebus detinere, haud verò alios, qui non consensisse probantur. Quibus ex rationibus ibidem videre licet; Secus sentiendum est, quando ex lege, 215 statuto vel consuetudine ea potestas data est magistratui, vel certis selectis ex numero civium, ut totam civitatem representent, & quidquid peregerint publico nomine, id sic obliget singulos cives eorumque facultates atque si ipsi adfuissent. Nec id infrequens in plurimis Germaniarum civitatibus, ut Senatui & certo numero civium, veluti Centumviris, Quinquagintaviris & similibus tam data competat potestas. Hic cessat omnis iniquitas, si obstringuntur singuli cives à paucis, quia pro utilitate publicâ id jus iis datum est ab his, qui ipso jure ad conservandam Rempubl. extremè obligati sunt. Non secus ergo ut quis tenetur ex eo, quod à Procuratore vel mandatario gestum fuit, ita & illi satisfacere debet, quod suo nomine promisit, cui ita jus fuit. Necessè verò est de 216 tali constitutione Reipubl. constare ex statuto aut consuetudine. Si tam plena potestas inde non probetur, non præsumitur concessa. *Guil. de Arrest. dict. cap. 9. numero 3. Cardinal. Tuse. Practicab. conclus. 262. tit. 5. numero 22.* Sufficere putant multi, penes civitatem, & qui eam representant, esse potestatem legis condendæ, quasi isti consecraria sit illa facultas, de qua agimus. *Bartol. in l. civitas. ib. Angel. ff. de reb. cred. Ripa in l. si is qui bona. ff. de pignor. & hypoth.* Sed quanta inter legem, quæ pro honestate vel utilitate publicâ servandâ publicatur & contrahendum, unde singuli aliis obstringuntur, sit differentia, nemo non intelligit. Ideoq; ab ista ad hunc argumentum nequicquam ducitur, & aliis eget argumentis illa potestas. *Hartm. Pistor. dict. quest. 37. num. 14. seq.* Imò et si plenissimum secundum leges Rempubl. regendi, bona ejus administrandi, jus dicendi, arbitrium datum fuerit, nisi & in legibus mort-

moribusq; hoc comprehensum fuerit, ut quæ de singulis civibus eor-
 rumq; fortunis ab iis pro utilitate communi ordinantur, rata sint, non
 sufficiet ista constitutio. Deinde ut consilium civitatis etiam cum eâ
 218 potestate gaudet, singulos obligare queat, requiritur necessitas, aut e-
 videntissima utilitas publica, ob quam natura, ratio aut lex cives ad
 conferendas pecunias astringeret. Nisi ista urgeatur civitas, haud de-
 bet obligari unusquisque civis, cum nec alium in casum lex potestatem
 dedisse videatur. *Gail. dicit. cap. 9. num. 3. seq. Hartm. Pistor. dicit. quest.*
 37. num. 16. Oportet præterea omnes per æquè obligari cives, non in
 219 unum vel alterum chirographum dirigi. Qualis dispositio in dispar-
 eorum præjudicium tendens, ubi causa omnes concernit, de jure non
 subsistit. *Jason in dicit. l. civitas. num. 10. ib. Fulgos. Hartm. Pistor. dicit.*
 l. num. 17. Etsi verò *Pet. Peck. in dicit. tractat. cap. 4. num. 17.* existi-
 220 met eum, qui desinit esse civis & aliò domicilium transtulit, nihilomi-
 nus teneri ex illâ obligatione, si eo tempore, quo contracta fuit, civis
 existit & e contra, qui post illam initam civitatis jura adeptus est, pro
 debito ante sua tempora contracto, non posse conveniri aut arrestari.
 Idq; autoritatibus atque juris textibus probare conetur, ab isto tamen
 me dissentire fateor. Postquam civis juri civitatis legitimè tenuncia-
 vit, desinit quoad ipsum causa, ob quod obligatio ejus bona tangit,
 non gaudet amplius civitatis immunitatibus, ut iniquum videatur on-
 221 eribus illum relinquere subiectum; fingitur decessisse & nunquam civis
 fuisse, quoad ipsa civitatis tenor obligationis strictè accipiendæ illius
 non amplius continet. Nec obstat *l. incela 34. ff. ad Municipal.* Lo-
 quitur de muneribus, quæ imponuntur civi pro ulsa Reipubl. quæ dis-
 cessa vel mutatione domicilii evitare non licet. Sed obligationis, quæ
 civi ac civi in eam causam imposita est, quando civitas debita non sol-
 222 vit, longè alia ratio est. Ita ex adverso, etsi quis tempore obligatio-
 nis non habitaverit in aliquo loco, quia tamen jus civitatis recipiendo
 tacitè obligatur ad omnia onera, quæ concivibus imminet, eaq; o-
 mnium receptorum communis sponsio est, non potest ex post facto ad-
 veniens se à communi nexu eximere. *arg. l. proponebatur 76. in med. ff.*
de judic. Gail. dicit. de off. 279. Ita & sensit *Castrens. consil. 455. lib. 1.*
 ubi pulchrè in hæc verba scribit: Quod juris est de ipsa communitate,
 idem esse debet de hominibus, qui postea dictæ communitati adjiciun-
 tur;

tur; Communitas est quædam universitas juris, quæ recipit augmentum & diminutionem, & idè pacta, cum ea facta extenduntur ad illos, qui de ipsâ postea efficiuntur, cum semper eadem esse dicatur: videnturq; eâ conditione recepti, ut pari jure utantur, & puto, quod ita in dubio pro hoc usu judicaretur. Sic ille: Si sciscitamus praxin, non aliter observatum reperiemus, uti *Peck. di. l. ipse saterur*. Id porrò 223
quæritur iis casibus, ubi singuli cives pro civitate obligantur, quatenus teneantur, anne unus civis ejusve bona eousque, donec solidum solvatur, arrestari queant, an verò pro ratâ solvendo singuli liberentur? Verba obligationis præprimis sunt consideranda. Ea cum hoc saltem habent, civitatem, item omnes & singulos de civitate obligari, nullo ultrâ addito, quod in singulos solidam transferat obligationem, obligatio censetur divisa, ut quilibet saltem pro ratâ teneatur, eamq; cives conferre debere, mens contrahentium fuisse videtur. *Bartol. in l. 4. §. actor. num. 4. ff. de re judic. Hartm. Pistor. di. quæst. 27. num. 18. arg. l. reos in fin. ff. de duob. reis*. Rata verò cujusque computatur non secundum numerum personarum, sed juxta æs & libram seu modum facultatum. *Ripain di. l. 4. num. 43*. Sed ubi additum fuit obligari omnes & singulos in solidum vel creditoris arbitrio relinquitur, quomodo à civitate civibusve singulis solutionem exigit, vel cum repræsentata vel arresta contra singulos cives permessa, aut cum obligantur civium singulorum bona, his & similibus formulis divisionis beneficium præclusum censetur, & quilibet pro totâ summâ tenebitur. *vid. Bartol. di. l. Hartm. Pistor. di. l. num. 19. Bald. in l. 1. §. quod si nemo. ff. quod cujuscunque universi. Coler. di. cap. 3. num. 381. Meichsner. Cameral. for. tom. decis. 27. Peck di. cap. 4. num. 17.* ubi vide rationem, quare creditor tunc præsumatur voluisse in solidum singulos obligatos. Quid 224
quid unus civium detentus vel arrestatus solvit, damniq; inde accipit, id omne à civitate refundi ac ille planè indemnus servari debet. *Bart. di. l. num. 6. Laur. Sylvan. consil. 35. num. 8. lib. 1.* Unde ea desumi debeant media, *vid. ap. Coler. di. cap. 3. num. 382. Peck. di. l. num. 17.*

Ad vivos saltem pertinent arresta, non ad defunctos. Hos cum 225
humari publicè privatimq; inter sit, Jurisprudencia voluit in eo naturæ, humanitati, verecundiæ & salubritati consulere, quod cadavera sine obstaculo in memoriam humanæ conditionis sepeliri jussit. *l. quidam in suo.*

- 226 *in suo. ff. de condit. Instit.* Ideoq; si de sepulturâ lis exoriretur, appellationem non admittit, *l. fin. ff. de appellat. recip. c. ex parte 1. X. de sepultur.* vetatq; cadaver defuncti ob debita ullo modo lûti, arrestari aut sepulturam impediri, durissimâ in contravenientes statutâ pœnâ, nimirum ut plectantur tertiâ parte bonorum suorum, cadant ab actione contra hæres debitoris competente, tantundem ipsis solvere teneantur & notentur infamiâ. *l. fin. & Authent. seqq. C. de sepulch. violat. Novell. 60. cap. 1. Novell. 115. cap. 5. Coler. de Process. executiv. part. 1. cap. 6. num. 116.* Caveant incurrere hanc pœnam rigoroſi & inhumani creditores, quæ merito infligitur, cum contaminata defunctorum religio pœnam sacrilegii habeat. *l. pergit 5. C. sepulchr. viol.* Angelus ad
- 228 *dict. Novell. 60.* ab hoc jure excipit instrumenta Guarentigionata, quæ ex præscripto statuti ad beneplacitum creditoris executioni mandari queunt, sed ex justâ ratione reprobata illa sententia, & licet vel ex iis sit exactio, post mortem tamen, quæ omnia solvit, contra cadaver non erit ulli arresto locus. *Corvartuv. lib. 2. var. resolut. cap. 1. n. 10. Grammat. decis. 82. Coler. dict. tractat. part. 2. cap. 3. num. 249. seq. Peck. dict. cap. 5. num. 23.* Imò nec si contra defunctum vel jam lata sit sententia, vel ille ad carcerem utut perpetuum se obligaverit. *Felin in c. ficut. X. de Jude. Schneidevin. ad §. 1. num. 43. & seq. Instit. de A&.*
- 229 Unus excipi solet casus in usurario, cujus corpus arrestare potest Judex Ecclesiasticus, donec illius hæres caveat de restituendis usuris. *Marant. in tractat. de ord. judic. part. 4. dist. 11. num. 23.* Addo & alium, si, ut hodiè sæpè fit, inter nobiles funera aliquandiu in alieno loco pro certo
- 230 locario deponuntur, donec sepultura fiat. Puto & tunc eoque impune detineri cadaver, donec illud solvatur, cessat hic ratio, quæ pœnam constitui effecit. Sunt ex Practicis aliqui, qui desuetudine juri suprâ citato derogatum dicunt & inde arresta cadaverum defendere fategerunt. Sed mihi de illâ nihil solidi resciscere licuit, nisi ex injuriolis actibus contrariam consuetudinem arguere licet. Et quamvis foret ea consuetudo, impiam & iniquam, idcirco non attendendam putarem cum *Peck. dict. num. 23. in fin.*

CAPUT IX.

De Rebus, quæ arrestari possunt,
vel non.

SUMMARIÆ

1. **A** Liena res oppignorari non potest nec arrestari.
2. **C** commodata vel deposita res ab arrestis sunt libera.
3. **J**us, quod debitor in re habet, arrestis est obnoxium.
4. **A**rrestum rei, quæ pro indiviso debitoris est, quomodo fieri debeat.
5. **A**rrestum rei valet, in qua alius quàm debitor jus aliquod habet.
6. **J**us retentionis & compensationis obstat arrestis.
7. **R**etentio est perceptio quadam.
8. **D**ebitor in pecunia penes se arrestat à arrestandi præfertur in eo, quod ipsi creditor debet.
9. **A**lienatam rem prætendens quatenus auditur.
10. **R**es ante arrestum alienata arresto non constringitur, sed actione Paulianâ revocari debet.
11. **R**es vendita, sed non tradita, arrestis subjacet.
12. **D**ominia non pactis, sed traditionibus quaruntur.
13. **T**raditio quomodo facta censetur.
14. **V**enditio rerum, quæ pondere, numero aut mensurâ constant, quomodo perficitur.
15. **H**æ res vendita quamdiu arrestari queunt.
16. **R**es, quæ apud debitorem reperiuntur, ejus esse censentur.
17. **O**mnia, quæ in domo mariti sunt, ipsius esse intelliguntur.
18. **H**oc declaratur.
19. **R**es uxoris pro mariti debitis aliquando rectè arrestantur.
20. **F**orense non ligantur statutis loci, quæ contingunt personas.
21. **S**tatuto effici nequit, ut ob debita mariti forensis uxor quoque obligetur & arrestari queat.

22. In non subditum nulla exerceri potest jurisdictio.
23. Ubi super proprietate rerum quaestio exoritur, quid circa arresta observandum.
24. Qui rem controversam possidet, ei interim adjudicari debet, sed sub certis conditionibus.
25. Immobilia quatenus arrestari possunt.
26. De differentia arrestorum & mandati de non alienando remissive.
27. Effectus mandati de non alienando.
28. In judiciis universalibus mandatum de non alienando consuetum.
29. An in singularibus licitum?
30. Casus, in quibus illud adhiberi solet.
31. Heredi prohibetur alienatio, antequam solvat es alienum.
32. Prohibitio usus rerum immobilium vel incorporalium pro arresto habetur.
33. Arrestatio fructuum quando fit pendente appellationis causa.
34. Nomina quoque arrestantur, & quomodo. (num. 35.)
36. Mandatum de non solvendo species arresti est.
37. Non requiritur probatio crediti, antequam fiat arrestum.
38. Debitor rogandus est, an debeat, ante processum ulteriorem.
39. Debiti, quod negatur, inane arrestum est.
40. Integra tamen est arrestanti probationis licentia.
41. Inhibitio solutionis fit, licet negetur debitum.
42. Collusio inter debitorem & creditorem fieri non debet.
43. Puniendus, qui falso negat creditum in alterius prajudicium.
44. Processus prosequendi arrestum nominis.
45. Debitor, apud quem arrestatur pecunia, non tenetur solvere, licet offeratur cautio.
46. Clausula obligationum solutionem non attento arresto spondentium quid valeat.
47. Jussui Magistratus parere decet.
48. Inhibitio iudicis excusat ab omni pena.

49. *Liberat à perjurio.*
50. *An ab usuris relevet? distinguitur.*
51. *Liberat à morâ.*
52. *Annua præstationes arrestari queunt.*
53. *Instrumenta rustica ab arrestis an sint immunia.*
54. *Necessaria ad victum quotidianum an libera ab arrestationibus?*
55. *Res Studioforum ab arrestis & executionibus exempta sunt, quod declaratur num. 56.*
57. *In hereditatem vacantem nulla executio aut arrestatio obtinet.*
58. *Hereditas vacans nullius in bonis esse intelligitur.*
59. *Custodia causâ arresta hereditatum vacantium licent.*
60. *Ob periculum mora receditur à regulis juris communis.*
61. *Res, quæ sunt in transitu, an arrestis obnoxia, disquiruntur.*
62. *Rerum propriarum quando fit arrestatio?*
63. *Arresta certis bonis imposita, non extenduntur ad alia.*

A Restum petitur & imponitur in rebus debitoris, quatenus ad eum pertinent. Quemadmodum verò res aliena pignori aut hypothecæ dari non potest, nec creditor plus juris consequi, quàm in istâ debitor habuit, l. 1. & tot. tit. c. si res alien. pign. l. aliena. l. rem alienam. ff. de pignor. action. ita nec ista arrestari valet, nec arrestum extendi ad jus aliquod in re debitoris alienum. Peck. in tract. de jur. sistend. cap. 5. num. 19. Unde quæ commodata vel apud eum deposita ab arrestatione libera sunt. Peck. de jur. sistend. cap. 16. num. 5. Afflic. decis. Neapol. 369. Id verò non refert, pertineant ad illum in totum, sive pro parte sive ratione alicujus juris. arg. l. verbum illud pertinere. ib. Rebuff. ff. de verb. sign. Ubi pars aliena discerni potest, separanda est & non alia, quàm quæ ad debitorem pertinet, subjicienda arresto. Cùm debitor & is, qui arrestatur in re, quæ arresto comprehendi debet, portionem aliquam indivisibilem duntaxat habuerit, ratione istius arrestum locum habet, & tota res detineri potest, si aliquod incommodum socio seu consorti acciderit debitor, cujus culpâ sit arrestatio, illi teneatur ad damni refusionem. Rebuff. ad ordinat. Reg. tit. de Literar. obligat. artic. 6 gloss. 3. num. 53. Peck. dict. tract. cap. 4. num. 18. Et si quoque

- que tertius possessor in re arrestata jus aliquod habuerit, quæ tamen debitoris propria est, valet arrestum & quod detracto isto jure superest, proficit ad satisfactionem creditoris, veluti si res debitoris apud alium creditorem pignori obligata existat, nihilominus arrestari poterit, & post sententiam à novo isto creditore vendi, modò priori, cui pignoriata fuit, debitum exsolvat. *l. à Diuo. §. quod si res. ib. Zas. ff. de re judicat. Peck. dict. tract. cap. 16. n. 11.* Quod si is etiam, qui res alienas detinet, in iis jus retentionis vel compensationis exercere potest, idq; ante arrestum impositum competit, inanis est arrestatio, nisi detentori satisfactum fuerit. Præfertur hic arrestanti, *uti jure saxonico expressum prorsum reperitur Ordinat. Process. Judiciar. tit. 51. §. Es soll abet. Carpzov. in juris prud. Forens. Romano-saxon. part. 1. constit. 29. defin. 37.*
- 7 Pluribus enim consultum est creditori retentione & compensatione, quàm petitione, quia retentio perceptio quædam est. *l. deducta 58 §. acceptis. ff. ad sc. Trebell. l. cum pater. 77. in pr. ff. de Legat. 2. Faber.*
- 8 *in Cod. lib. 2. tit. 50. defin. 2. num. 6.* Hinc ex pecuniâ, quam debitoris mei debitor solvere debeat, arrestata id, quod ille justè exigit à suo creditore, eo nomine ante arrestantem meritò retinet aut compensat: modò ante impositum arrestum ipsi debitum fuerit; postea quæ sita debita non prævalent causis arresti. Alienata aliquando prætenditur res arrestata in tertium possessorem, nec desunt ex amicis, qui in gratiam debitorum, ut declinetur executio, suum asserant. Ubi attendendum, an alienatio ejusq; titulus justus probetur. De quo si non liquidò constet, debitoris præsumitur quod antea illius fuit, ideoq; non attentâ alterius contradictione non verificatâ adjudicari solet arrestanti. Quando verò alienatio probata est, refert utrum ea facta sit aliquanto ante peti- tum arrestum tempore, an verò cum sciretur arrestum impendere vel decretum esse. Isto casu arrestum decerni non solet, sed creditori integrum est Paulianâ actione experiri. Hoc autem vitiosa possessio non prodest opponenti, sed rectâ viâ advocatur & arresto creditori consulti- tur. *Alberic. in l. ob maritorum. C. de ux. pro marit. Peck. dict. cap. 15. num. 10.* De eâ specie disceptatio mota non ita pridem est: An cum debitor alterius binos equos Titio vendidisset, dum verò in itinere es- sent, ut adducerentur ad emptorem, creditor venditoris arresto illos deti ueri rogaret, interveniente emptore, arrestum tanquam in re debi- toris

toris locum habere potuerit? Licet verò emptor precium numerasset, quia tamen traditionibus, non pactis rerum dominia quæruntur, *l. traditionibus. c. de pact.* nec ex solâ emtione iste dominus factus, antequam traditio reverâ subsecuta fuit, non secus atque in aliâ quavis re debitoris arresto locum esse rationabiliter conclusum fuit. Traditio autem simul requirit acceptionem seu possessionis apprehensionem, quæ tamen non semper fit propriè, sed aliquando per longam manum, ut res pro tradita habeatur, quod perinde est ac si verè fuerit apprehensa. *vid. §. 44. Inst. de Rer. divis. l. 9. §. 5. ff. de Acquir. rer. domin. l. 10. ff. l. 16. c. de Donationib. l. 63 pr. ff. de Evictionib.* In iis rebus, quæ pondere, numero & mensurâ constant, si non per averfionem, sed ita venditio facta fuit, ut à modo vel mensurâ inciperet, non prius perfectâ censetur, nedum traditio facta, quam istæ adpensæ, numeratæ aut admensæ fuerint. *l. quod sept. 35. §. in his. ff. de Contr. empt. l. 2. c. de Peric. & Commod. rei vendit.* Hinc omnis dici praxis sic observat, quod licet frumenta deferantur ad domus mercatorum, qui pecuniam prænumera-
verunt aut merces, ut solutio ex istis redeat, crediderunt, ante mensurationem tamen arrestum imponatur, & arrestantes concurrant, aliquando pro re natâ præferantur. Pertinere porrò res omnes censentur ad debitorem, quæ apud eum reperiuntur vel statim ab illo ad alium profectæ sunt, *l. si ve possidetis. c. de Prob. l. fin. ff. de rei vindic. ib. gloss. & Dd.* ideoq; qui alterius vel suas esse allegat, id probare tenetur. *Rebuff. dict. gloss. 3. n. 52. Rebuff. dict. c. 16. n. 6.* Præsertim si in domo vel possessione debitoris reperiantur, vel ex istâ profectas fuisse constet. Quod ipsum etiam in iis prætensionibus animadvertendum, quando uxor res ob mariti debitum arrestatas suas asserit, ideoq; arresta impedire studet, quod interveniendi genus frequentissimum est. Sed cum ea juris præsumptio sit, omnia, quæ in domo mariti reperiuntur, ad ipsum tanquam caput familiæ pertinere, arrestatio non debet impediri, quamdiu non probat à se ista dotis loco illata vel aliâ ratione sua esse. *l. Quintius. ff. de donat. int. vir. & uxor. l. nec est ignotum. c. eod. & ob maritorum. c. ne ux. pro marit. Alciat. de Præsumpt. reg. 3. præf. 26. Heig. part. 1. quæst. 30. num. 14. Gabriel commun. Opin. tit. de Præsumpt. conclus. 15. in pr. ad quod non sufficit scriptura mariti, ob præsumptionem fraudis inter conjunctas personas, Bartol. in l. si castrense. ff. de re militari.*

- militar. Jason. in l. si donacione. c. de collation. nisi alia verisimilitudinis accedat ratio ex rerum qualitate, quia nempe sint vestimenta aut ornamenta muliebria, aut si uxor maritum in domum suam induxit, & quæ argumenta sunt similia, de quib. vid. Gabriel. dict. l. i. iudicis arbitrio relinquenda. Peck. dict. cap. 16. num. 8. Ea inspectione non opus est, cum causa pertinet ad illos, qui oriundi ex locis, ubi uxor pro marito obligatur, veluti Jure Lubecensi statutum est. Illo casu, quando ex matrimonio liberi procreati existunt, artic. 5. 6. & 7. tit. 4. lib. 1. ubi vide quæ in Commentar. scripta sunt, tunc res uxoris tanquam debendi correa perinde arrestis pro debito mariti sunt obnoxia, atque ipsæ maritales. Cæterum etsi in loco, ubi arrestum imponitur, statutum tale videat, debitor tamen eo in loco domicilium habeat, ubi jus commune observatur, vel aliter uxor non tenetur pro marito, haud eo in casu res uxoris ob debitum mariti arrestari valent. Forenses enim seu extranei non ligantur statutis loci quoad ea, quæ jura personarum singularia concernunt. Tiber. Decian. resp. 17. num. 14. vol. 3. Coler. de Process. execut. part. 1. cap. 3. num. 186. Idq; in specie de hoc puncto approbavi in Comment. ad Jus Lubecens. part. 1. quæst. preliminar. 4. num. 10.*
- 21 Quæritur verò, annon statuto aut consuetudine effici queat, ut ob debita mariti forensis uxor quoque obligetur, ejusq; res arrestare & in solutionem nullâ ejus attentâ interventione adjudicare liceat? Contrahentes quidem quoad contractus tenentur observare jus loci, ubi contrahunt, licetq; expressam legem dicere, quid contra illos observari debeat, cum conqueri non queant, quia in ipsorum arbitrio est, an contrahendo se submittere velint nec ne; Sed ut uxor, quæ non contrahit, nec statuentibus subjecta est, obligetur, effici nullâ ratione potest. Nec enim in forensem & non subditum, nisi in loco contrahat aut delinquat actus, jurisdictionalis exercetur. Pacian. consil. 5. num. 8. Crævet. consil. 195. numero 1. Taceo quam iniqua uxorum conditio præter illarum culpam futura sit, si ea potestas legitima esset ut alienis statutis subjicerentur quibusvis maritorum factis. Quando autem super proprietate rei altercatio est, quæritur an nihilominus arrestatio fieri possit? Existimo judicem juxta l. à divo Pio. §. si verum quæ 4. ff. de re judicatis. summatim cognoscere debere an interveniens seu suam prætendens verisimiliter id asserat atque argumenta discretiori judicio satisfactientia afferat.

afferat. Et tunc ab arresto abstinendum, ne illi, qui non debet, præju-
 dicialium vel damnum inferatur. Cæterùm ubi ea deficiunt, non obsta-
 te alterius allegatione, de cujus veritate haud constat, arresto detinenda
 est res, donec dominium probetur. *vid. Peck. dict. cap. 16. num. 9.*
 Quod tamen cum illà limitatione accipiendum est, nisi qui dominium
 prætendit, simul possideat, cui in dubio res arrestata adjudicari debet
 provisionaliter, addito præcepto de non alienando seu cautione præ-
 stitâ de restituendo partì, si id per sententiam postea injungatur, ubi
 plenè in processu de eo disceptatum fuerit, *uti hoc pro cautela tradit*
Rebuff. dict. loc. de liter. oblig. artic. 6 gl. 3. num. 49.

Arrestari possunt res mobiles. Immobilium supervacaneum est
 arrestum, cum loco moveri non queant. Ejus tamen vice quoad illas
 obtinet prohibitio alienationis, quæ impetrari solet à judice, quoties
 justus metus est, ne alienando debitor vel possessor deteriore reddat
 petitoris causam. Quod præceptum de non alienando simile est arre-
 sto. Non tollit tamen dominium aut possessionem, nec suspendit aut
 impedit fructuum perceptionem aut custodiam. Id saltem præstat, ut
 non fiat alienatio ipsius rei, & si facta fuerit, impediatur in accipientem
 domini translatio. *Bartol. in l. si sciens. 25. per ill. text. ff. de contr.*
empt. Coler. dict. cap. 11. num. 10. & seq. Et quidem in petitione hære-
 ditatis cæterisque judiciis universalibus bona controversa in ea sunt con-
 ditione, ut ad instantiam actoris statim præceptum fiat reo, ne vel res
 ipsas controversas vel aliquid ex iis alienet. *l. Divus 5. in pr. & 5 fin.*
ff. de petit. heredit. ib. gloss. & Dd. l. fin. §. ex quadrante. ff. de dol.
mal. except. Jason. in l. fidejussor. §. fin. num. 8. & Bald. ib. num. 3. Al-
beric. num. 2. ff. qui satisd. cog. De aliis causis dubitari solet, sed cum
 Abbate Panormitano in *cap. 2. num. 16. X. de caus. Possess. & Propriet.*
 reor, licet judex ad petitionem partis statim ejusmodi inhibiti-
 onem sic decernere non debeat in aliis judiciis atque in universalibus, ta-
 men ob aliquam æquitatem, vel probabilem causam in aliis etiam cau-
 sis id præceptum obtinere, *uti & sensit Rebuff. ad Ordin. Reg. tit. de*
Lit. obligat. artic. 6 gloss. 3. num. 28. Roman. Consil. 241. num. 9. veluti,
 eùm debitoris bona non existimantur ad exsolutionem æris sufficien-
 tia, *Coler. dict. cap. 11. num. 17.* vel eùm ille dilapidat bona sua, aut aliàs
 suspectus est, *Rebuff. dict. l. quando discessurus est ex loco, ubi bona sita*
sunt,

sunt, ne creditores opus habeant in peregrinis locis cum illo litigare.

- 31 *l. de Pollicitationib. 6. in fin. ff. de Pollicitat.* Ita & contra hæredem debitoris ad instantiam creditorum justè decernitur, *per text. in l. si creditores 21. §. planè 4. ff. de reb. autor. jud. possid.* cum non queat de eo iste conqueri, ad quem ex hæreditate nihil devenire debet, quàm quod superest deducto ære alieno defuncti. *l. subsignatum 89. §. 1. ff. de v. s. l. mulier 72. in fin. ff. de jur. dot. Coler. dict. cap. 11. num. 24.* Pro arresto quoque habetur in immobilibus interdictio usus eorum, ideoq; quæ pro vel contra arresta usurpari solent, in tali interdicto obtinent. *Tilem. de Benign. observ. Cameral. Pentec. 3. observ. 87.* Hoc modo etiam rerum incorporalium arrestum est, cum usus juris interdicitur, veluti cum quis prohibetur uti jure cædendi ligna vel venandi in sylva. Hoc arresti jure censetur. *Tileman. de Benign. dict. pentec. 3. observ. 43.*
- Fructus rerum immobilium multis casibus quoque arrestantur.
- 33 Veluti iis, quando ab executione appellare licet, puta si modus excedatur, Judex, ex quo comminatus fuerat executionem, incertos debitoris, pendente appellatione, fructus sequestrare & arrestare solet, et si nulla dilapidationis sit præsumptio, *l. ab executione 5. C. quor. appell. non recip. Curt. in l. un. num. 5. C. de Prohib. pecun. sequestrat. Gail. 1. observ. 147. num. 8.* idq; inde, quod malitiosè appellatum præsumitur, pro moranda & impedienda executione. *arg. l. satis apertè. C. de fals.*
- 34 Sed cum appellatur à sententia definitiva, antequam transeat in rem judicatam, non est locus isti remedio, nec quis in possessione vel fructuum perceptione turbari debet, *per text. in l. Imperatores. §. fin. ff. de Appellat. ubi unus saltem excipitur casus, vid. Coler. dict. tractat. part. 1. cap. 2. num. 150. Gail. dict. cap. 147. num. 2. Gylman. tom. 2. symphorem. par. 1. vot. 6. num. 5. & 6. Curt. de sequestrat. in princ. num. 9.* nisi possessor sit homo perditæ vitæ & malæ frugis, de dilapidatione suspectus. *Clem. 1. de sequestr. poss. dict. l. Imperatores 21. §. fin. ff. de Appellat. ib. Bartol. & Dd. Guid. Papa decis. 246. Gail. dict. l. observ. 147. num. 3. seq.* ubi addit, quæ ad hoc probandum faciunt. Ubi tamen alia duo requirit *Coler. dict. cap. 2. num. 152. in fin.* ut ad arrestum deveniatur, quod possessor omnes consumat fructus & nihil faciat reliquum, & deinde quod non habeat alia bona, unde appellato possit satisfieri. Extra istum casum dilapidationis tamen ob eandem rationem ad idem remedium

remedium deveniri solet, si appellans consumptis in usus suos omnibus fructibus non sit solvendo, ut insufficiens futura sit executio. *Panorm. in cap. ab eo num. 8. X. de sequestrat. posses. Carr. in tract. de sequestrat. in princ. num. 9.* Aliud exemplum vid. in clement. 1. de sequestr. posses.

Nominum quoque, seu ejus quod debitori nostro suus debet debitor, arrestatio est. Licet enim debitor debitoris, quem creditor ex contractu vel quasi obligatum habet, detineri & arrestari non potest, uti cap. *proced. dictum*, id tamen, quod suo debitori debet rectè arrestatur usque ad quantitatem debiti concurrentem. *Rebuff. ad Constit. Reg. tom. 1. tit. de Liter. Obligat. artic. 12. gloss. 2. num. 22.* quo casu sic procedi solet, quod creditor petit à iudice, ut debitori debitoris sui denunciari faciat, ne solvat id in quo obligatus est suo creditori sine ulteriori permissu jus dicentis; quæ inhibitiō vim arresti habet. *l. heres 12. ff. ad sc. Trebell. Coler. dict. tract. part. 2. cap. 3. num. 495.* & decernitur, etsi statim & in instanti non constet per literas, eum cui sit prohibitio, debere *Pyrr. ad Consuetud. Aurel. tit. de Execut. O. locat. cap. 9.* quia sine ejus præjudicio id fieri potest, meliusq; in dubio consulere creditoris securitati, etsi ea non subsit, quàm negligere, quia incerta sit futura. Ne tamen inanibus implicentur litibus creditores, ex re est citari ad certum diem debitoris debitorem penes quem pecunia aut res ejus arrestatur, & in iudicio interrogari, an & quantum debeat & an res debitoris ejusmodi & quas detineat sic, ut si ita videatur iudici, sub juramento veritatem dicere cogendus sit. *Rebuff. dict. tit. de Liter. Obligat. artic. 6. gloss. 2. num. 64.* ubi ait hanc esse practicam. Et cum sæpè contingat, finito arresti processu contra debitorem arrestatum aut exitum litis esse illusorium, vel novæ litis cum debitore debitoris principium, quod debitum vel negatur vel aliâ ratione in controversiam vocatur, curiosi in eo esse debent creditores, ne omittant sollicitare hanc interrogationem. Post illam si negaverit iste debitum, ex juris communis ratione videtur prius eum conveniendū esse à suo creditore, quàm ab hujus creditore, qui nullam contrà illum actionem habet. *l. pen. c. de Novat. l. 8. c. quoad fidei. vel privat.* Unde Faber in *Cod. lib. 4. tit. 9. de fin. 2.* discernit inter creditorem chirographarium, & pignoratitium & huic saltem ob pignus sive generale sive speciale jus fore pu-

- re putat probandi debitori suo ab alio deberi; Isti verò id negat. Ego
 40 verò reor & illum si probare queat negantis falsitatem, quia sua maxi-
 mè id refert, audiendum esse. *Peck. dict. tract. cap. 4. num. 11. in fin.*
 Sicut id usus observat, æquitati atque utilitati commerciorum, ob quàm
 41 à rigore juris receditur, convenientius est. Utroque tamen casu infici-
 anti debitori debitoris inhiberi potest, ne solvat illi cuius debitor esse
 dicitur. *Fab. dict. defn. 2. n. 7.* in quo nulla ipsi fit injuria sive debeat nec
 42 ne, & nihilominus consulitur indemnitati creditoris, ne in ejus necem
 inter debitorem & debitoris debitorem colludi queat, quod ferendum
 haud est *l. 5. Cod. de Pignor. l. si creditor 15. C. ad L. Cornel. de Fals. l. si*
 43 *pariter. 9. ff. de Liberal. caus.* Sique postea apparnerit cum res seu no-
 men debitoris occultasse aut falsò negavisse, præterquam quod arre-
 stanti ad sumptus & damna litis tenetur, etiam à judice ejus in menti-
 endo impudentia coerceri debet. *Peck. dict. c. 1. num. 11. in fin.* Ubi con-
 fessus fuerit se debere aut detinere quod ad arrestatum pertinet, itidem
 præceptum illi fiet, ne cuiquam sine judicis aut creditoris voluntate tra-
 44 dat, neve debitori solvat. Quo facto principali debitori dies dici solet,
 ut compareat & se defendat. Si vel non comparet vel justam causam
 non allegat, cur arrestum sustineri non debeat, ita fieri solet pronun-
 ciatio, per quam adjudicetur arrestanti, quod debitoris sui debitor de-
 bet pro ratà rei petitiæ & huic injungi, ut non arrestato sed arrestanti sol-
 vat. Sicut ea pronunciandi formula est consueta, *Es wird hienit Arrest-*
stante an die bey M. N. stehende Gelder seine Bezahlung besser massen
darauf einzufordern vorwiesen und denselben Arrestanten und ohn dessen
 45 *Bewilligung seinen andern die Gelder zu zahlen.* Aliquando post adju-
 dicationem judex debitori debitoris mandat, ut in curià deponat quod
 penes ipsum est alienæ pecuniæ, & si refragatur legitimis executionis
 mediis eogit. In quo non est quod conqueratur qui debitum semel est
 confessus & arresto acquievit. *Bartol. in l. 1. quæst. 11. ff. de Nov. oper.*
nunciat. Rebuff. dict. artic. 6. gloss. 8. num. 64. in fin. Non vero saltem
 debitor debitoris mei arrestatam apud se pecuniam sine suo periculo
 solvere non potest, sed nec tenetur & à suo creditore, antequam remo-
 veatur arrestum, ad id compelli non valet. *Mansuet. in Pract. tit. de X-*
 46 *recut. §. item si creditor. Rebuff. dict. gloss. 8. num. 64.* Et licet vel cau-
 tionem indemnitis offerat, tamen cum pluri ab eo fieri debeat judi-

eis inhibitiō, eā non sublata, iustē recusat solutionem, *uti pulchrè declarat. Rebuff. dict. num. 66.* Quid vero si chirographo debitor debitoris⁴⁷ promiserit solvere debitum non attento arresto *ohngehindert aller Herrn Gebot und Verbot?* Putat Heringius *tract. de Fidejussorib. cap. 19. num. 68.* clausas inde manus iudici, ut creditori solutionem vel ingressum in rem oppignoratam inhibere non queat. Cui tamen non assentior. Ita iustitia suum cuique tribuit, ut non detrahatur iustiori alterius petitioni *l. bona fides 31. §. 1. ff. Deposit.* Cum igitur arrestum petentis iustior intentio est, ut qui credidit non consequatur suum, antequam quod debet præster, non debet esse iudicis interdictum obstante aliā conventionē arrestare quod solvendum. Nec enim qui arresto renuntiavit, potuit iudicis manus ligare aut iuri alterius & potestati superius obicem ponere. Ipse etiam, quia iussu magistratus parere⁴⁹ necesse habet, *Matth. de Affict. decis. 150. num. 20. ib. in addit. Casar. Arfill. num. 80. Jason. consil. 26. num. 1. & seq. lib. 3.* ab omni poenā immunis esse debet. Sicut de tali inhibitione sentiunt, Guid Papa *decis. 340. num. 3. Curt. in l. un. quæst. 16. c. de Prohibit. sequestr. pecun.* Nec alio loco est habenda ea obligatio, quam si impossibile sit promissum, cum facere non possit promittens, quod per iudicem præstari prohibetur. Quocircā à tali pacto ex iustā causā absolvit aut interim dispensat⁵⁰ Iudex. Nec mirum, quia ejus inhibitiō liberare solerā perjurio. *Feliv. inc. constitutus n. 11. & seqq. X. de Rescript. Jason. in l. si quis major 14. n. 18. c. de Transact.* Illud quoque in quæstionem venit, An præceptum iudicis de non exsolvendo debito factum debitorem ab usuris relever?

Non est instituti mei congerere, quid alii sentiunt, sed ut illud ad demonstrationem sanæ praxeos tendit, de hac quid observet, exponam. Observavi in ea quæstione, utrum arrestatæ pecuniæ usura debeat attendi, utrum ex conventionē seu stipulatione debeat, an ex mora, contumaciā, aliavē causā, quæ parit usuram? Ex illa debitas usuras, etsi nondum currere inceperint, seu primus solvendi terminus nondum venerit, tanquam ex certa eaq; perpetua debendi causa semper præstari, quia per arrestum non fit, ut deberi non incipiant, sed eò anterior sit ad istas obligatio. Qui ab usuris, qui promisit, liber esse velit oportet, cum obstante arresto solvere nequit, in publico loco, ubi id fieri solet, pecuniam deponere, observatis legum morumq; circa depositionem requisitis. Præter stipulationem usuram debitam censerī ex eo

discrimine, an currere inceperit, & ex arresto cursum jam coeptum non sisti, an nondum coeperit & arrestum facere, ut licet dies solutionis venerit, usurarum debitum non incipere. Præceptum enim Judicis à mora & contumacia excusat, idè etiam ab usuræ onere liberat. *Trb. Joh. Practic. Conclus. 480. num. 16. seq. tom. 1. tit. 1. Alexand. Consil. 119. num. 12. seq. lib. 12.* Excipe autem, si causa vel æquitas alia accedit, ob quam etiam sine mora usuræ debentur, nempe cum in vicem fructuum perceptorum sunt præstandæ, per *l. curabit 5. C. de Act. empt.* quia iniquum valdè foret, utilitatem rei habere & usuras pro ea debitas non solvere, ex quo duplex causa lucrativa concurreret, quam justitia non permittit. Exemplum est in *d. l. curabit.* in emptore, quem æquitas usuris sine mora facit obnoxium. Sicut juri contrarium, emptorem rem & precium retinere, *l. bona fides 31. ff. de Act. empt.* ita & utilitatem rei percipere & usuras precii nolle solvere. Alia exceptio ejus juris ex fraude debitoris est, per quam cum incommodo alterius lucrari non decet, qualis est in eo, qui cum solvere deberet, arrestum aliquo modo procuravit, vel qui illud impositum sciens, sed creditorem celans, id cum illo pactum init, per quod se contra debitorem tueri potest, uti in ea specie fraudem suam alicui esse proficuum, alteri noxiam, iniquissimum foret. Existimavimus idem in tali specie, quando debitor post arrestum, quod scivit, at celavit, solutionem nihilominus promisit, ut creditorem induceret, ut sibi cavere aut prospicere posset. Non ferendum, nedum juvandum, quod in fraudem alicujus insidiosè tenditur.

Alia de usuris quæstio mota est, quando quod alii debetur, apud debitorem arrestatur, seu creditori non solvi mandatur, utrum non obstante arresto illæ creditori exigenti sint solvendæ? Visum fuit primò respiciendum esse ad modum impositi arresti, quod vel sortem solum complectitur vel simul & usuras. Illud non est impedimento usurarum solutioni vel exactioni. Stricti quippe juris est, nec ultra suam formulam se extendit vis arresti. Comprehendens autem usuras utique solvendi exigendiq; facultatem sistit. Comprehendere autem intelligitur, cum ea formula generali imponitur, ut nihil ex eo, quod debetur, solvatur. Tantum autem arrestum isti obstat, ut debitor pro lubitu creditori suo nihil sine vœnia securè solvere queat. Accedit verò tunc altera inspectio, quid Judex indulgere debeat? Et de eo statuendum

dum juxta finem arresti, qui constituit isti regulam. Vel illud imponitur ad securitatem crediti jurisve illius, qui impetrat vel ad coërcendum aut compellendum arrestatum, ut quid faciat, vel non faciat. Arrestum, quod ultimum hunc finem respicit, non finit ex credito quidquam solvi, donec factum fuerit, quia non tantum spectatur, quid habiturus sit impetrans, sed etiam ut habeat. Ideoq; licet in sorte sit abunde, tamen donec debitum præstetur, nec ex usuris quidquam solvendum est. *vid. Pesk. in tr. de Jur. sistend. cap. 45. num. 6.* Quando arrestum securitatem habet pro fine, & in sorte tantundem est, unde arrestanti satisfiat, usurarum solutio differri non debet, tum quia ultraquam necesse arresti vis porrigi non debet, tum quia iniqum est, per arrestum impediri acceptionem usurarum cum incommode creditoris, ubi non necessarium pro arrestante, tum quia arrestum cum eo tantum effectu accipiendum, qui congruit suo fini, quem excedere non debet, excedens injustus est. *l. 1. §. si quis sub ff. ut legat. nom. carv.* Arresti decretum semel factum non obstat, quia non habet vires rei judicatae, sed continet in se clausulam, in quantum de jure. *Coler. de Process. Executiv. part. 1. cap. 2. num. 199. seq.* Audiendus itaque creditor, cujus pecunia arrestatur, si offerat tantum ex sorte penes debitorem relinquere, quantum ad petitione adversarii sufficit, quod usuris potiatur.

Arresti pecuniae vel rei alius debita effectus est, quod debitor usque ad relaxationem solvere nec soleat nec debeat. Si arresti vero causa sit ita judici visum pecuniam arrestanti solvendam vel rem præstandam esse judiciali sententiâ seu decreto isti ceditur, & debitori, penes quem existit solutio, demandatur. Circa hanc rem non infrequens est quaestio de securitate alii solventis, quam cui debet. Quod si vero arresti effectus quisquam esse debet, nec omnia, quae per & post istud fieri inania, utique sic statuendum, debitorem ex jussu Judicis alii, quam creditori suo solventem liberari & de eo securum esse. *Matth. de Affict. decis. 150. num. 19. in fin.* Jussus Judicis debitorem excusat, *l. furti. §. qui jussu. ff. de his, quib. infam. l. non videtur. §. qui jussu. ff. de R. J. Cur. sen. in l. un. quæst. 16. c. de Prohib. sequestr. pecun. & solvens jussu Judicis alii quam domino liberatur. Glosk. in l. ait Prator. §. pramissur. verb. imputandum de Minorib. Jason Consil. 26. Col. 2. lib. 8.* Et licet deinde constiterit, per injuriam judicis vel arrestantis pecuniam ex-

etiam

Etiam esse, innocenti debitori nocere non debet, nec, quo minùs libere-
tur, facit. *l. Paulo Callimacho. §. ult. ff. de Legat. 3. l. liberto. §. Lucina.*
ff. de Ann. Legat. Afflic. dict. decis. 150. num. 12. seq. Rota Genuens. de-
cis. 35. num. 6. Ripa de Peste. tit. de Privileg. pest. num. 94. Bartol. &
Immol. in l. creditor. ff. de solut. Tantum hoc in illo requiritur, ut bo-
nam fidem servet, nec quidquam causæ vel culpæ dederit, quò creditor
pecunià careat. Sicut iusta est imputatio hujus, idè ob eum non ex-
clusa ejus, quod injustè exactum vel temerè solutum, petitio, si debitor
cum arrestante in id, ut huic pecunia eveniret, colluisse probatur, Ja-
san in dict. Consil. 26. si causa fuit, ut arrestatio & exactio ita fieret, Ruin.
Consil. 147. num. 16. si non usus est debità diligentia, ne exigeretur aut-
ille alii quàm suo creditori solvere cogeretur. Cagnol. in d. l. non vide-
tur. §. qui jussu. num. 2. ff. de Reg. Jur. veluti, si cùm excipere posset,
omisit. Bartol. in l. exceptione. ff. de Fidejussorib. Bald. in l. si de fundo.
c. de solut. de quo res arbitrio Judicis secundum circumstantias æsti-
manda relinquitur, Decius Consil. 25. num. 18. seq. si per injustam mo-
ram debitoris factum, ut arresto detineretur pecunia, inde creditori
damnum contingeret. Afflic. dict. decis. 150. num. 9. & 32. Ruin. con-
sil. 85. num. 9. lib. 1. injustum arrestum instar fortuiti casus habet, idè
circa illud sequimur eas regulas Juris, ex quèis judicatur de damno inde
alteri exorto.

Post Judicis decretum etiam de eo inter debitorem & arrestantem
exoritur aliquando difficultas, quò ille debitum secum arrestatum sol-
vere recusat, antequam chirographum suum, quod est in manibus cre-
ditoris, recipit. Nec supervacua est sollicitudo, quam pro eo debitor
gerit propter incommoda & pericula, quæ sibi exsolutà pecunià, ante-
quam illud receperit, exoriri queunt, seu jure, seu injurià. Quod si cre-
ditor, cujus pecunia arresto sit obnoxia, eidem jurisdictioni, si qua il-
lud proficiscitur, subiectus fuerit, facilius contra metuenda, nec non ad
securitatem remedium est. Duplex hoc præprimis: Primum, ut cre-
ditori retraditio chirographi demandetur, & non parens coerceatur,
observavi aliquibus in locis ita fieri, quod imitari dignum, ut eadem
sententià, quà ceditur vel immittitur in id, quod sub arresto detinetur,
simul creditor in certo termino præfixo sub certa multa tabulas crediti
in judicio exhibere & deponere jubeatur, cum citatione ad docendam pari-

partitionem, aut videndum se declarari in poenam. Alterum, ut mortificetur, quomodo loquimur, seu cassa & extincta declaretur obligatio, & hoc tam notificetur creditori, quàm declaretur decreto, debitorem esse liberum, quo adversus illum uti liceat, uti hunc liberandi modum tradit *Faber in Cod. lib. 4. tit. 10. de fin. 6.* Factum Judicis in talibus & factum partis per vulg.

Quando autem arrestatus sub aliena jurisdictione degit, majus est periculum, difficilior cautio, gravior & sumptuosior debitori, si sibi consultum velit, molestia. Haud tamen ea res sine remedio est. Primo Jure ipsi conceditur velut facta liberatione conditio chirographi à creditore, juxta *l. 2. c. de conduct. ex leg.* Cui aliquando remora est ex resuscitatione litis coram Judice arrestante finitæ, quam Judex æquus & suæ Jurisdictionis curam habens admittere non debet, ne quod eà in re facit, idem vicissim patiat. Non tanti faciet creditoris objectiones, ut suæ jurisdictioni præjudicium exemplo præbeat. Tantùm, ubi manifesta in subditum suum injuria erit, causam assumet, & ejus rationem habebit. Secundum est ex eà Judicis providentiâ, ut durante arresto arrestantem jubeat prius facere, quò à creditore liberetur debitor, quod in tali specie factum memini, ubi periculum debitori, si solveret, imminerat. Et ita fieri solet, si vel ita convenit solvi tantùm, cùm reddetur chirographum, vel ubi speciatim interest debitoris recipi, aliàs sibi imminente gravi incommodo aut periculo, juxta quod aliquando decernere placuit, *uti videbis inter decisiones nostras part. 6. decis. 194. arg. l. qui tabulas 27. pr. ff. de Furt.* Nec putandum creditori creditoris in ea specie actionem deesse, quam competere ex *l. pen. c. ad Exhib.* colligitur. Tertium ex cautione remedium est, per quam debitor, si solvit, securus reddendas contra omnia pericula, quæ immineant, Quam ipsi petere licebit, & Judici, antequam solvet, decernere incumbet, modò petendi justa ratio sit.

Accidit aliquando petitos esse ab eo, qui ex causa arresti solvere debebat sumptus illius judicii, quo ad conducendum à creditore crediti tabulas opus erat, & existimatum fuit æquum desiderium ejus, qui ex arresto alterius gratiâ imposito indemnitas servari debet. Huc pertinet, quod per æquitatem generaliter traditur & servari debet. Ejus, penes quem res vel pecunia alterius arresto detinetur, exinde deteriore cau-

sam fieri non debere. *Peck. in tr. de jur. sistend. cap. 44. num. 7.* Plures alia de hac specie exsurgunt quæstiones, quæ ad effectum arresti pertinent, tum pendente ejus causâ, quoad illum, qui arrestato debet, tum subsecutâ adjudicatione, *de quib. vid. infra cap. 15.*

Sicut executio parata ex vi pacti vel statuti executivi intenditur, ⁵² etiam ad annuas præstationes debitorum, *Bald. in l. etiam §. n. §. C. de Execut. rei judic. Coler. dict. tractat. part. 2. cap. 3. num. 489.* ita & eadem arrestis subjacent.

Ab arrestis eximuntur instrumenta rustica, veluti boves aratorii, equi, ligna, aratra, aliaq; ad agriculturam necessaria, *per text. in l. executores 7. l. pignorum 8. Auth. Agricultores. C. quæ res pign. oblig. c. 1. c. fin. X. de Treug. & Pac.* Etsi verò hæc de pignorationibus & executionibus saltem loquuntur, ex eadem tamen ratione ad arresta pertinere putatur. *Peck. dict. tractat. cap. 5. num. 22. Coler. dict. cap. 3. num. 187. seqq.* Cæterum usus hanc immunitatem non servat, sed quemadmodum tunc, quando alia bona debitor non habet, in quæ fieri potest executio, etiam illa subjacent executioni. *salicet. in dict. l. executores. num. 1. ib. Angel. num. 2. C. quæ res pign. Coler. dict. c. 3. num. 188.* Sic & arresta, quando aliud nihil adest, quod pro debito detineri valet, eadem meritò comprehendunt, quia alia substituendo liberari queunt, & non liberans, aut malitiosè contumax vel alia non habere censetur.

⁵⁴ Lectos quoque & vestes vulgares ad quotidianum victum & usum necessarias arrestis non obnoxias multi opinantur, exemplo executionum, quæ in istas res privilegiatas in subsidium demùm deficientium, aliorum bonorum debitoris in istas res privilegiatas fieri solent. *l. à Div. ro 15. §. in venditione. ff. de re judicat. Hyppolyt. de Marsil. in tract. de Fidejussor. quæst. 27. num. 202. Coler. dict. cap. 3. num. 186.* Sed nec id usus servat, nec ratio astipulatur, cum inter executionem & arrestum magna in hoc appareat differentia. Illa adimit, quia non solvitur, hoc sistit, ut respondeatur, aut solvatur. Illa potest querere alia, antequam ad ademptionem devenitur privilegiatorum, hoc verò idè impetratur, quia alia sub jurisdictione arrestantis Judicis non adsunt. Et cum debitor ipse in personâ sisti queat, quomodo rerum illius aliquod possit esse privilegium non video. Si verò debitor non habeat alia, unde se suosq; aliat ea bona, quæ alimentis destinata sunt, ab arrestis sunt libera.

bera. *Coler. de Aliment. lib. 1. cap. 13. num. 20. Mosser. ad Constit. saxon. 29. num. 13. part. 1.* Sicut & stipendia Studioforum, quæ è publico vel 55 ab aliis ad continuanda studia porriguntur, & alimentis æquiparari solent; *Coler. de Process. executiv. part. 2. cap. 3. num. 122.* Libri Studioforum & arma militum, etsi in iis nec tacita hypotheca locum habeat, nec executio fieri solet. *l. commodis 40. ff. de re judic. Schneidew. in §. Item serviana. num. 43. Inst. de Action. Sicbard ad Rubr. C. de Pignor. num. 18.* Si tamen necessitas urgeat, nec alia bona suppetunt, rectè ar- 56 restantur non minus quàm eorundem personarum. *Coler. dict. tractat. part. 2. cap. 3. num. 148. Virgil. Pingiz. 2. quæst. 88. num. 22. seq.* Idem cum eodem temperamento observatur in salariis Advocatorum & Procuratorum. *Carptov. in Jurispr. Rom. saxon. part. 1. constit. 29. definit. 32.*

Hæreditas jacens ita privilegiata censetur, ut in eam neque ex vi 57 judicati, neque ex pacto cum defuncto celebrata, neque ex vi statuti manus injectio, arrestum vel executio locum habeat. *Angel. de Perusin. in l. ad diem 77. num. 1. ib. Jason num. 5. Alexand. num. 4. ff. de verb. obligat. Coler. dict. cap. 3. num. 387.* Idq; eâ potissimum de causâ, quod nulla existat persona, quæ eo nomine citari, interpellari & in morâ constitui queat *arg. l. si constante 22. §. si ex heredati. ff. solut. matrimo.* ipsa bona, antequam aliquis hæres existit, nullius in bonis esse reputen- 58 tur. *l. 1. §. quod autem. ff. de rer. divis. Martb. de Affici. singular. 4. num. 7.* Unde hæreditas jacens ad instar pupilli vel furiosi, qui non defenditur, habetur, ac si non existat. *Jason in dict. l. ad diem. num. 4.* Quæ 59 tamen sententia non aliter admitti potest, quàm in his, ubi ex arresto queritur aliquod jus in rebus arrestatis, vel ut hæres, antequam adeat, aut intra tempus conficiendi inventarii vel deliberandi molestetur actionibus. Sed si nudæ custodiæ aut fraudis præcavendæ gratiâ, veluti & cum periculum in mora est, petatur arrestum, denegari non debet. *l. si diu. 8. ff. ex quib. caus. in possess. eat. suarez. in l. post rem judicat. 50. declarat. leg. Regu. extens. 1. num. 6. de re judic.* Habet etiam contra jacentem hæreditatem locum, ubi opus esse videtur primum decretum, quod rerum servandarum causâ indulgetur. *l. si bona 5. ib. Bartol. C. de bon. auctor. jud. Jason in l. cum debitoris. 7. num. 1. ib. Alexand. num. 2. C. de judic.* Quando periculum in mora est, receditur 60 à communis juris regulis. *l. de pupillo. §. si quis rivus. 11. ff. de nov. oper.*

- 61 *nunciat*. Inter res ab arrestis eximendas connumerantur ab Jctis merces aliaq; res mobiles, quæ sunt in transitu, ut per unam alteramve noctem saltem remaneant in loco mox transportandæ. *Panorm inc. fin. n. 43. seq. X. de For. compet. Coler. dict. tractat. part. 2. cap. 3. num. 24. & 35.* Ejus verò ego nullam video rationem, nec consuetudine ea immunitas servatur. Et licet *Coler. dict. num. 35.* dicat, secus fieri de facto, non de jure, me tamen latet id jus, quod arresta prohibeat. Quas adducit rationes, concernunt eam paratam executionem, quæ in foro competenti seu loco ordinariæ jurisdictionis fieri debet, cujus longæ diversitas est ab arrestis, quæ decernuntur pro fundandâ seu prorogandâ jurisdictione. Idem ipse Colerus etiam *dict. cap. 3. num. 38. & 40.* ait, stante statuto, consuetudine vel pacto executivo, unde parata licet in bona debitoris executio, etiam transitorias res forensis justè arrestari.
- 62 Aliquando rerum propriarum fit arrestatio. Licet enim arrestum naturam pignoris Prætorii habere videatur, pignus verò rei propriæ esse non possit, *l. neque pignus. ff. de Reg. Jur.* quando tamen dominus non idèò petit arrestari rem suam, ut in eâ jus aliquod consequatur, sed ut amissam possessionem recipiat, veluti si res furto ablata aliò transferatur, aut penes forensem cum eâ abiturum existat, tunc rectè petit eam sisti, quò vindicare aut repetere queat. *l. fin. C. ub. in rem act. ib. Alberic. Peck. dict. tractat. cap. 5. num. 25.* Nec debet morari petentis implorationem Judex, sed arrestum, quod ad præparandam rei vindicationem tendit, decernere, cum hæc intentari possit contra possessionem, ubicunque res vindicanda reperitur. *Siebard. ad dict. l. fin. num. 3. Valtrej. ad l. 1. num. 19. C. eod.* Id verò sub fine hujus capituli addo, quod arresta tanquam quæ stricti juris sunt, cum certis bonis imponuntur, quorum mentio facta est, ad alia bona in petitione vel impositione non expressa non porrigantur, *Coler. de Proc. exec. part. 3. cap. 11. num. 68.* multo minùs ad futura, *Mod. Pistor. illustr. quæst. 136. num. 1. ib. Schultes. num. 14. & seq.* Nec enim actus Judicis præsertim in odiosis ultra agentis intentionem aliquid operari potest. *l. non omnis. 19. ff. de reb. credit. l. quoties 9. ff. de bared. instit.* Fieri tamen potest arrestum aliquod generale, quod complectatur omnia arrestati bona, quorum copia haberi potest, de quo aliter censendum erit.

CAPUT X.

De Debitis, quorum causâ arresta
legitimè decernuntur.

SUMMARIA.

1. *Debitum est fundamentum arresti, nec hoc sine illo decerni debet.*
2. *Quale sit debitum non refert, dummodò verum sit.*
3. *Non nominatus in instrumento non gaudet parata executionis beneficio.*
4. *Exceptio, non facta in instrumento nominationis, obstat executionibus.*
5. *Qui non nominatus in instrumento petit arrestum, debet præter debitum probare titulum.*
6. *Non presumitur justa cessio ex sola possessione instrumenti.*
7. *Cessio non probatur semiplenè, nec cautio defectum probationis supplet.*
8. *Exceptio de inhabilitate petentis nullo tempore exclusæ est.*
9. *Cum instrumentum continet bona fidei possessorem ejus, is non eget ulteriori probatione.*
10. *Rationes ejus traduntur.*
11. *Nemo invitus causam suæ possessionis dicere cogitur.*
12. *Paria sunt solvere creditori vel alii de ejus voluntate.*
13. *Differentia bona fides & iusti possessoris.*
14. *Arrestatum ex debito, cujus causâ arrestum petitur, obligari ne-*
15. *Per quos obligemur, annotatur. (cessæ est.)*
16. *Institores & factores obligant dominos.*
17. *Consuetudo patrisfamilias pro mandato est.*
18. *De ministro habente mandatum sumendi mutui, sed sibiographum dante traditur remisissè.*

19. Arrestum pro illo debito locum habet, quod statim exigere potest.
20. Ante diem debitor arrestari non debet.
21. Paria sunt non esse debitorem & conveniri non posse.
22. Exceptio plus petitionis non censetur rejecta per generale statutum.
23. Traduntur casus, ubi ob debitum in diem licita est arrestatio.
24. Debitor ex die praefertur in hypotheca posteriori, cui jure debet.
25. Ne quid dolo ante diem faciat debitor, arresto potest constringi.
26. Creditores, quibus pure debetur, quomodo relaxationem arresti ob debitum in diem impetrant.
27. Creditor in diem quomodo purificare potest creditum.
28. Ubi non ad solvendum, sed securitatem crediti agitur, arresto locus est ante diem.
29. Resignatione debiti non facta quando arrestum jussu decernitur.
30. Locus contracti debiti circa arresta inspicere debet.
31. Ob minimum debitum non facile decernitur arrestum.
32. An & unde verè debitum sit, judex ante impositionem arresti sollicitè considerare debet.
33. Ad solam assertionem creditoris pravo more decernitur arrestum.
34. Precipitis arresti iniquitas notatur.
35. Ob illiquidum non decernenda sunt arresta.
36. Ubi non constat de debito, non sufficit petentis cautio, ut fiat arrestatio.
37. Arresti super illiquido fundati relaxatio fit de eo exceptione opposita & quomodo?
38. Qualis debiti probatio praequiratur.
39. Exhibito debitoris chirographo, vel auditis personarum fide dignarum testimoniis licita sunt arresta.
40. Probatio debiti committitur Judicis discretioni.
41. Scriptura privata paratam executionem non meretur, quod explicatur.
42. Statuto & consuetudine induci potest, ut privata scriptio paratam habeat executionem.
43. Ad

43. *Ad testium utut non formaliter jurantium assertionem impetratur arrestum. num. 44. & seq.*
46. *Libri mercatorum pro arrestis impetrandis sufficiunt ex consuetudine.*
47. *Originale chirographi vel alterius scripti exhibendum est judici, antequam arrestum decernat.*
48. *Exemplar instrumenti non meretur paratam executionem.*
49. *Processus super exemplo est nullus.*
50. *Originale necessario non est relinquendum apud acta.*
51. *Ubi dubium suboritur super fide instrumenti, Judex abstinere debet ab impositione arresti.*
52. *Hoc declaratur distinctione.*
53. *Arrestum ab initio non ostenso chirographo impositum, non relaxatur, si deinde id creditor verificet.*
54. *Exceptio priorum additur.*
55. *Finis modusq; probationis pro impetrando arresto.*

Quintum in impositione arrestorum consideratu necessarium consistit in perquisitione debiti. Non potest consistere arrestum sine debito magis quàm sine jure actus, aut sine eo hypotheca. *Carpzov in Jurispr. Consistor. lib. 1. tit. 12. defin. 124. n. 2.* Cum non nisi ii, qui debent, eorumve res sibi & detineri debeant, inq; eo fundamentum omnium arrestorum consistat, ante omnia oportet Judici constare de debito. *Peck. de Jur sistend cap. 6. num. 4.* Indebitè aliquem arrestari curans se atque Judicem obnoxium reddit poenis, ut infra videbimus.

Non refert quale debitum sit, unde oriatur, an ex contractu vel a quasi, ex delicto vel quasi, ex possessione alterius iniqua, ut cum res vel jura nostra vindicamus. Ubique isti remedio locus est ad compellendum debitorem, quò solvat aut faciat, dummodò cantus judex ante decretum ad sequentia attendat; primò ut tale reperiat debitum, cujus causà rectè debitorem conveniat, qui arrestum petit. In quo hoc perquiri solet, annon nomen petentis in instrumento, Chirographo vel simili

- simili charta, quæ ad probandum debitum assertur, reperiatur. Et si enim instrumentum paratam executionem habeat, ea tamen obtinet, solum pro creditore vel ejus hærede, non autem pro extraneo, non nominato in instrumento, *Rebuff. ad Ordin. Reg. Gall. tom. 1. tit. de Lit. obligat. artic. 1. gloss. 9. num. 28. Bald. in l. 1. num. 2. C. commun. de legat. 4. glos. unde exceptio; tu non es nominatus in instrumento, rectè opponitur arrestum vel alia executiva remedia petenti. Marant. de Ord. Judic. part. 4. distinct. 3. num. 6. Coler. de Process. executiv. part. 2. cap. 2. num. 68.*
- 5 Si quis extra nominationem aut sufficientem demonstrationem arrestum petit, tenetur docere vel mandatum creditoris, quando hoc sit alieno nomine, *de quo dictum supra cap. 1.* vel etiam titulum & cessionem, si proprio nomine intentetur petitio. *Roder. suarez. in l. post rem judicatam. in declarat. reg. regn. §. quia superius. num. 23. ff. de re judicat.*
- 6 Et si verò petens obligationis instrumentum habeat & producat, illud tamen exhibitum personam actoris seu petentis minimè legitimat, *c. eorum. ib. Bald. X. de offic. delegat. Rebuff. ad Ordin. Reg. Gall. tom. 2. rubr. de Nominat. quæst. 14. num. 181.* imò licet demonstret sibi à creditore traditum, haud tamen titulus alicujus cessionis, imò nec cessio præsumitur, ubi juxta ejus liquidò non fiat fides. *Alexand. ab Immol. in l. possider. num. 12. ff. de Acquir. poss. Coler. dict. cap. 2. num. 53. & 69.*
- Sed in dubio vel depositi aut custodiæ causà accepisse, *Bald. in l. Maria. num. 1. ff. solut. matrim. ibid. Angel. de Perus. num. 2.* vel mandatum exigendi creditoris nudum præsumitur, *Anton. de Butr. in c. Ecclesia 2. num. 9. X. ut lit. pend.* unde proprio nomine executivum remedium urgens omninò opus habet ostendere, ex quo titulo ad se detenerit nomen istud, unde exigit. *Jason in §. fuerat. 61. Instit. de Action. Angel. in l. creditores 3. n. 5. Cod. de Pignor.*
- 7 crediturq; hic non sufficere semiplenam probationem cum juramento vel cautionem rati. *Bald. in l. non solum. 39. §. qui alieno. num. 3. ff. de Procurat.*
- 8 Et licet in impositione aliquid in hoc neglectum fuerit, in processa tamen pars attestata opponens eam exceptionem audienda est, cum in iudiciis, quantumvis summariis, nunquam intelligatur exclusa ea, quæ obrendit inhabilitatem personæ petentis. *Marant. de Ord. Judic. part. 4. distinct. ult. primo. num. 16. Boer. decis. 10. num. 2.* ubi
- 9 ait, sic tenere omnes Doctores. Ista verò tituli probatione non egent, qui

qui petunt ex instrumento, quod exigendi licentia confert non solum creditori vel ejus hæredi, sed cuivis bonæ fidei possessori, prout in obligationibus mutui ea clausula frequentissima est: *Ich gerede und verspreche meinem Gläubiger / seinen Erben oder sonstigen Erbsessern die Zahlung zu thun.* Tertius istius possessor arrestum impetrat titulo non probato, nec auditur reus eum ostendi flagitans, *Coler. dict. tract. part. 2. cap. 2. num. 77.* tum quia ille nominatus est in instrumento, ex quo 10 creditor cuilibet literarum possessori stipulatus ipsi titulum addidit, ut exigere queat vi originalis ab ipso producti, *Rebuff. dict. tit. de lit. oblig. artic. 1. gloss. 9. num. 34.* tum quia possessor causam suæ possessionis invitatus dicere non cogitur. *l. cogi. 11. C. de petit. hered. l. fin. C. de rei vindic.* Sed ea tamen pro se habet præsumptionem, quæ ab onere probandi titulum relevat, *l. 2. Cod. de Probat. l. 1. Cod. de Edend.* tum quia 12 voluit creditor solvi possessori & id promisit debitor, ideoq; hic excipere contra placitum non potest, cum paria sint solvere creditori, vel alteri tertio de ejus voluntate. *l. si cum dote 22. §. transgrediamur 12. ff. solut. matrim. l. solutum 11. §. solutum 5. ff. de Pignor. action.* Eam verò qualitatem, quam quis allegat, se bonâ fide possidere, seu voluntate domni chirographum accepisse probare tenetur exigens, *prout hoc latè probat Coler. dict. cap. 2. num. 80. & mult. seqq. ubi plura notatu digna ad hanc materiam pertinentia leges.* Interesse verò arbitror, ut 13 trum in instrumento solutionem stipuletur creditor bonæ fidei possessori, dem getreuen Erbsessern / an justo possessori, dem gerechten Erbsessern. Justus enim possessor non est, qui non docet titulum, ex quo dependet possessionis justitia. Unde intelligitur id voluisse creditorem solvendum saltem his, qui jus exigendi habent. Quod sine cessione aut stipulatione creditoris nemo habet. Atque sic pronunciatum est à Collegio Jctorum Academiae Gryphiswaldensis Anno 1637. in causâ M. Writzen contra Melchior Ernst Freytag.

Secundò circa debitum in impositione arresti attendi meretur, an & inde obligetur, à quo id exigitur. Obligatus verò est non modò, qui 14 ipse contraxit, sed & si ipsius nomine alius, veluti si Procuratores cum liberâ, *Jasen. in l. scriptum. §. fin. num. 3. ff. de Pact.* vel Institores & 16 ministri, die Factoren / qui rebus emendis, vendendis vel mutuò sumendis pecuniis ex mandato præsunt, *l. 1. l. quicumque. l. in eum. ff. de Instit.*

- 17 *Instit. action. l. si mutuum. l. fin. c. cod. vel ii, quorum operâ dominus, cujus consuetudo loco specialis mandati reputatur, l. 3. in fin. ibi Bald. & Salyc. c. de Episcop. Audient. Franc. Pfeil. consil. 24. num. 8. part. 1. in contractibus uti solet alieno nomine contractus inierint. Felin. c. cum ordinem num. 6. X. de rescript. Demonstrato ergo horum chi-
 18 rographo, perinde contra dominum arrestatio iuste decernitur, atque si hic ipse illud consecisset. An idem sit, cum minister, cui dominus expressè mandatum dedit mutuam pecuniam sumendi, chirographum dedit? non consentiunt Icti, pluribus negativam tuentibus, uti prolixius leges apud Tiracvell. de retract. convention. §. 4. gloss. 6. num. 7. seq. Bener. strachain tract. de Mercator. tit. de Mandat. num. 4. Koppen. decis. 21. num. 2. seqq.*

- 19 Tertium in debito considerandum est, quòd eo, quo arrestum il-
 20 lius adipiscendi gratiâ petitur, tempore idem exigi queat. Unde si dies nondum cesserit, pro debito, quantumvis aliàs ex vi pacti, statuti aut consuetudinis, quoad paratam executionem privilegiato, ante diei existentiam vel purificatam conditionem arresta personæ aut bonorum locum non habent. *l. hoc jure 10. ff. de verb. oblig. Bartol. in l. proinde 25. §. notandum 2. num. 3. ff. ad leg. Aquil. Coler. de Process. Executiv. part. 2. cap. 3. num. 109.* Paria quippe sunt, debitorem non esse vel conveniri non posse, *l. Fulcinius 7. §. si in diem 14. ff. ex quib. caus. in pos. l. conditionales 54. ff. de v. s. cum conveniens exceptione, tu petis ante diem, repellatur, l. cedere. ff. de v. s. l. un. c. ut act. ab baredd. l. quod in diem. ff. de Compensat.* quæ nunquam intelligitur rejecta à statuto, quod contra instrumentum exceptiones denegat. *Bald. in l. etiam. num. 5. c. de Execut. rei judic.* Imò & Iudex eum ex officio repellere debeat. *gloss. in l. ubi pactum. c. de Transact. Peck. de Jur. sistend. dict. cap. 4. num. 6.*
 22
 23 Excipiendi sunt aliqui casus, in quibus ob debita in diem vel conditionalia arrestis potest esse locus; veluti si debitor fortè bonis labitur, ita ut periculum sit in morâ, vel subsit timor fugæ aut dilapidationis. Inde iusta censetur causa detinendi personam vel bona illius. *Bartol. in l. si debitori 21. num. 2. & 3. ff. de Judic. Jasson. in §. 1. num. 77. & 89. Instit. de Action. Coler. dict. cap. 3. num. 111. Peck. dict. l. non quidem ut fiat adjudicatio, quæ nunquam ante existentem diem vel conditionem fieri potest, Bald. consil. 155. lib. 2. sed ut idoneè caveat de sol-*

de solvendo aut præstando, cum evenierit dies aut conditio, *arg. l. 1. in omnibus. ff. de Judic. l. questum. ff. de Pignoris. l. 2. C. 3. ff. de condic. caus. dat. Peck. & Coler. ad loc. Neguzant. in tract. de Pignoris. 4. part. princip. num. 15. seq. Matth. de Afflic. decis. 108. Paris. consil. 99. lib. 3. ita ut si prior sit tempore in hypotheca sibi constituta aut aliter privilegiatus posteriorem creditorem, utut ejus dies jam venerat, tunc excludat. *Suarez. ad l. post rem judicatam. ff. de re judic. in declarat. l. regni in 7. limitat. Coler. dict. cap. 3. num. 113. seq.* Perinde si creditor metuatur, ne ante diem debitor aliquid dolo malo faciat in re promissa, e. g. ne equum, quem in diem debet, nimis laboribus emaceret, ad cautionem interponendam, si metus sui justam causam approbet, arresto rectè adigit. *Hering. de Fidejussor. cap. 5. num. 47.* Possunt tamen reliqui creditores, quibus purè debetur, arrestum relaxare & bona debitoris interim ad se recipere, præstita cautione de satisfaciendo, cum dies advenerit. *Heig. part. 2. quest. 7. num. 99. Coler. dict. tractat. part. 2. cap. 3. num. 116.* Quod si etiam creditor in diem interusurium medii temporis, hoc est, quanti debitoris interest expectari diem, de tota summa detrahi patiatur, idq; offerat, eum audiendum putat *Carpzov. in Jurisprud. forens. Romano Saxon. part. 1. consil. 29. defin. 30.* Non dubito etiam locum arrestis esse ob alia quævis, quæ à debitore in diem vel sub conditione ante hujus adventum rectè peruntur, veluti ut chirographum suum agnoscat, *Peck. dict. l. Costal. in dict. l. in omnibus. ff. de Judic. vid. script. ad artic. 8. tit. 1. lib. 3. Jur. Lubecens.* item ut securitatem præstet, cum justam allegat causam, nec non in aliis casibus omnibus, in quibus ante existentiam diei vel conditionem locus potest esse petitioni. Pro eo quod in hanc veniet, in securitatem seu pro sine alio non injusto conveniet arrestum decerni, ut æquitas impetretur. Frequens est mutui redditioni hanc legem dici, quod resignandi facultas, *die Losfündigung/* cuique libera esse, ac resignatione facta post certum tempus solutio fieri debeat, inde questio, utrum ista non præviâ arresto possit esse locus? Est ita, quod ante illam sic conventam repetitio non habeat locum, ac ex omisso tempore plus petitionis exceptio. Attamen debitori nec proficere, nec arresto officere potest, ubi aliàs iste obligationi non satisfacit, idè nec, quod ipsi invicem debetur, exigere potest. *l. quarto 54. §. 1. ff. locat. quomodo inter decisiones nostras**

de eo repertes decis 73. part. 1. Quod similiter dicendum, ubi solutis licet usuris aut præticitis præstandis, de sugâ vel dilapidatione suspectus sit. In quo casu observanda sunt eadem ac quæ de arrestis ob debita in diem scripta sunt.

30 Quartò etiam hoc in debito, si causa id requirit, inspiciendum, quo in loco solutio ejus facienda sit, cum ubi quis non teneturolvere, ibi nec arrestari debeat, *de quo vid. plura cap. 12.*

31 Quintò ob minimum quoque debitum arrestum non est facilè decernendum, *Ripa respons. 12. num. 31. sub tit. de Legib. Decius consil 75. Peck. dict. tract. cap. 5. num. 20.* tum quod ejus causâ nemo contumax aut morosus præsumitur; tum quia ob vilem exactionem remediùm, quod cum infamiâ aliquâ alienâ videtur conjunctum, adhibere iniquissimum videtur. *l. 8. §. ult. l. seq. ff. de dol. mal.* Quod vero pro tam levi minimoq; debito habendum sit, ut arrestum recusare deceat, judicis arbitrio relinquatur. *Peck dict. numero 20. in fin. Carpzov. dict. consil. 30. defn. 9.*

32 Tandem & hoc necessarium est, ut probetur debitum. Ideoq; investigari debet à judice præprimis, an de isto ex chirographo vel publico instrumento aut testibus fide dignis appareat. *Gail. de Arrest. Imper. cap. 1. num. 11.* Aliquibus in locis in usu est, etiamsi nihil judici ostendatur, ad solam partis aut creditoris assertionem arresta concedi periculo petentis. *Rebuff. ad Ordinat. Reg. Gall. tit. de literar. obligat. artis.*

33 *6. gloss 3. numero 43.* Sed non injuriâ à Rebuffo ea consuetudo vocatur corruptela, cum non minùs iniqua sit, quàm periculosa: Iniquius quid esse potest, quàm ut in potestate & arbitrio alicujus sit nudâ allegatione per arrestum hoc consequi, unde libertas personæ atque dominiî constringatur, & alia incommoda & molestiæ, quas arrestum post se trahit, inferantur? Quid à ratione alienius, quàm ab executione, cujus illud species est, sine liquidatione initium fieri? Quid injustius, quàm ob debitum prætensum damnari ad carcerem, cujus species est arrestum, qui nondum est auditus, nedum convictus. Nulla etiam in levissimis ferenda sententia sine probatione, nedum arrestum absque hac decernendum, quo non levis injuria inferatur indebitè arrestato. Ec cum inde gravis actio sit tam contra impetrantem quàm contra judicem, uti inferius patebit, quantæ imprudentiæ est, se dubio committere casui,

casui, & incurrere in pericula? quantæ injustitiæ, irrogare alicui, quod onerosum, durum & grave est, antequam aliquo modo constet, an ipse idem mereatur. Haud ergo se ad arresandum permoveri patiat. ³⁵ judex, antequam fides facta sit de debito, *uti vetus sentiant Beck. dict. tractat cap 16. numero 4 Kirchor. int. consil. varior. Ill tom. 2. consil 8. numero 43 Celer dict. tract de Process. executiv part. 3. cap. 1. numero 32.* Propter debitum illiquidum & incertum non debet decerni arrestum, *Baptist Caccialup. de debitor. suspect. part. 4. numero 32. sicut nec pro illiquido, captura personæ vel rerum aut alia quæcunque executionio permittitur. Bald. in l. apertissimi numero 9. C. de judic.* Non ³⁶ audiat prætendi periculum partis, quod non modò proprium fieri potest periculum, sed nec sufficere debet ad infligendum aliis, quæ non regulariter, sed certis saltem casibus sunt permilla. Quanta occasio malitiarum aperietur malevolis, si ea licentia contingit, vexandi adversarios, ubi statim eos molestandi rigorosa remedia sine ullâ juris sui demonstratione impetrant; istis verò in remediis longæ lites & difficultates futuræ sunt. Et licet vel cautio eo nomine offeratur, uti fieri solet, haud tamen judex ei ad decernendum sine causa solidâ arrestum, confidere debet, tum quia fragilis res est cautio, tum quod præstat intacta servari jura, quam post vulneratam causam remedium quærere, *h. fin. C. in quib. caus. in integr. restit.* tum quod sub cautione nemini res sua ejusve libera administratio auferri debet causâ alterius, qui meliora jura nondum probavit; tum quod ab executione processus inchoari non debet, nisi existat, ob quod executio faciendâ. Sed pro debito illiquido ista sicut & captura personæ aut rerum haud permittitur. *Bald. in l. apertissimi num 9. C. de judic.*

Circa necessitatem hujus requisiti, quod est in liquidatione debiti, ³⁹ ob quod arresta imponuntur, occurrit aliquando ea dubitatio, utrum tanta illa sit, ut si omisâ illâ arrestum impetrans deinde debitum probare velit, audiendus non sit, sed arrestum relaxandum? Evenit talis casus, quod creditor judici chartam quandam tertii cujusdam, aliâs hominibus probi & fide digni de debito exhibens arrestum impetraverat, in prosecutione autem arrestatus non tantum negaret scripta ita se habere, sed etiam de nullitate arresti ob defectum ejus requisiti, quod debitum liquidum esse deberet, objiceret, idè ejus relaxationem cum

refusione sumptuum & damni rogaret, alter verò replicaret, et si debitum planè ex illo liquidum non esset, tamen tum juramento scribentis, tum aliis testibus plenius se idem probaturum; arrestatus duplicaret, nondum hic de causa debiti agi, sed de validitate arresti, ad quam ab initio requiritur, esse liquidum, quo deficiente illud non subsistere, se respondere non teneri, sed relaxandum esse. Transmissis ad Collegium Jctorum Jenensium Actis judicatum est, arrestum esse invalidum, sumptus in causam arresti impensos ab arrestante refundendos esse, reservatà de damno injurià dato actione. Similiter Scabinatum Lipsiensem de Jure respondisse refert *Carpzovius Respons. Electoral. 38. num. 4. in fin.* Rationem allegat, quod debito non existente liquido arrestum nullum est. Ubi verò ex defectu requisiti necessarij exoritur nullitas, non potest non de istà exceptio efficere, ut ad ulteriores non procedatur. Est quippe illa Judicii declinatoria, *ut infra Cap. 18. num. 2. seq. exponitur.* Judicium non potest non esse de cætero nullum, ubi non fundatur jurisdictio, quod fieri debuit arresto, sed non potuit debito non existente liquido, idè arresto injusto. Circa impositionem arresti ad eam fundandam requiritur exhibitio talis instrumenti, quod debitum facere potest liquidum. Idè quod exhibetur juxta hanc qualitatem, judex examinare debet. Si de eo postea existit disputatio & contendit pars non esse liquidum, judicis est de eo cognoscere. Siquidem ad liquidandum non sufficere judicaverit, sed aliis probationibus opus esse, relaxato arresto rem altioris indaginis ad ordinarium judicium remittit. Ubi saltem dubij quidquam accedit, quod tamen juramento suppletorio vel purgatorio tollitur, non fit relaxatio, sed illud decernitur, uti sæpius factum scio, nec injustè.

38 Quomodo judici demonstrari debeat creditum, quo securè decernatur & impetretur arrestum, non convenit inter Jctos: Alii plenam, omninò fidem per publica instrumenta requirunt, qualia sunt acta judiciorum; Item scripturæ depromptæ ex cancellarià, archivo publico, vel rationario alicujus principis vel communitalis, item instrumenta à notario confecta, testamenta solenniter condita & quæ similia sunt Privatis vero scripturis & chirographis nondum recognitis eam vim non tribuunt. Aliqui sufficere existimant exhiberi judici in quo fundata est petitio, liquidationem vero ab initio non necessariam esse, sed in processu

cessu faciendam. Alii mediam quodammodo tendunt viam, putantes
sufficere, talem judici fieri fidem debiti, unde ille existimare queat, non
sine causâ peti arrestum, nec cum ratione dubitet, debitum subesse. Ad
quod ut non semper publico instrumento opus est, sic quoque non sem-
per alia verisimilia chirographa & argumenta vel personarum fide di-
gnarum testimonia excludi debent. Quam sententiam veriorē æ-
quiorēque esse reor, *uti etiam statuit Carocio. de sequestr. part. 2.*
quest. 1. n. 1. & quest. 2. n. 2. seq. Cui hoc confectarium, quod arbi-
trio ipsius relictum sit, quæ probandi genera sint ad arresti fundamen-
tum constantia, in quo prudenter habebit rationem personarum, scri-
pturæ, & quidquid in ista continetur, ut credere queat verum esse, quod
asseritur *Rebuff. dict. artic. 6. gloss. 3. num. 43. Peck. dict. cap. 5. num. 4.*
Quemadmodum enim nullo probato debito arresta sunt injusta, ita
nulla velle admittere nisi præviâ plenissimâ probatione incongruum
est & elusorium; Si ergo creditor producit scripturam aliquam pri-
vatam, quæ debitoris manu scripta vel subscripta aut ejus sigillo sub-
signata reperiatur, si judici nulla justa falsitatis subrepat suspicio, ad ar-
restum impertiendum se non difficilem præbebit. Est enim istius-
modi scriptura privata, nisi factâ per debitorem recognitione, *cujus re-*
quisita proxime explicat Coler. dict. part. 3. cap. 1. numero 98. & matr.
segg. executionem paratam habere non soleat: *Rebuff. dict. artic. 6.*
gloss. 5. numero 10. scilicet, ad hoc ut statim pro solutione debiti fiat ma-
nus injectio in personam vel bona debitoris, ubi tamen ex statuto vel
consuetudine rei debendi sistuntur, ut in loco aliquo respondeant aut
solvant, quia arresta saltem vim habent prorogandi jurisdictionem in
exteros, non minus atque ob chirographa ista summarius processus est,
sic & arrestis locus erit, ad ostensionem eorum judici factam. *Rebuff.*
dict. gloss. 3. numero 43. ut reus causam in illo foro agat nec actor illius
forum sequi opus habeat. Quod multo magis obtinebit cum ex statuto
vel consuetudine sic observatur, ut credatur scripturæ etiam privatæ
non recognitz, *Doct. decis. 295. num. 19. Coler. dict. part. 3. cap. 1. num.*
136. vel si inter partes conventum sit, quod stetur & adhibeatur chiro-
grapho plena fides, aut quod super eo ad primam instantiam credito-
ris executivè procedi debeat. *Alexand. in l. 1. §. fin. num. 3. ff. de v. o.*
Rebuff. ad Ordinaz. Reg. Gall. tit. de chirograph. recognit. num. 40. qua-
les

- les istisq; similes formulæ in obligationibus scriptis plerumque deprehenduntur. Ita si quis duos testes omni exceptione majores (alios hic non admitto) fide dignos exhibeat, qui debitum attestentur, an Eydes staat etsi non præstent corporale juramentum, tamen judici fidem puto facient sufficientem, ut arrestum legitimè decernat, modò nihil prudenti judici occurrat quod dubium moveat. Scio communem Dd. sententiam videri in contrarium, quod captura rerum & personarum sicut & alia quævis parata executio decerni non debeat, nisi debitum liquidetur per instrumentum fide dignum, nec testes sufficere, cum ii examinari nequeant, nisi servato juris ordine, citatà videlicet solenniter parte adversà, dato libello & lite contestatà, *prout hoc late comprobatur. Coler dict. cap. 1. numero 18. & mult. seq. part. 3. ubi prolixius de eo videas*, sed ille & omnes quos citat spectant vel ad processum prosecutionis ex quo non obtinetur adjudicatio nisi per plenam probationem, & in hoc differt ab impositione; *Caroc. de sequestr. part. 3. quest. 1. in fin.* vel ad ea arresta quæ sunt pro executione, ut statim solvat arrestatus, & eo usque in persona vel rebus capturam patiatur, Id enim fieri non debet nisi legitime examinatis testibus, post litem contestam, Secus nemo non sentiet de iis arrestis, quæ præcipue prorogandæ jurisdictionis vim ex statuto habent vel ideo sunt ut creditor non discedat antequam se sistat & de debito respondeat. Nec moror hæc ultra quia
- 45 Praxis astipulatur. Cæterum si judici nihil ostendatur, ne quidem periculo partis valebit arrestum. *Rebuff. dict. gloss. 3. numero 45. in fin.* ubi refert tale arrestum ad solius partis assertionem impositum fuisse annullatum. Itaque cum aliquando quis prætextu crediti impetrasset arrestum, neganti vero illud arrestato nullo alio semiplene probato juramentum deferret, hic verò jus arresti prætenderet, quod liquidationem præviam prærequireret, relaxatio arresti meritò facta fuit, quia ubi nihil probatur, injustè arrestatur, nec fundamentum in futuro debitoris prætensi juramento fundari debet.

- 46 De Libris Mercatorum major exurgit disputatio. Etsi verò, ubi jus commune observatur, ii arrestis impetrandis non sufficiunt, quia ex iis non est plena probatio, idèò nec debitum liquidum, *l. 2. l. 3. c. de probat.* Obtinente tamen tali consuetudine, vel statuto, unde semiplenè probant, non dubito, ubi judici ex iis de debiti fide apparet, arresta

resta non iniquè decerni. Id. quod usus hodiernus observat, dummodo tamen adsint, quæ ad fidem libri mercatorii desiderantur, & deinde in processu prosecutionis accedat iuramentum suppletorium, *de quo vide annotata à me ad artic. 4. tit. 6. lib. 5. Jur. Lubecens.*

Id verò opus est, ut creditor, vel qui ejus nomine arrestum petit, exhibeat Scripturam, super quâ desiderium suum fundat, in originali, 47 nec iudex nisi exhibita istâ authenticâ arrestum decernere debet. *Bald. in autb. Et qui jurat. num. 10. C. de bon. author. jud. possidend.* Exhiberi iudici exemplum instrumenti, ad paratæ executionis remedium, 48 minimè sufficit. *Menoch. de adipisc. possess. remed. 4. num. 651. Castren. in l. fin. num. 2. C. num. 13. C. de Edict. Div. Adrian.* Exemplum enim regulariter nihil probat, *l. 2. ff. de fid. instrum. Autb. si quis in aliquo. ib. Jason num. 2. C. de edend.* nisi certis in casibus, *de quib. scripsi ad artic. 3. tit. 6. lib. 5. Jur. Lubecens.* ubi & arrestis locum esse existimo. Quod si iudex processerit, talis processus, qui fundatur super instrumen- 49 to originaliter non producto, est ipso jure nullus. *Bald. in l. 1. num. 13. C. de sentent. ex brevis. Angel. Aretin. in l. 1. §. si quis ita. num. 15. ff. de p. o.* Ubi verò originale exhibetur iudici, nec uti decet relegenti vitium aliquod visibile occurrit, non morabitur, cætera, si paria sint, actoris petita sed decernet arrestum. Non opus verò est instrumentum re- 50 linquere apud acta, ut quancumque comparente contradictore fieri queat recognitio, sed sine hac arresti decretum mandatur executioni, præfixo ad ejus persecutionem termino per legem aut à iudice, in quo reproducatur, ut recognoscendi vel diffidendi copia fiat. Quid verò, si 51 dubium non sine ratione suboriat ex ipso instrumento iudici, an hoc rectum & ritè verèq; confectum sit, vel num ad arrestum sufficiat? Melius consultiusq; puto iudicem tunc cessare ab arresto & remitti partem ad ordinatum processum in foro competenti. Præstat enim jura servari intacta, quàm post vulneratam causam remedia querere, *l. fin. C. in quib. caus. restitut.* meliusq; absolvere nocentem, quàm innocentem, condemnare. *l. absentem. §. ff. de pæn.* Quod tamen accipio de eo du- 52 bio, quod exoritur ex vitio visibili, veluti si in loco principali literæ abolitæ, rasæ, cancellatæ, interlineatæ, sigilla fracta vel abscissa, charta discissa, in margine quædam, quæ ad rem faciunt, scripta aliâ manu vel atramento. Non referendum hoc est ad quævis, quæ fortè instrumento

opponi possent. Nec enim hoc adeò omnibus suis numeris absolutum requiritur, ut etiam latentia vitia à iudice perscrutanda sint, quæ ad processum reservabit, nisi notoria planè sint, ut & manibus tangi queant... *Coler. dict. cap. 1. num. 59. seq. part. 3.* Quid verò, si Iudex nullâ fide
 53 debiti factâ arrestum imposuerit, idq; arrestatus ad illud annullandum opponat, in processu verò arrestans verificet debitum, anne nihilominus illud relaxari debet? Haud existimo. Sufficiet postea probari debitum. *Rebuff. in dict. tit. de Liter. obligat. artic. 6. gloss. 3. num. 43. in fin.* Esi enim Iudex in imponendo fuerit improvidus, supplet tamen probatio ejus temeritatem fundatq; processum, ut exinde tolli non debeat. Quod sic intellige, si arrestans exhibeat talia documenta, ob quæ ab initio imponi debuerit arrestum; secus si aliunde argumenta conquirere velit, sicut suprà de delatione juramenti diximus, tunc si arrestatus exceperit, non subsistere arrestum, nisi præviâ liquidatione debiti, hocq; non probato relaxationem fieri debere, se verò ulterius litem suscipere non teneri, *distaffe sich darauff nicht etnlassen* / tunc quidquid aliter assertur, non attendi, sed relaxatio fieri debet. Est quoque hoc observandum, quod quoties periculum in mora est, veluti in casu fugæ aut de eâ suspicionis, non requiratur aliqua probatio. *Caroc. de sequest. dict. part. 3. quest. 2. n. 4.* A necessitate exhibitionis originalis chirographi excipitur, quando periculum est in morâ, nec tam citò potest ad manus haberi ipsum originale, quàm opus est arresto, fortè si arrestandus statim discessurus vel res suas ad alium locum translaturus, ad quam circumstantiam respicit *Berlicb. decis. 107. part. 1.* Sicut cum periculum in morâ est, à Juris Regulis receditur, *l. 5. §. de vivo ff. de Nov. oper. nunciat.* nec judiciaria solennitas aliàs necessaria requiritur, *Peck. de Jur. sistend. cap. 10. num. 10. Cardinal. Raschb. Practic. Conclus. tom. 6. verb. Periculum. Conclus. 283. num. 1. seq.* ita maximè & circa arresta fit, dum eorum occasio effugere potest. *Moller. semestr. cap. 44. num. 4. §. 15 lib. 3.*

Observandum quoque est de probatione crediti, quæ ad impetrandum arrestum necessaria habetur, illam tantùm ad informationem Judicis & foundationem arresti pertinere, quo illi constet hujus causam non esse injustam. *Coler. de Process. Executiv. part. 1. cap. 2. num. 307.* Quare non opus est probatione in formâ Judicii, aut per modum processus,

cessus, quem moræ periculum circa talia non finit, *Gail. 2. observ. 44. num. 8.* sed tantum, quæ Judici fidem aliquam aut narrata verosimilia faciat, quod credere possit causam subesse, quæ arrestum mereatur. Ad quod non ut in aliis executivis instrumenti recognitione opus est, sed sola exhibitio sufficit. *Gail. d. loc. num. 8. scaccia de judic. lib. 1. cap. 38. num. 27.* Ut Judici sit, ita ejus arbitrio relictum est, quid de narratis per exhibita credere & sufficiens putare velit, dummodò non inconsideratus sit. Etsi verò pro illo arbitrio arrestum decernere potest, integrum tamen arrestato manet, de defectu requisitorum deinde excipere.

CAPUT XI.

De Tempore justo impetrandi Arresti.

SUMMARIA.

1. **Q**uando non est justa petitio debiti, arrestum quoque non est justum.
2. Intra nonum diem post mortem non licet compellare nec arrestare heredem.
3. Ubi periculum est in morâ, feria non præstant ab arrestis immunitatem.
4. Dominicis diebus expedire licet, quæ moram non patiuntur.
5. Arresta feriatis diebus licita, quando debitoris conveniendi facilitas elapsa est, licet ille non sit de fugâ suspectus, quod de-
6. Tam nocte quàm die licita sunt arresta. (claratur.)
7. In nundinis regulariter prohibita arresta.
8. Nundinarum vigor ad utilitatem Reipubl. pertinet.
9. Signum publicæ securitatis in nundinis. (cura.)
10. Merces nundinarum gratiâ importatae quamdiu ab arrestis se-
11. Jus nundinarum ex concessione superioris aut immemoriali tempore.
12. Immunitas ab arrestis ad quas nundinas pertinet, nec ne.

13. *Delinquentes in nundinis arrestis obnoxii sunt.*
14. *Proscripti vel relegati prætenti nundinarum securè in civitatem non veniunt.*
15. *Ex contractu tempore nuptiarum inito licita actio & arrestatio.*
16. *Jurata debita non continentur generali immunitate.*
17. *Fugitivi aut de fugâ suspectis non subveniunt nundina.*
18. *Loca, per quæ itur aut reditur ad nundinas, ab arrestis non sunt exempta.*
19. *Nundinarum gratiâ ad locum non accedentes non gaudent ea.*
20. *Nundinarum privilegiis renunciare licet. (rum privilegio.*

1 **S**extum pro arrestorum justis principiis attendendum consistit in tempore. Omni eo, quod debitum petere non licet, nec arresta, quæ sunt species vehementioris instantiæ, licebit impetrare. Quocirca cum intra novem dies post mortem defuncti nemini licitum sit heredes vel fidejussores ejus convenire aut occasione debiti ullam inquietudinem vel molestiam iis inferre, *Novell. 115. cap. 5. nec arrestis*, nisi post illud novendium, locus erit. *Peck. de Jur. sistend. cap. 10. num. 10.* Quomodo etiam de executione instrumenti liquidi aut rei judicatz intra illos dies non intentandâ Dd. sentiunt. *Roderic. suarez. ad l. post rem judicatam. ampliat. 9. & in limitat. 9. ff. de re judic.* Nec ut *Peck. dict. l.* ait, isti juri derogatum est aliquâ consuetudine, cujus vestigia ego nullibi reperi.

3 Perit utut divino honorificatz ab arrestis non præstant immunes debitores, quoties periculum est in morâ, velut si metus sit, illos discessuros aut res ex loco aliquo transportaturas, ut creditori evadat conveniendi facilitas. *Rebuff. ad Ordin. Reg. tit. de Lit. oblig. artic. 6. gloss. 3. num. 59. Peck. de Jur. sistend. dict. cap. 10. num. 1. ubi prolixè hoc explicat.* Quæcunque enim moram non patiuntur aut ex illâ deteriora futura sunt etiam diebus dominicis expedire licet. *l. fin. C. de Fer. Gail. 1. observ. 53. n. 12. Scacc. lib. 2. de judic. 5. num. 53. & seq.* Quia igitur non factâ arrestatione, quâ prospici potest creditoribus, reus in eo loco conveniri amplius nequit, atque sic mora præsens habet periculum, non habenda ratio seriarum. Nec inspicitur, an debitor solvendo sit.

nec

neque, vel an alibi magnas possideat facultates, quia plerumque arresta non idcirco petuntur, quod debitor adeo obnoxius vel suspectus de fuga, sed quod ex statuto, privilegio vel pacto forum sortitur ubi ipse vel bona ejus reperiuntur, & ut solvat aut respondeat in isto loco arresto detinendus. Sicut ergo ubi timetur de recessu debitoris, detineri potest in corpore & bonis, etiam die ob honorem Dei feriato, donec solvat aut de iudicio fisci & iudicatum solvi caveat, *Bald. ad l. fin. c. de her. castrens. l. 1. ff. eod.* ita & cum metuitur evasura facilitas conveniendi forensem seu extraneum, constantibus moribus invaluit ubique, ut licet dives, ipse tamen potius durantibus feriis arrestetur quam iudicii commoditas creditori elabatur. Quanto minus si fugitivus vel suspectus de fuga sit, ferie non excludunt arrestandi iustitiam.

Tempus diei non facit discrimen arresti. Ubi periculum adest, ne debitor abeat, etiam post occasum solis & quacunque noctis parte recte petitur & decernitur, *Peck. dict. cap. num. 2.*

Durantibus nundinis personam aut res alicujus arrestari non potest, communis est Dd. conclusio. *Angel. in l. bares 19. §. si quis tutelam num. 9. ff. de iudic. Peck. dict. tractat. cap. 10. num. 2. Clev. de Process. executiv. lib. 2. cap. 3. num. 164.* Juri communi congrua per text. in *l. fin. c. de nund. Novell. 52. cap. 1.* & Jure Saxonico in expressam constitutionem redacta. *constit. Novell. 20. in fin. part. 1.* Cujus ea ratio est, quod nundinarum securitas ad utilitatem reipubl. pertineat cum illis vigentibus civitas impingueretur, uti ait *gloss. ad dict. l. un. cum ut quæ ad vitam communem necessaria sunt, liberius & majore cum copia importentur, non impedita tam eumentium quam vendentium libertate, sine quâ rarius frequentarentur solennia ista commercia.* Quocirca moris est sub initii & fine nundinarum, per campanam publicam incipientis & desinentis securitatis signum dare, quod vocatur *das Gleyte aufsteuten*. Ne id frustraneum sit & nudus sonus, oportet illis, qui confidunt voci publicæ securitatem servare. Sub quâ comprehenduntur personæ & merces, quæ ad vendendum afferuntur aut comparantur in nundinis, quæ ex principio privilegiato sunt & manent privilegiatæ, licet per annum aut biennium post nundinas in loco maneant, ut scribit *Richard. ad dict. l. un. num. 4.* de quo tamen dubito, & hoc in praxi alter observatum reperi. Pertinet verò ista saltem ad ordinarias & so-

- lennes nundinas, quæ ex immemoriali consuetudine vel superioris privilegio, sine quo institui aut institutæ transferri non possunt, *vid. Mol-
ler. lib. 1. semestr. cap. 12. num. 1. & fin. sicut. ad dict. l. un. n. 1. or-
dinantur.* Ceteri mercatores, qui frequentius & vel hebdomodatim in-
stituuntur, *de Wochen-Märkte/* non egent indultu superioris nec gau-
dent istâ securitate, quantum ad arresta attinet, *sicut. ad rubr. dict.
tit. num. 3. Peck. dict. l. un. 3. & 5.* ubi ait, eas nundinas, quas popu-
lus Principem aliquem superiorem agnoscens, nullo Principis sui pri-
vilegio nullâve temporis immemorialis præscriptione sibi usurpat pri-
vilegium istud non habere. Deinde non gaudent hac immunitate de-
linquentes, qui prætextu nundinarum ob maleficia non sunt securi ab
arrestis & carcere, *Novell. 18. cap. 5. sicut. ad dict. l. un. num. 5. in-
fin.* multò minùs qui ob delictum damnati, relegati vel proscripti sunt,
donec restituantur, aut rescindatur condemnatio, prætextu nundina-
rum in urbe securitatem sperare debent, cum istiusmodi homines ho-
stes civitatis existimentur, magisq; malignandi & pacem publicam tur-
bandi animo accedere, quàm nundinarum causâ. *Peck. dict. c. 10. n. 7.
Bald. in l. 1. c. de Nundin.* Nec aliud observatum scio, sæpè in carceres
redactis, quos nundinarum fiducia præteritæ culpæ & pœnæ imme-
mores fecerat. Excipiuntur etiam ab istâ securitate contractus ipso
tempore nundiarum initi. Ex quibus contrahentes convenire & arre-
stare licet, *per text. express. in l. bares absens. §. proinde. ff. de judic.
Bald. & salyc. in dict. l. un. Carvalcam. part. 1. decis. 2. n. 1. seq.* præser-
tim ut solvant precium rerum à se emptarum, quarum venditio & re-
ceptio eo animo & conditione facta intelligitur, ut acceptis mercibus
illud statim solvatur; unde & ipsæ merces tanquam fide de precio non
habita vindicari possent. *vid. Peck. dict. cap. 10. num. 6.* Jurata etiam
debita secludit ab istâ securitate *Peck. dict. cap. 10. num. 2.* utpote quæ
nec sub salvo conductu, *Afflic. decis. 5.* nec aliâ generali constitutione,
quæ juri denegat, continentur. *Roman. singul. 7. Panorm. in cap. 1. X. de
bis, quæ fiunt à cap.* Frustrâ eam obrendunt fugitivi aut de fugâ suspe-
cti, qui in persona vel bonis, ob quævis debita sive in nundinis sive alio
tempore contracta omni privilegio carent & meritò arrestantur. *Peck.
dict. cap. 10. num. 5. Græven. lib. 2. Practic. conclus. 44. consil. 1. num. 25.
Berlich. Pract. conclus. 77. num. 10. part. 1.* Periculum, quod in morâ
est,

est, non permittit differre juris executionem contra eos, qui beneficium nundinarum, in quibus bona fides omnia regere debet, indigni sunt. Quibus similes illi, qui latitant aliis temporibus, nec sui conveniendi potestatem faciunt, aut ad loca remota discedunt. Non excedere id nundinarum privilegium, tempus & locum earundem existimo, ut his finitis statim arresta decerni queant, nec ab iis loca, per quæ itur & reditur, tuta sint. Plurimi in contrarium sentiunt, sed prior sententia verior magisque rationi congrua est, *Moller. in semestr. dict. cap. 12. n. 6.* cum causa privilegii cum loco & tempore expiret, imò & cessatio per sonitum campanæ idcirco significari soleat. Rectè etiam inspectà tum ratione tum voce, *dict. l. un. c. de Nundin.* prædicta limitanda sunt in iis, qui nundinarum causâ non accedunt, nec negotiationibus utuntur; Etsi nemo futurus sit, qui id non prætenderit, præsumptione gaudens, quæ probationem contrariam factura sit difficilem, tamen iis, qui probantur mercatus causâ non adesse, sicut non stipulatur privilegii ratio, sic nec proderis ipsum privilegium, *Carpzov. in Jurisprud. Romano-saxon. part. 1. c. 30. definit. 24.* ubi speciale rescriptum Electoris Saxoniz ad Senatam Lipsiensem refert, excipiens à securitate nundinarum Lipsiensium non mercantes. Licet verò privilegium nundinale publicæ utilitatis gratiâ sit indultum, quatenus tamen privatum respicit & attingit favorem, isti validè renunciatur. *Moller. dict. cap. 12. num. 2. Peck. dict. tractat. cap. 12. num. 1.* Idèò, ubi ex pacto debitor obligatus erat ad paratam executionem & nundinis renunciatum, iis non obstantibus rectè proceditur ad arresta. Opus verò renunciatione speciali, Generalis, etsi vel omnibus renunciaret feriis, non tamen excludit exceptionem nundinarum.

Tempore litis alibi pendentis cessant itidem arresta, prout videbimus inferius.

CAPUT XII.

De loco, ubi Arresta sunt petenda & irroganda.

SUMMARIA.

1. **S**eptimum iusti arresti requisitum in loco, ubi decernitur, attendi debet.
2. **Ubi**

2. *Ubi debitor non tenetur solvere, ibidem nec arrestari potest.*
3. *In loco contractus vel quasi reus sortitur forum.*
4. *Quatenus forum competens sit, ratione contractus declaratur.*
5. *Locus contractus censetur in dubio locus solutionis & quare.*
6. *Contrahentes in dubio intelliguntur se conformasse juri loci, ubi contrahunt.*
7. *Advena utut statim discessuri non gaudent immunitate ab arrestis.*
8. *Leges & consuetudines locales quatenus ligant advenas.*
9. *Contra peregrinos, quoties forum sortiuntur, iudex sue jurisdictionis legibus procedit.*
10. *Lex & consuetudo quomodo dicatur subintrare contractum.*
11. *Locus solutionis efficit fori competentiam.*
12. *Quando locus solutionis censeatur determinatus.*
13. *Recensentur plures formulae, ex quibus de loco solutionis constat.*
14. *Pactum ingrediendi bona debitoris, facit forum competens, ubicunque ea reperiuntur.*
15. *Sine pacto aut aliâ fori competentia regulariter non est licita arrestatio.*
16. *Ubi forum nullâ ratione competens est, ibi peregrinus non ligatur loci statuto.*
17. *Executio parata alibi non est intentanda, quàm ubi debitor sortitur forum.*
18. *Qua circa arrestum differentia est inter locum contractus & solutionis.*
19. *Fugitivus, item suspectus de fugâ & vagabundus, latitans, ubique locorum arrestantur.*
20. *Ubi periculum est in morâ, locus arresti ubique iustus est.*
21. *Privilegio vel præscriptâ consuetudine id rectè inducitur, ut nullâ habitâ fori competentis ratione arresta imponantur.*
22. *Ob denegatam in foro domicilii iustitiam arrestatio fit licita.*

23. In loco, ad quem quis transigendi causâ vel aliter à creditore vocatus accedit, arrestari non debet ad instantiam vocantis, secus quo ad alios.
24. Ubi in urbe iusta sunt arresta, in ejus confinibus eadem erunt licita.

Sextimum iusti arresti requisitum in loco ejus petendi & imponendi consistit. De quo hanc usurpo Maximam, in naturali ratione fundatam: Quo in loco aliquis solvere aut prestare non teneretur debitum, ibidem nec arresta adversus eum sunt licita. Quia enim satisfactionis gratiâ ista intentantur, hoc fundamenti loco præsupponendum est, quod in eodem loco satisfieri debeat. Id ergo præcipue attendendum est, an, ubi petitur arrestum, ibidem quoque locus sit iustus actionis & solutionis. Quod inde colligi soles, si contractus vel quasi, in eo loco initus sit, si & ibi reus forum sortitur, *l. heres 19. in pr. C. §. 1. ff. de judic. l. 1. ff. de eo, quod cert. loc. l. vinum 22 ff. si cert. pet.* ut licet, si in loco contractus inventus non fuerit, ibidem conveniri non queat, nec si per subsidium citatus comparere teneatur, sed propositâ in competentis iudicii exceptione absolvendus sit. *Zanger de Except. part. 2. cap. 1. numero 133.* Si tamen vel is vel res ejus ibidem reperiat, arresto uti licet, ut aut respondeat aut adjudicationem in contumaciam patiatur. Locus contractus si nihil aliud expresse conventum reperitur, ut locus solutionis placuisse censetur, tum ex conventionem tacitâ in ipso negotio, ut ubi contractum ibi solvatur; tum ex naturâ & lege obligationis, ut idem locus sit dissolvendæ, qui fuit contrahendæ. *l. 35. ff. de Reg. Jur. Donell lib. 17. Commentar cap. 14.* tum quod contrahentes in dubio intelliguntur se conformasse juri loci ubi contrahunt. *l. item quia l. tale pactum 40. §. fin. ff. de Pact. l. fin. ff. in quib. caus. pign. tac.* Excipiunt quidam Advenam, quod ille transiens eum locum, ubi contractus celebratur, vel sic veniens, ut confestim discessurus non possit conveniri in eodem jus habeat revocandi domum. *per dict. l. heres 19. §. proinde 2. ff. de judic. Zanger. dict. c. §. num. 127.* Sed quoties ex statuto, consuetudine aut privilegio arrestum habet vim prorogandæ jurisdictionis, ut qui debet in aliquo loco satisfactionem, eum ibi arrestare liceat, donec præbet aut de iudicio sisti coarctetur, advenæ & mox disces-

- discessuri non gaudent ista exceptione, quia jus arrestandi derogat illorum juri & accedit isti fori competentie, quæ ex contractu oritur. *Carpzov. in Jurisprud. Romano-Saxon. part. 1. constit. 30. def. 8.* Uti & quotidiana praxis observat. Etsi enim leges vel consuetudines locales extra limites territorii statuendum non ligant, *l. fin. ff. de Jurisd. d. c.* nec astringunt non subditos, *Alberic. de Rosat in l. cunctos populos. n. 26. c. de sum. trinit.* id tamen non aliter accipiendum, quàm quovis que hi extra illud morantur, degunt & agunt, nec in loco statuti quid contrahunt vel committunt. Sed in iis, quæ in illo territorio peragunt, ubi lex vel mos obtinet, etsi non subditi sunt, ligantur tamen, & iudex ex suo, quod domi habet, jure contra illos rectè judicat, nec excedit jurisdictionis limites. *Coler. de Process. execut. part. 1. cap. 3. numero 188.*
- 9 Contrahentes enim forenses licet, contractum suum legibus illius loci, ubi initus est, subicere, & secundum eas judicari velle præsumuntur, quamvis litera instrumenti nihil de eo habeat. *l. si fundus 6. c. de evict. l. 1. in pr. ff. de usur. l. 1. c. de Emancip. l. 1. §. fin. ff. de ventr. instic.*
- 10 Unde ea loquendi formula enata est, quòd lex & consuetudo loci subintret quasi contractum & simul conventa videatur, *l. si prius 17 §. 1. ff. de Aq. plur. arcend. l. quod si nolit. 31. §. qui assidua 30 ff. de Edil. Edict.* non tantùm in bonæ fidei, sed etiam in stricti juris judiciis. *l. semper. 34. ibi Dec. & Cagnol ff. de Reg. Jur.* Etsi verò contractus alibi sit initus, alibi verò solutio vel præstatio faciendâ per pactum destinatur, non minùs quàm ob contractum forum sit competens, *l. contraxisse 21. ff. de obligat. & action. l. 3 §. 1. ff. de reb. autor. jud. possid.* ideoq; ibi arrestare licet non attento, ubi locorum contractus initus est. *Rebuff. ad Constit. Reg. part. 1. de Liter. oblig. artic. 6. gloss. 3. num. 42.* Locus verò solutionis alicubi destinatus intelligitur non tantùm, si expressim is nominatus, sed si ex mente contrahentium ita colligi queat aut debeat, veluti si plura loca sint expressa, ex quibus uti ante petitionem debitoris est electio, ubi solvat, sic creditoris, ubi petat. *l. 2. §. scævola 3. ff. de eo, quod cert. loc. Franc. Ripa in cap. 1. numero 69. ff. de Judic.* Si certis expressis addatur generalis clausula; *Et ubique locorum.* mor es dem Creditori gelegen siele oder belieben möchte / tunc conventio ubique locum habet, etiam in oris distantioribus atque sita sunt loca nominata, uti verior habet *Dd. opinio Immol. & Dec. in cap. 1. ext. de Judic. ibi Ripa*

Ripa num. 71. Multò magis si promissor ubique locorum solvere semet obligaverit, in placito creditoris est, ubi agere velit, non tantùm iis in locis, ubi aliàs reus sortitur forum, uti aliqui absurdum, sed ubicunque voluntas & occasio creditori obvenit. *vid. Zanger. dict. tract. part. 2. cap. 1. num. 156.* Ex quoque formulæ in obligationum literis usitatæ, Er der Schuldener wolle ihm die Gelder in seine Verhaufung oder Verwahrung bringen; Item: Der Gläubiger solle Macht haben durch arresta ihn oder seine Güter eigenes Gefallens anhalten zu lassen/ locum solutionis & consequenter conventionis determinant. Pactum itidem ingrediendi aut capiendi bona debitoris, eam continere videtur mentem, ut hoc non solvente, illa ubique reperta apprehendere liceat, & sic in loco bonorum locus solutionis existat. Idcirco in cujus territorio bona sunt, ejus fundata erit jurisdictio. *Salyc. in l. properandum. §. fin. autem reus. num. 4. Cod. de judic. Hartm. Pistor. illustr. quæst. 15. num. 30. part. 1. Coler. de Processu executiv. part. 2. cap. 3. num. 13.* Si quoque tenor literarum contineat renunciationem fori aut eam obligationem, quod reus in quocunque foro conventus executionem pati velit, accedente arrestandi licentiâ, fundata est judicis jurisdictio in omni loco, ubi ipse vel res ejus deprehenduntur. Ceterùm si nec expressè nec tacite conventum sit, ut in aliquo loco reus conveniri possit aut solvere teneatur, nec istius forum ex aliquâ causâ competens existat, etsi ex statuto, privilegio vel consuetudine ea prærogativa istius loci sit, quod debitores itidem arrestari & judicari queant atque solvere teneantur, nullâ ratione in personis aut bonis derineri debet, qui solutionem illic non debet: Tum quia indebitè conveniretur, qui ibidem non teneretur præstare condemnatus; tum quia persona debitoris non subdita judicii loci nullâ præsuppositâ fori competentia ex vi contractus vel destinatæ solutionis nunquam ligatur statutis illius territorii, nec exinde conveniri debet, *Coler. dict. cap. 3. num. 22.* tum quia executio parata in tali loco contra personam debitoris intentanda est, ubi ipse de jure sortitur forum. *Barthol. in l. creditores §. num. 22. ib. Salycet. num. 15. seq. c. de pignorib. Neguzant. de pignorib. part. 4. principal. num. 20.* Atque sic in terminis scribit *Coler. dict. tract. part. 2. cap. 1. num. 64.* judicem loci, ubi contractum est, extra casum pacti executivi, etiam stante ibi statuto, quod debitor post moram detineatur in rebus vel

personā, non habere jus distringendi personam vel res obligari, quando aliē fuit collata solutio. Potest verò arrestari debitor in loco solutionis, etsi locus contractus idem non sit, haud tamen in loco contractus arrestatio permittitur, nisi idem locus solutionis esse debeat. *Carpzov. in Jurisprud. Romano Saxon. part. 1. constit. 30. definit. 5.* Quod Jure Saxonico speciatim provisum reperitur. *Constitut. Novell. August. 30. verb.* So an etnen gewissen Ort contraheret &c. *part. 1.* Hac tamen non observatur, si reus fugitivus sit aut dilapidator, vagabundus vel aliās de fugā aut dilapidatione suspectus, qui ubicunque forum habet, etsi alibi solutionem destinaverit. *Coler. dict. tract. part. 2. cap. 3. num. 35. Godefr. Consil. 106. num. 2. Guid. Pap. decif. 246. num. 5.* Perinde si malitiosē se occultet vel latitet animo defraudandi creditorem aut frustrandę actionis causā, per ea, quę notat *Zanger. dict. tract. de Except. part. 2. cap. 1. num. 179.* Ita si reus in mora solvendi sit & in eadem periculum, non attentis quę suprā scripta sunt, arresto locus relinquatur à *Peck. dict. tract. cap. 11. num. 2. in fin.* Nec tamen etiam illud diffiteor privilegio aut præscripta consuetudine id induci posse, ut bona Forensium, etiamsi nullā ratione contractus vel domicilii vel destinatę solutionis vel consuetudine fori competentis ratio sit, sistere liceat. *vid. Coler. dict. tract. part. 1. cap. 3. num. 192. Rebuff. ad ord. Gall. tom. 1. tit. de Lit. oblig. artic. 6. gloss. 3. num. 40.* Quod si ad debitam requisitionem creditor in loco, ubi domicilium habet, jus & justiciam consequi nequiverit, ejusq; rei sufficientis exhibeantur documenta, alio etiam in loco, etsi ibi nec contractum, nec solutio destinata sit, ob denegatam justiciam locus est arrestis pro jure consequendo. *Carpzov. in dict. tract. constit. 30. def. 14.*

Locus, ad quem debitor à creditore transigendi causā vocatus est, aut ipse voluntate advenit, quamdiu pendet amicitialis compositio vel de ea collocutio, ab arrestis tutus esse debet, cum tacite salvus conductus isti ad veniendum datus esse videatur, sitq; praxi quotidiana obtinet, quod, quando partes sunt in tractatu pacis, omnis ratio procedendi & litis proseguendę cessat. *Peck. de Jur. sistend. cap. 7. num. 1. O. 4.* Similis iste tractatus compromissis, quibus pendentibus altera pars adversus alteram nihil attentare debet, etsi ista ad effectum non deveniant. *idem quamdiu. X. de Appellat.* Excipiente igitur arrestato, se venisse sub

sub istâ in arrestantem fiduciâ, ut cum ipso transigeret, nec nisi illo vocante aut tractatûm approbante venturum fuisse, dimitti debet à iudice, postquam probaverit, se à creditore vocatum aut illectum. Aliis tamen, quorum scitu non accessit, arrestandi in eo loco ob debita, inde non est præclusa facultas. Etsi verò pacto, statuto vel privilegio potestas arrestandi in aliquâ civitate concessa sit, eam putò justè usurpari in quolibet loco ad civitatem jurisdictionemq; ejus pertinente, ut ibi debitor vel res ejus arrestentur, *uti etiam sensit Rebuff. ad Consue. Reg. tit. de Liter. obligat. artic. 6 glôss. 3. num. 46.* ubi dicit, se vidisse arrestum concedi etiam extra civitatem, dummodo res sint in jurisdictione civitatis.

CAPUT XIII.

De impositione arresti ejusq; modo.

SUMMARIA.

1. **A**rresti iusti requisita prius investigare debet Judex, antequam arrestum imponat.
2. Arresti impositio non prærequirit citationem arrestandi.
3. Cum periculum est in morâ, citatio non requiritur.
4. Executionem nisi præviâ citatione fieri non posse, in arrestis limitatur. num. 5.
6. Dupliciter fit impositio arresti.
7. Fori usus in hoc præprimis observari debet.
8. Penes Judicem est, per quem arrestum imponat.
9. Nemo sine Judice arrestum imponere debet, imponentis potestas.
10. Impositiones non requirunt sessionem Judicis pro tribunali.
11. Nihil refert, ubi arrestum imponatur.
12. Aliquando quæ contentiose jurisdictionis sunt, alibi quàm in loco judicii expediuntur.
13. Arresta, quæ notoriè carent uno alterove requisito, decernenda non sunt.

14. *In dubio quomodo decernenda sunt arresta.*
15. *Arresta decernuntur periculo partis.*
16. *Judicii indemnitati cavendum est à petentibus arresta dubia.*
17. *Cautio juratoria non sufficit.*
18. *Judicis officium est securitate judicii prospicere.*
19. *Ubi patet arresti iustitia, petens non onerandus est cautionibus.*
20. *Cautela pro Judice, antequam ad impositionem decurrat,*
21. *Observanda à Judice in moderamine.*
22. *Ultra non est iusta, quàm necessaria. v. n. 23,*
24. *Pœna impositioni additur, quæ arbitraria est.*

Examinatis iis, de quibus hætenùs actum fuit, requisitis, dispecto præprimis, an in eà, ubi arrestum petitur, specie occurrant, si judex repererit nihil ex iis arresto obstare, ad impositionem decernendum progreditur. Non opus verò est prævià ullà citatione debitoris, sed ab arrestatione statim incipitur, ne ille fugam adornet aut laticula quærat, *Castrens. Consil. ult. lib. 1. Peck. de Jur. sistend. cap. 4. lib 5. sive debitor de fugà suspectus sit nec ne, Coler. de Process. executiv. part. 8. cap. 7. num. 15. sive persona, sive res arrestetur. Alexand. de Immol. Consil. 145. num. 1. vol. 5. Caroc. de sequestr. part. 2. quest. 3. in fin. ubi scribit, indifferenter ista sine citatione imponi.* Nec enim citatio partis requiri solet, ubi periculum est in morà. *Jason ad §. 1. num. 89 Inst. de Actio. Alexand. in l. fidejussor. §. satisdatum. ff. qui satisd. cog.* Et licet aliàs executio nulla fiat, nisi citatà parte ad videndum fieri executionem cum assignatione competentis termini, *l. de unoquoque 47. ibi Hyppol. de Marfil. num. 107. ff. de re judic. Schurff. Consil. 19. num. 4. cent. 2.* in arresto tamen haud visum necessarium, præcedere aliquam citationem seu admonitionem, tum quia arrestum non tribuit ius aliquod, sicut executio, sed saltem constituit futuri judicii securitatem; tum quia præjudicium, quod arrestato inferitur, non est durabile, sed in primo termino, ubi de iustitia arresti disputatur, reparari potest. *vide plur. ap. Coler. dict. cap. 1. n. 16. seqq.* Impositio fieri solet primùm scripto, dum sine clausula inhibetur discessus personæ vel translatio rerum ex loco, usque dum causa, ob quam fit arrestatio, finita fuerit vel

compo-

compositione amicabile aut decisione judiciali: Secundo modo per apparitorem, de cujus imponendo officio cap. sequenti dicitur. Jus Lubecense *artic. 1. tit. 12. lib. 5.* statuit arrestationem bonorum faciendam per carnificem, durch den Gronen / presentibus duobus civibus aliisve testibus. Moribus & constitutionibus aliis in locis aliud introductum est. Quod in singulis praxis fori recepit, pro lege merito observatur. Putatur tamen permissum judici proprio apparitore omisso alteri privato, qui apparitor non sit, potestatem arrestandi dare, imò etiam ipsi creditori. *Peck. dict. tractat. cap. 20. num. 1. & 2.* In quo Judex merito cautus est, cum id multis periculis obnoxium sit.

Nemo verò sine jussu Judicis atque apparitore publico arrestum indicere audeo. Ea enim maxima injuria in Judicem & adversarium, digna visa, ut propria autoritate arrestans personas vel res debitoris sui, debitum perdat, pœnisq; corporalibus subjiciatur. *arg. l. si quis in tantam 8. C. und vi. l. exstat ff. quod met. caus. Peck. dict. tractat. de Jur. sistend cap. 19. num. 2.* In quo mitior fuit Lubecensis Jurisprudencia, arrestum nullum dicens & juxta arbitrio Judicis pœnam in privatum arrestatorem relinquens. *dict. tit. 12. artic. 4.*

Sicut autem arresta de plano petuntur à creditoribus, ita & decernuntur, ideoq; impositiones arrestorum sessionem Judicis aut cognitionem pro tribunali non desiderant, *Carpzov. in Jurisprud. Forens. Romano Saxon part. 1 Constit. 29. defin. 15. Moller. lib. 3. semestr. cap. 44.* Sufficit ad instantiam creditorum impositionem demandari, nec ex loco quoddam discrimen est, an domi suæ, an in viâ publicâ, an alibi arrestum petitur & decretum. Etsi enim contentiosæ Jurisdictionis sit arrestum, & causæ cognitionem desideret, cujusmodi actus in loco judicii expediri solent, hic tamen aliud recipi oportuit, quia quæ de plano petuntur, etsi talis sint qualitatis, *l. 1. §. dies. ib. gloss. ff. quis ord. in bonor. posses.* sicut & cum periculum in morâ, cujus gratiâ à communibus regulis receditur *l. de pupillo 5. §. si quis ib. Jafon. ff. de Nov. op. numc.* ab isto canone excipiuntur. Solum in eo circumspectus solet esse Judex, an in eo statu causa sit, ut per superius recensita requisita arrestum decerni queat. Ubi in iis unum alterumve deficere reperit, denegare debet, cum præciat illud iniquè imponi. Nec ut supra scriptum, injusta arresta sub cautione decernenda sunt. Contingit verò sæpius statim

- statim & tam citò, quàm arrestis opus, non aded manifestè constare omnia illa, quæ prærequiruntur, sed aliquid dubietatis suboriri; Non ided statim recusabit arrestationem in præjudicium petitoris, sed huic simulq; & sibi iudicioq; nec non ei, contra quem petitur, cavebit, hoc medio ut imponat, & vicissim de indemnitate prospiciat. Id quod duobus præcipuè modis fieri solet. Primo cum decernuntur arresta partis periculo additâ clausulâ in quantum de jure, so viel von Nachtheil wegen geschehen kan/ *Coler. de Process. executiv. part. 2. cap. 3. num. 3.* Cujus is est effectus quod determinatio pendet ex futuro eventu ac declaratur per sententiam quâ confirmabitur vel infirmabitur arrestum. *Vital de Camban. in tract. clausul. cap. 5. & 6. Bald. Consil. 248. num. 3. vol. 1.* interim relicto disputationibus partium, justè an injustè decretam fuerit. Secundo, quod ante omnia recipitur à creditoribus aliisq; arresta petentibus satisfactio de servando indemne tribunal judicis & refundendo expensas, cum omni interesse, in casu succumbentiz. *l. 1. ff. de Magistr. conven. Bald. in l. fin. num. 13. C. de Pan. Jud. qui mal. Coler. dict. tractat. par. 1. c. 2. num. 116.* Quocirca ubi sciet creditorem ita non esse possessionatum, ut indemnitas ex nudâ stipulatione speranda sit, fidejussoribus caveri exiget, aut arrestum negabit. Juratoria cautio non sufficit, ex quâ damna illata non reparantur. Nec succensendum iudici, cum etiam superfluum exigendo securius facit, quam omittendo necessarium. *c. non estimemus 12. quest. 2.* cum ad ejus officium omninò pertineat in eo elaborare, ut assecuretur iudicium. *c. ecclesia X. ut. lit. pendens. Alexand. stiatig. in Practic. judic. cap. 11. num. 17.* Cæterum ubi evidentissimum est, arresta justè decerni nec quidquam iis obflare, cum ipso jure securum sit iudicium, non onerandi sunt creditores cautionum molestiis, aut præfatæ clausulæ præjudicio, *pro ut Coler. dict. part. 2. cap. 3. num. 38. & 41. de iis sentit, quæ vigere statuti aut longa consuetudinis, vel ex pacto executivi imponuntur.* Super vacuis cautionibus nemo onerandus *l. hac stipulatio. §. 1. ff. ut. Legat. vel fideicom. caus.* Est vero ejus æstimatio iudicis arbitrio relinquenda, ad quod pertinet circumspicere, quando cautiones præstari justum est. *Menoch. de A. I. Q. lib. 2. cas. 141.*
- Aliud temperamentum interdubia adhiberem reperi, prudens & imitandum, ut petitio arresti ante ejus impositionem, quâ personas vel res

res arrestandas ei, contra quem petitur, communicetur, quo quamprimum super ista respondeat, & si quæis justis rationibus deprecari queat, citò & quidem brevi præfixo termino opponat, interim tamen mandetur, ut usque dum responderit, cuncta in eo, in quo sunt statu, relinquat, & ulteriorem dispositionem expectet. Hoc quidem instar arresti habet, mitius tamen est & velut in suspensio rem relinquit, tantum libertatem eousque demit. Si ea proferuntur, quæ petitoris prætensum jus diluunt, denegatur arrestum, & petitor juri ordinario relinquitur. Cum autem non sufficiunt, tamen demum fit impositio. Quod si interea arrestandus personam vel rem spreto mandato subtraxerat, ob contumaciam vel contemptum petinde habetur, ac si arrestum jam impositum & violatum sit. Nec tunc, quod favori ipsius datum, in alterius odium & damnum vergere debet, sed fieri, quod & ad indemnem servandum eum, qui arrestum petiit, & ad coercendum alterum, qui mandatum sprexit, pertinet.

Quod æquissimum J. C. in l. 25. ff. de pignor. act. monitum est de
 sic mediè rem curando, ut nec delicatus debitor nec onerosus creditor
 audiat, hoc etiam circa arrestorum impositionem observandum.
 Prospiciendum est petentibus, sed ita, ut non ultra quàm necesse est, onerentur, contra quos petitur. In quo Judex rectè versabitur, si finem arresti, quod petitur, inspexerit, & impositionem intra terminos necessitatis continperit. Quando enim non sunt justa, nisi cum necessaria imponentur injustè cum necessitas abest. Quocircà non indefinite locus relinquendus petentium precibus, sed prout cautione & ope ex arresto indigent. Exemplum hoc tibi sume, creditor pro consequendo credito arrestum implorat, & quidem cum sibi centum saltem deberentur, super rebus vel nomine mille aut quingentorum. Immoderatæ petitioni non indulgendum, sed eousque eo quod seu cujus causâ arrestum petit, sit securus, aut si decretum etiam non audito arrestante, quia ejus non interest de cætero relaxandum. Quocircà ne cum aliqujus injuriâ peccetur, circa impositionem considerandum à Judice, tum cujus gratiâ arrestum petitur, tum quod arrestandum, ne proportionem, quæ inter hæc est, nimium excedat. Ultra finem non est æqua impositio, vide Decis. nostr. 301. part. 6. Nec modò in pecuniis debitis & arrestandis ea servanda circa impositionem æqualitas, sed in cæteris

22 quoque circumstantiis. Referendum est inter præcipua modi impositionis, ut non fiat ultra quàm est necessaria. Sicut necessitas est, quæ legitimat, ita etiam parit arrestis limites. Inde fit, ut cum pro debito imponuntur, non aliter quàm pro modo debiti decernenda sint. *Rand. in tr. de Commissar. part. 3. lib. 5. cap. 6. num. 3.* Et licet hoc in decretis arrestatoriis non exprimitur, tacite tamen continetur, nec ultra illum modum arresta obligant. Ex quibus nihil violatur, si penes quem arrestatio fit, secum tantum atque pro ea satis retinet, cætera debitori vel alii non attento arresto solvit seu reddit. Potest etiam Judex non audito arrestum impetrante relaxationem usque ad quantitatem, pro quâ imponitur, licentiam ejus facere, etsi ex arresto his jus quæsierit, dum hoc se ultra securitatem suam non extendit; uti sæpius post arrestum simpliciter & indefinitè impositum factum fuisse scio; Ratio in promptu, quod ultra non interest arrestantis.

24 Pœna verò impositioni addi solet, quam *Peck. in dict. tractat. cap. 29. num. 3.* arbitrariam esse ait, & plerumque sub certâ multâ juberi, ne arrestatus à loco isto recedat. Hodie sic serè observatur, quod debitores arrestantur sub pœnâ banni vel proscriptionis, *ben der Land-oder Stadt-Gefte/* eorum bona verò apud illos, qui sub custodia detinent, sub periculo detinentium, *daß wo sie dieselbe würden abfolgen lassen / sie solte gehalten seyn / und dieselbe wieder schaffen oder gedoppelt zahlen.* Haud tamen nego Judicem pecuniariam quoque pœnam, si ita ipsi visum fuerit, addere posse. Quomodo verò violatores arrestorum puniuntur, infra cap. 24. pluribus explicabitur.

CAPUT XIV.

De Ministris Judicis arrestorum decreta exequentibus, eorumq; Officio & Salario.

SUMMARIA.

1. Arresti impositio non facile committenda ipsi creditori, cujus rationes referuntur.
2. Qualis minister imponendo arresto adhibendus sit, ex usu fori dependet.

3. Juris

3. *Juris Lubecensis constitutio & ejusdem per non usum immutatio.*
4. *Sine speciali mandato minister arrestum imponere non debet.*
5. *Traditur exceptio.*
6. *Pœna sine mandato Judicis arresta imponentium.*
7. *Qui se apparitorem simulat, ut alios decipiat, falsi tenetur.*
8. *Apparitor, cui demandatur arresti impositio, id alteri delegare non debet.*
9. *Minister exequendo arrestum illicitè, ad quid tenetur.*
10. *Petulantia ministrorum severè coercenda.*
11. *In territorio Judicis per ministrum facienda est arresti executio.*
12. *Extra territorium arrestatio quando licita.*
13. *In fuga comprehensi non debent abduci, sed sisti coram Judice.*
14. *Pœnz alienas jurisdictiones violantium.* (loci.)
15. *Arrestum modeste exequi oportet & quomodo.*
16. *Modus arrestandi varius.*
17. *Quid significet die Faust von jemand nehmen.*
18. *Per solum ministrum fieri potest arrestatio.*
19. *Relationi nunci creditur, & quæ ad id requiruntur.*
20. *Juramento an & quatenus diluatur fides nuncii.*
21. *Pœna ministri falsò referentis.*
22. *Pœna non ritè vel planè non arrestantis.*
23. *Salarium ministro solvendum ab eo, qui arrestum impetrat, quando & quantum.*

Arestum postquam decretum intimari solet personæ arrestandæ, et vel ei, apud quem res, quæ arrestari debent, inveniuntur. Nec enim obligat nisi scientem. Scientia oritur ex intimatione seu denunciatione, quæ duplici modo fit, vel scripto Judicis, vel ore ministri. Judices per literas seu mandata scripta arrestum notificare frequens est, eademq; vi illud fit, ac cum ministerio apparitorum imponitur. Illis an hoc uti velit, arbitrarium est, faciuntq; in eâ re pro lubitu, ut videtur magis commodum.

Quando sine scripto fit impositio, utantur operâ ministri, qui judicialibus

cialibus negotiis inservit. Etsi verò in sua causà per decretum Judicis quis rectè constituitur executor. *Alexand. in l. juste. num. 27. ff. de acquir. poss. Angel. in l. cum qui 4. §. si epistola. ff. de furt.* Id tamen minime suscipere debet creditor, ut etiam ex permisso Judicis arrestum imponat. Sed requirat publicum ministrum, tum quia privata requisitio pro arresto, etiam si ex jussu Judicis facta non caret periculo aut scandalo, patetq; occasione majorum tumultuum; tum creditori non facile aut levis adhibetur fides de mandato Judicis aut arrestatione, quæ tamen apud acta in prosecutione testificanda est, tum quia impositio per ministrum majoris auctoritatis & plenioris fidei: *Coler. de Process. Executiv. part. 1. cap. 7. num. 14. seq.* Cuiam apparitorum vel ministrorum publicorum ea arrestandi commissio incumbat, ex usu fori dependet. Certi enim sunt plerumque constituti, quibus utuntur Judices ad imponenda arresta. Jure Lubecensi per carnificem expeditur arrestatio præsentibus duobus civibus seu testibus, prout descriptum in artic. 1. tit. 12. l. 12. Stralsundi molestus ille modus olim usitatus erat, sed postea, quia probrosi viri præsentia honestis hominibus gravis & odiosa, inde recessum, & per præfectum inferiorem judicii, quem vocamus

4 den Intervolgt/ fit impositio. Haud verò quempiam minister in personam aut rebus arrestare debet sine speciali mandato & præceptione Judicis, *Bald. ad l. fin. C. de Exhib. & transmitt. reis. Peck. dict. tractat. de Jur. sistend. c. 19. num. 3. & seq. ubi pulchram vide annotatam rationem*, nisi forte periculum sit in morâ, dum notoriè constat, debitorem esse fugitivum vel de fugâ suspectum, quo casu arrestationes licitorum non prævio Judicis mandato excusantur, cum ipse creditor eo casu apprehendere & detinere queat obzatum. *vid scripta supr. c. 5.* Aliàs verò nec cum ipso minister judicii, utut aliàs arrestandi munere fungens arresta legitime imponit. Si quis eò audaciz progressus fuerit, ut mandatum arrestandi se habere jactaret, sed falsò, dummodò per mendacium aliquid à debitore extorqueat, aut terrore ad quædam facienda vel omittenda adigat, is procul dubio concussionis reus est, l. 1. ff. de Concess. eoq; nomine non solum ad quadrupli restitutionem obligatus, sed ex arbitrio Judicis carcere, remotione ab officio, imò etiam relegatione pro qualitate delicti coercendus, *Barthol. ad l. 1. C. de Nunciis. injuriarumq; parti læsæ tenetur*, prout in simili de officiali po-

nam

nam minante, cum de delicto non constaret, tradit. *Paris. de Ruteo in tract. de syndicat. c. 7. num. 7.* Ita si quis, cum plabe apparitor non esset, se talem simulat, & pro aliquo lucello arrestandi potestatem sibi arroget, sicut falsi reus est, pro admissi qualitate ex L. Cornelia de falsis gravissime castigandus. *l. qui nomine Prætoris. l. eos. §. fin. ff. ad L. Cornel. de fals. Bartol. ad l. Divus. c. de Custod. Reor.*

Deinde ipsemet apparitor, cui arrestatio demandatur, exequi debet iussa. Concedit *Peck. dict. tractat. cap. 19. num. 7.* eum alteri apparitori consocio suo ex causa id negotium committere & delegare posse. Ceterum quia, ubi eligitur personæ industria, substitutiones locum habere non debent, *l. cuius bonis. 9. ff. de Curat. furios.* non facile admittendum est, ut sit in arbitrio ministrorum, ipsimet an per alium speciatim demandata expediant. Si tamen necessitate inevitabili impediatur alter, alteri facta delegatio excusanda foret.

Porro exactissime observabit mandati limites, quos si arrestando egressus fuerit, injuriarum tenebitur Judici juxta & parti, *Peck. dict. tract. c. 22. n. 5.* Carcere vel dejectione ab officio ob exemplum dignus. Licentiosum plerumque est id genus hominum, quo Judices in exquendis mandatis utuntur, dum potestate sibi datâ non raro ad petulantiam & injuriam abutitur. Cui refrenandæ, eo severius Judices intendunt, quod ex ista sibi paratur invidia & odium, nihilque turbis atque seditionibus sequentiis causam præbet, quam non coercita ministrorum protervia.

Executio decreti arresti à ministro faciendâ in decerentis territorio vel districtu: Extra jurisdictionis limites inanis est impositio, & non injuriâ spernitur. *arg. l. fin. ff. de Jurisdic.* Si tamen eum minister arrestum trahere vellet debitori, is fugam adornaret non tantum in suo dicentis territorio, sed etiam extra illud in alieno impunè apprehenderet. *Peck. de Jur. sistend. c. 22. n. 2.* Istæ enim persecutiones reorum fugientium, das Nachellen und Haschen / in alienis ditionibus extendi permixtæ sunt, dum statim adversus transcurrentem ex una provincia in aliam fiant, non verò si ex aliquo intervallo. *arg. l. §. 5. 1. de Acquir. rer. dom. Bald. in l. quicunque 4. c. de serv. fugit.* Apprehensorum abductio non æquè licita, sed ibi, ubi capiuntur, da sie niedergeworfen werden / pari sistendi sunt, *l. 1. c. ubi quis decurial. vel cohort.*

Becht. de securit. concl. 206. nisi ex privilegio, consuetudine aut pactis inter vicina loca aliud obtineat, tunc abducere permissum, nec remissionibus locus est. Qui præter hæc in alieno territorio aliquid moluntur apparitores, caveant vincula & carcerem velut pœnas justas alienas jurisdictiones violantium. *arg. Auth. causa quæ. ib. Bald. in fin. c. de Episc. & Cleric. Roman. in l. nolle 4. num. 3. ff. de acquir. hered. Gail. 1. observ. 56. num. 7. qui Nuncio Camera Imperialis in Brabantia id aliquando contigisse refert.*

¹⁴ Ad executionis modestiam pertinet, ut non nisi urgente necessitate, veluti quod alias arrestandi copia habere nequit, aut in fugâ est, arrestatio fiat in loco sacro, aut publico, vel ubi ad infamiam ejus pertinet detineri, *de quo vid. plur. ap. Beck. dict. tractat. 6. per text.* Moderatè in hoc minister versari debet, ne juris executio fiat cum aliquâ injuriâ, quæ benè faciliq; evitari posset. Ob duritiem executionis verò non est nullum arrestum, tanquam ob ministri peccatum, sed ipsi decet obtemperare, illumq; injuriæ nomine accusare.

¹⁵ Modus vel forma arrestum intimandi dependet ex statutis & moribus cujusque loci. Inde si non certus necessarius, integrum Judici per literas an per nuncium arresto defungi velit. Utrumque licitum nec insuetum. Consuetudo multorum eum ritum recepit, ut minister, Judicis arrestando significet mandatum illius, ne è loco, cui inhærere jubetur, sine veniâ discedat, ejusq; stipulationem porrectione manus

¹⁶ exigat. Unde ea phrasis, *die Faust von jemand nehmen* / quod arrestum indigitat, quia minister exigendo & reus porrigendo manum illud perficit. Alicubi necesse est apparitorem adhibitis duobus testibus arrestum intimare, *sicut de Gallia observantia testatur Rebuff. ad Constitut. Reg. rom. 3. artic. 1. gloss. 2.* Alibi sufficit à solo ministro publico expediri arrestationem. Improbatur iste ritus per multos, quasi absurdum

¹⁷ & iniquum sit apparitori, qui regulariter pro vili personâ habetur, *l. prohibitum. l. defensionis. c. de Jur. Episc.* id committere, quod ad alienam injuriam faciliè redundare potest, & in eo referenti credere, unde alter in persona vel rebus non sine præjudicio & damno detineatur. Cæterum uti ipsemet probare non possem cuivis apparitori datam potestatem & fidem in his, quæ ad arresta pertinent, cum id nimis periculosum foret. Ita tamen admitti id posse reor, si quidam peculiariter

ad

ad hoc electus sit minister publicus, vir spectatæ fidei & inculpatae vitæ, qui ab initio officii juraverit in leges suæ functionis, qualis in multis locis habetur, qui dicitur der Intervogt. Hujus ex statuto vel consuetudine ea fides est, ut credatur ejus relationi in eo negotio quod ad illius officium super quo juravit, pertinet, *uti in terminis habetur apud Carocium de sequestr. part. 3. quæst. 1.* Si enim duo hæc requisita concurrunt, quod (1) ille minister pro idoneo electus & juratus, quodq; (2) de quo refert, ad officium ejus spectat, duplicem personam sustinere intelligitur. *vid. Peck. dict. tract. cap. 26. num. 4.* Ita & in exequentis citationibus relationi nuncii creditur, cum primis quoad ea, quæ ipsi commissa. *vid. Blarer. ad L. Diffamari. cap. 6. n. 106. seq. Gail. 1. observ. 54. Menoch. adipisc. possess. remed. 4. n. 92. seq. Mynsing. 6. observ. 10.* Pro relatione etiam talis ministri fide digni (quæ Protocollo vel actis publicis præprimis inferenda, ut de eâ Judici ex actis constet) tam firma est præsumptio, ut semper censeatur vera, nec juramentum negantis ejus veritatem, sine aliis argumentis ac probationibus admitatur. Qui enim falsò illum retulisse ait, probare tenetur. Nisi id semiplenè fiat, juramentum non habebit locum. Nec si pars arrestata ipsa deferat juramentum jurare opus habet, antequam Judex justas suspicionis causas deprehenderit. Sufficit in actibus ad officium illius perinentibus jurisjurandi fides, quod sub initio istius suscepti præstitum fuit. Probatà, uti decet, falsitate relationis, siquidem ex simplicitate sine dolo & fraude aberraverit, officio removendus, non secus atque omnis ille, qui circa officium peccat, *l. si aliquid. c. de susceptor. l. 2. c. de Palat. sacrar. largit. l. Judices. c. de dignit. & juxta ad id, quod interest parti innocenti, Judici ad multam condemnatus. l. qui nomine. ff. ad L. Cornel. de fals. Guid. Papa decis. 44. Roman. singular. 313.* Si dolo malo vel pecuniâ corruptus id fecerit, poenæ Legis Corneliæ de falsis præter ista, reus erit. *l. 1. §. sed & si quis ob renunciandum. ib. gloss. & Dd. ff. ad L. Cornel. de fals.*

Pœna ministri non ritè arrestantis est arbitraria Judici, præter quam etiam partitam arrestanti, quam arrestatæ tenetur ad damna & expensas. *Peck. dict. tract. cap. 22. num. 8.* Eodem modo etiam ii, qui demandatum arrestum planè non exequentur, vel quia contumaciter nolunt, aut ne faciant, latitant, non modò ab officio removendi, sed & parti

parci arrestationem requirenti ad expensas, damna & id, quod interest damnandi, sicut hæc ad iuramentum in litem admittatur. *Rebuff. dict. tom. 1. tit. de sentent. execut. artic. 8. gloss 5. Peck. dict. tractat. cap. 24. per tot. ubi plura de apparitorum coercitionibus notatu digna leges.*

²² Salarium debetur ministro arrestanti, non à debitore, sed à creditore, qui arrestum fieri procurat. *Jason. Zas. & Fab. ad §. quadrupli. Instit. de actionib.* Is enim tenetur ad expensas, cujus gratiâ actus celebratur. *l. sed & si. §. 1. ff. ad exhibend.* Et solvendum illud salarium, postquam iste operam dedit, etsi creditor poenitentiâ ductus deinde desistat. *arg. l. sed addes. §. fin. ff. Locat. Roman. singul. 66.* Quantum id esse debeat, id dijudicandum ex consuetudine vel statuto. Si ultra statutum modum minister quidquam ab invito creditore extorserit, in quadruplum tenetur. *Jason. ad dict. §. quadrupli. num. 6.*

CAPUT XV.

De Effectu impositi arresti.

SUMMARIA.

1. **A**rrestum quatenus obligat arrestatum.
2. Credendum est ministro arrestanti, quatenus ex stylo curiæ dependet.
3. Vana est prætentio debitoris, quod putaverit ministrum non habuisse mandatum arrestandi.
4. Arresto debetur obedientia.
5. Pro vario arrestum imponendi modo varia est illius obligatio.
6. Arrestatus sine iudicis arrestantis permisso à loco discedere non potest.
7. Ob mora periculum iudex non audit à altera parte arrestum quandoque remittit.
8. Duplex quâ rem arrestatam recensetur effectus.
9. Finis arresti inspiciendus.
10. Acceptatio arrestandi non est necessaria.

11. Arre.

11. Arrestatus obstringitur ad omnia arresto consecutanea, quod declaratur n. 12. 13. 14. 15. 16.
17. Arresti effectus quia exteros exponitur.
18. Arrestatus à quo alendus fit? disceptatur & distinctim deciditur n. 20.
19. Ubi arrestatus egenus est, de se alendo à iudice petere debet, ut arrestanti cautionem injungat.
21. Qualia alimenta debentur arrestato.
22. Arrestum inducit pignus pratorium.
23. Simile est missioni ex primo decreto, quod declaratur.
24. Differentia Juris Saxonici, Lubecensis & Communis.
25. Casus exponitur, ubi arrestum pignus cum prioritate tribuit.
26. Arrestum inducit litispendentiam.
27. Solà citatione fit lis pendens.
28. Quoad Imperii Status res aliter se habet.
29. Ubi causa per arrestum incipitur, ibi finire debet.
30. Qui arrestatur ex L. Diffamari, non potest arrestantem trahere ad aliud.
31. Arrestatus non potest alibi conveniri, sed exceptione litis pendens tutus est.
32. Semel electa via ambulanda est.
33. Litis renunciatio quomodo differt à renunciatione instantia.
34. Quomodo utraque fieri debet.
35. Limitatur effectus arresti, quoad litis pendentiam.
36. Contumacia habetur pro renunciatione instantia.
37. Arrestum necessarium non parit exceptionem litis pendens.
38. Iudicio necessitate suscepto non inducitur litis pendentia.
39. Arrestum pro declarando jure vel liberatione debiti non parit litis pendens exceptionem.
40. Litis pendentia quomodo renunciatur.
41. Quando id factum censetur.

T

42. Pro

42. Pro solutione impetratum arrestum non facit litem pendentem.
43. In remediis executivis unius electio non praecludit viam aliis.
44. Exceptio litis pendentis cessat ob culpam adversarii.
45. Uno electo remedio aliud esse praeclusum, quomodo accipiendum, ostenditur.
46. Missus in bonorum possessionem debitoris non prohibetur petere arrestum.
47. Electio oblagio, integrum est executionem in bona petere.
48. Rebus arrestatis nihilominus arrestum persona licet.
49. Arresto non fit res litigiosa.
50. Personali actione regulariter non inducitur vitium litigiosum.
51. Dominium rerum arrestatarum manet penes debitorem.
52. Obligatio & alienatio rerum arrestatarum non licet.
53. Quod in fraudem litis fit, nullum est.
54. Arrestum continet mandatum de non alienando.
55. Arrestum prorogat jurisdictionem Judicis & hunc facit competentem.
56. Qua ex Constitutione Imperii circa prorogationem jurisdictionis ex arresto observanda.
57. Qua requiruntur, ut remissio causa secundum Constitutionem Imperii fieri possit, late proponitur n. 58. usque ad 62. inclusive.
63. Penes quem persona arrestatur, non fit obnoxius arresto, nisi quatenus in se recipit.
64. Penes quem res arrestatur, obligatur ad rem non reddendam eamque custodiam, quam praestat depositarius.
65. Effectus arresti ultra securitatem crediti extendi non debet.
66. Arrestum non potest prodesse ei, penes quem imponatur.

Effectus impositi arresti alius est quàm arrestatum, cuius persona vel res isti sunt obnoxia; alius quàm cum, penes quem persona vel res arrestata existit; alius quàm iudicem & iudicium. Quantum priorem attinet,

attinet, impositum vel indicitum literis vel à ministro arrestum obligat arrestatum in personâ vel rebus, ut illâ arrestatâ non deferat iudicium ante finitam litem & decisam causam, hæc verò sub arresto comprehensæ ab ipso vel alio quopiam non transferantur ad alia loca, nec alienentur invitâ parte adversâ. Secus agenti parata est violati arresti poena, *de quâ infra cap. 24. prolixius differetur*. Primò itaque, postquam 2 ipsi indicitur arrestum à ministro, huic fidem habere decet, nec aliter credere, quàm sistendi potestatem datam fuisse. Limitatur hoc à multis existimantibus, non aliter apparitoribus fidem habendam esse, quàm si ex literis mandatum statim demonstrent, vel tale signum ferant, unde eos tales esse certò colligatur; Aliàs licitè arresta tanquam fide carentia sperni & apprehendentibus resisti. *per l. 5. C. de Jur. fisci. l. 5. C. de Executorib. Novell. 128. cap. 10. Boer. decis. 70 num. 2. in fin. Chassanæ. ad Consuet. Burgund. rubr. 1. § 7. num. 25.* Cæterùm ubi sic consue- 3 tudine invaluit, ut nec scripta dentur mandata ad arrestandum, nec signo aliquo publico notetur ille minister, sed ut plerumque & plerisque in locis fieri solet, iudex officiali publico ad id deputato & jurato impositionem arresti oretenus demandet, non excusatur debitor vel alius quispiam, cui arrestum significatur, si alleget se nec literas nec signa vidisse, sed tenetur ei, qui se publicè pro tali exhibet, credere & parere. *Peck. de Jur. sistend. cap. 25. num. 6.* Est enim pro illo præsumptio, quòd non sine commissione arrestum indicat. Arrestati verò de non- visis literis allegatio inepta, cum vel statim ipsi constare possit, an minister publicus sit, qui arrestavit; an arrestis imponendis præpositus; vel ad Iudicem mox recurrere & tum personæ tum arresti qualitatem indagare. Si maluit non credere, quàm inquirere, caveat, ne incurrat temeritatis suæ poenas. Nec enim incredulitas sua ipsi quidquam proficiet, quàm ut sub eâ discedens vel res transferens, citatione factâ à Iudice redeat & reportet, juxtaq; discessum sufficienter excuset, aut utroque non facto, poenam violati arresti patiatur. Inanis est illa excusatio, quòd non crediderit eum habuisse commissionem, ideoq; non liberabit à poenâ.

Deinde sicut fides ministro, ita Iudici debetur obedientia in his, 4 quæ imposito arresto consecutaria sunt. Effectus quippe arresti, quâ personam arrestatam præcipuus est, ut illa loco astricta sit, nec ab eo

discedere queat, nisi ex veniâ Judicis arrestum imponentis & assensu partis impetrantis. Ex quo carceris speciem habet, sicut pro isto ab Jctis reputatur. Discrimen ejus obligationis quoddam est ex modo imponendi. Qui alius alio arctior existit. Aliquando arrestum imponitur, ut domo exeundum non sit, aliquando, ut intra urbem remaneat, aliquando indefinite, ut discedi non debeat loci certi non adjectâ mentione. Cujus posterioris is intellectus est, quod è jurisdictione imponentis abire non liceat. Contingit verò, ut aliquando arrestatus discedendi facultate ob pietatem vel necessitatem periculum & damnum imminens valdè egeat, nec tamen ultrâ quàm nudâ repromissione cavere valeat, oritur tunc dubitatio, annon Judici permittendum ad tempus discedendi licentiam permittere? Cujus non potest Judici esse liberum arbitrium, postquam arrestanti jus ex arresto quæsitum est. Quocirca nec facultas dimittendi, nisi audito eo, cujus interest. *l. de unoquoque 47. ff. de re judicat.* Quid verò, si moram res ista non patietur? Concedendum in hoc aliquid est Judici arbitrio, nec imputandum ei, cum arrestatum dimittet, quoties ita sit, si primò causa necessaria vel iusta verè adest; Secundò, si arrestati ea vita, fama, fides, ut fraus ab eo metuenda non sit; Tertiò, si Jdex sibi eo, quo fieri potest, modo de reditu caveri curet, juratorie nempe, ubi alterius cautionis facultas cessat. Juxta hæc examinandum Judicis reum dimittentis decretum, uti factum aliquando in ea specie, quando nobili veniam discedendi ad sepulturam fratris fecerat, repromissione receptâ sub fide Sacramenti corporalis, an Eßryerltchen Eydesstatt. Qui licet deinde aliquas exceptiones reditum sub arrestum requirenti opponeret, tamen Judicem excusandum esse, conclusum fuit.

Quantum ad res arrestatas attinet, effectus arresti duplex: Primus, ut astringantur ei, in quo deprehenduntur loco, unde sine scitu arrestantis aut veniâ Judicis moveri non debent. Alter, quod ei, cujus causâ arrestum decernitur, nihil in iis licet, puta quod in præjudicium arresti vel causæ, propter quam imponitur, tendit. Hæc potestatem domini & aliorum in res arrestatas limitat. Ultra finem arresti effectus semet non extendit. Quomodo, quod eum lædit, illicitum ex isto redditur, ita liberum manet, extra illum est. Res odiosa & libertati contraria non est extra usum suum & necessitatem extendenda. Aliquando exori-

exoritur de eo quæstio; quid ei, ad quem pertinent, in iis post arrestum liceat. Criterium ejus regula sumenda est ex fine arresti, ut & alias iste effectus regula & hic isti congruus esse debet. *l. 4. itemq; 41. ibi gloss ff. de alien. Jud. mutand. caus. l. si quis sit. 17. §. item apud ff. de Edil. Edict.* Potissimus ille tum in securitate petitionis, tum in facilitate consecutionis, ut utrumque hoc potissimum intenditur. Ut verò quidquid alterutri contrarium vel noxium, post factam arrestationem, tum domino rei quàm possessori vel detentatori haud permittendum, factum debet esse irritum & revocari, imò etiam ut in contemptum arresti tendens violationis vindictam merebitur: ita e contra quicquid integrum illæsumq; finem istum finit, remanet licitum & non impeditum. Extra finem quæ sunt, non comprehenduntur sub finito. *Hier. Magon. decis. Lucens. 3. num. 7. & 8.* Ultra istum dominis circa res suas facultatem vel possessoribus juris sursum auferre vel restringere, iniquum nimis foret, nec sine injuriâ. *arg. l. fin. c. de Contrab. empt.* Nihil ut præjudicii & incommodi, sic nec injuriæ quidquam habet, ex quo deterior non sit arresti conditio. Quæ sunt observanda in illis dispectionibus, quæ incidunt de possessione, dominio, fructu, custodiâ rerum arrestatarum. In quibus discernendum, quid in iis cum vel sine præjudicio, incommodo & periculo arresti sit, aut eo omni careat. Cujus exemplum, *vid. Decis. nostram 234. part. 7.* Obligatio arresti exoritur ex impositione, non requirit acceptionem aut ejus, contra quem, aut ejus, penes quem imponitur. Error est absonus, acceptionem ad vim arresti requirentium aut sibi imaginantium. Est quidem ex hac semel facta turpior violatio arresti, ubi Judicis contemptui accedit perfidia crimen. At etiam sine illâ existit obligatio & parendi debitum. Quando eo ritu mit Vernehmung der Fauss impositio arresti fit, non eo minus hæc rectè perfectèq; facta intelligitur, quod arrestandus manum porrigere recusat. Quia id facere debet quæ juris effectum, pro facto habetur, nec recusatio attenditur. Inanis igitur est objectio, se manum non porrexisse, habe die Fauss nicht von sich gegeben/perinde ac si quis dicere velit, quia arrestum non acceperit, illud se non obligare. Habet vim obligandi non ex voluntate arrestantis, sed ex decreto atque autoritate Judicis, nec non conditione rei ipsius.

Ad arresti effectum pertinet, quod arrestatus illi judicio, in quo in

arrestum imponitur, ad actus jurisdictionales arresto congruos astringitur. Si enim planè inutile atque inane arrestum esse non debet, sed effectum habere & ad finem legitimum pervenire, necesse fuit eum illi effectum impertiri, ut obliget ad præstandum vel patiendum omnia isti consecutaria vel ad finem necessaria, uti naturalis est ea omnis jurisdictionis consequentia. *l. 2. ib. Bald. & Dd. ff. de jurisdict.* Multa ea sunt, quæ huc pertinent, & vix omnia speciatim tradenda. Nam & aliqua incidunt, quæ non præcogitantur. Præcipua tamen ex Praxi arrestorum annotabimus.

- 12 Primum est, ut, cum persona arrestatur, ex loco seu districtu jurisdictionis, sub qua coarctatur, non discedat, aut ubi res ejus arrestantur, ipsas ex isto loco non transferat, tanquam jurisdictioni quæ personam & res astrictus, inde ab omni fori exceptione atque privilegio, nisi speciatim quæ arresta datum fuerit, excluditur.
- 13 Secundum, ut Judex, qui illum jurisdictioni suæ per arresti vim astringit, in jus vocare possit. Quando enim prosecutio arresti processum requirit, id, quod primum judicii est, oportet fieri posse. Nec enim sine illo vocato & audito in his, quæ vel arrestum vel causam principalem constituunt, quidquam nisi eo audito, idè & citato fieri poterit.
- 14 Tertium, quod arresti causa in jus vocatus juxta facere obnoxius redditur. Etsi enim arrestatus causam se habere putat, ob quam arrestum invalidum nullumq; dicere queat, tenetur tamen coram Judice imponente comparere, cujus est de arresti adeoq; de jurisdictione suâ inde orta cognitio. *l. 2. per l. 5. ff. de judic.* Malè sibi consulet, qui injuriâ, quæ sibi per arrestum irrogatur, fretus non comparet. Etsi enim per illum deductum obtinere queat, ut in se arresti effectus cessent, tamen allegatione opus habet, aliàs facilè præjudicium incurret.
- 15 Quartum huic consequens est, quod contra arrestatum non comparentem, seu juxta non facientem, ut contra contumacem proceditur, non attento, utrum subditus sit nec ne. Nam forenses & peregrini ex aliâ ditione arrestis sunt obnoxii, inde judicio obstricti, isti parere devincti, idè ut contumaces coercendi. Nisi hoc concessio non licebit extremum jurisdictionis obtinere, quo sine hæc manca & inutilis.
- 16 Quintum, quod arresto obstrictus in eo, ubi de illo agitur judicio, tenetur

teneretur loci istius leges styllumque curiæ observare, utut exterus atque forensis existit. De quo dubitandum non est quâ illa, quæ ad ipsum arrestum, ejus impositionem, prosecutionem & super his processum pertinent. Concernunt quippe hæc ordinatoria processus, in quibus unusquisque tenetur sequi statuta vel consuetudines loci, in quo lis incipit atque agitur. At de iis, quæ merita causæ spectant, seu ad decisionem causæ principalis requiruntur, est quædam ambiguitas, inde de eo gravis aliquando incidit controversia, ubi in iis, quæ ad decisionem faciebant, statuta loci arresti & jus commune differebant & arrestatus erat peregrinus. Consultus de eâ quæstione putavi, non jus loci, ubi arrestum imponitur, sed commune aut illud, ubi contractus celebratus erat, qui arresto causam dederat, spectandum & sequendum esse. Nec enim statuta alicujus loci obligant nisi subditos minimè externos, non subditos, *Dantb. in rr. de testam. num. 66. Henn. Godeu. Consil. 37. num. 1. & 2.* deficit quippe in eos statuendum potestas, *l. fin. ff. de jurisdic. l. 1. c. de suspect. tutorib. & ex quo vis & nervus statutorum est jurisdic. Bald. in c. cum causa. num. 2. X. de re judic. Tiragrell. de jur. Primogen. quæst. 43. num. 4.* Idè non potest in illos istorum aliquis esse effectus & obligatio, magis quàm aliàs ille adest, cessante causâ, uti circa illa argumentatur *Alexand. Consil. 178. num. 1. seq. lib. 1. Jason Consil. 103. vol. 2.* Siquidem igitur quâ externos debet colligi aliquis nexus statutorum illos astringeris necessarium est accedere causam, ex quâ obligentur. Arrestum verò solum ad illum effectum non sufficit, utpote qui nec arrestantem Magistratum nec arrestatum subditum efficit. Et si enim foro hunc ita obstringit, ut ibi respondere teneatur, & quidem juxta ordinem processus, qui ibi præscriptus est, haud tamen intra legibus, quæ reguntur & utuntur cives, per illud subjicitur. Nulla juris communis lex eam vim arrestis adjevit. Si loci statutum ealem tribueret, non nisi quâ subditos valeret. *arg. l. fin. ff. de jurisdic. l. 1.* Nihil obstat, quod ex arresto quædam in arrestatum ejusque res est jurisdic. Hæc non est universalis, sed restricta ad modum processus judicii ordinatoria saltem concernens, idè non potest infinitos effectus producere. Ex limitatâ potentiâ causæ prodeunt limitati effectus. *l. si arrogator. ff. de adopt. l. jurisperitos. §. cum oriundus. ff. de excusation.* Potissimum, quod opponebatur, erat ex hoc axiomate:

Paria

Paria sunt, forum sortiri & statutis loci ligari. *Gloss. in l. 2. ff. de eo, quod cert. loc. Brunor. à sol. in loc. communib. verb. Forum. num. 1. & verb. Forensis. num. 2.* Quando itaque ex arresto forum fit competens, utique ex eo statuta ligare colligebatur. Cæterum pertinet illud ad eos forum sortiendi modos, qui oriuntur ex facto forensium, per quod personas, res & negotia foro submitunt, ex quo voluntas ipsorum oritur & colligitur, quo velint se suâq; ex legibus moribusq; ejusdem loci ligari & judicari. Quod respicit illud *Uasquii in controvers. cap. 3. num. 17. de regula ista, quod pertinet ad illa, quæ sunt voluntariæ jurisdictionis. vid. Ulric. Pistor. in not. ad Hartman. Pistor. observ. 25. lit. A. infra.* Secus se res habet in arrestis, per quæ inviti forum subire coguntur, in quo non modò deficit illa ratio, sed etiam nulla est, quæ obnoxios faciat. Unde ad illos statuta extendere absurdum plane erit, nisi accedit alia causa, qualis descendit ex actu & contractu in aliquo loco facto vel inito. Quando ejus causa arrestum deinde irrogatur lis principalis juxta statuta loci dijudicatur, *per text. l. 6. ff. de Eviction. l. semper 34. ff. de R. Jur.* Consensus eâ in re facit statutis obnoxium. *Faber in Cod. lib. 3. tit. 1. defin. 39. num. 3.* Eadem dicenda sunt, ubi ex delicto, administratione, negotio gesto, resita sit forum competens, quia istiusmodi factis & actis inest submissio factorum sub forum non modò, sed & statuta. Circa hæc, quæ de vi arresti ad submitendum jurisdictioni Judicis arrestantis scripta sunt, etiam hoc observandum, quod exceptionem habeat ex jure revocandi domum vel alio judicio, quod competit vel jure communi vel privilegio & consuetudine arrestatis. Siquidem illud contrario jure vel usu circa arresta sublatum non reperitur, obstitit prorogationi, & relinquit saluum jus aliorum. Obvenit exemplum in administratore alterius bonorum, qui cum discedens ex loco, ubi hæc sita fuerunt, alibi arrestatus esset, arrestum autem impetrans rogaret remitti ad locum, ubi administrasset, etsi arrestatus nolleret eò remitti, & jurisdictionem ex arresto fundatam, obtenderet, tamen non auditis, quod ratiocinia ibi reddenda essent, ubi negotia gesta fuerunt, *juxt. l. un. c. ubi de ratioc. ag.* quod jus ex ratione, quam habet in textu allegatâ, adeò rigidum & necessarium, ut nullo privilegio exemptionis tolli queat. Nec arrestum, quod favore arrestantis competit, in ejus odium detorquendum, *l. quod favore. c. de legib. nec quod*

quod ad coercendum arrestatum sit ad eum à debito liberandum proficere. *l. fin. ff. quod quisq. jur. in al.* Sunt tamen modi, ubi aut cessat vel relaxatur ista obligatio, ut arrestatus iis accedentibus impunè discedat, resq; suas transferat, vel à iudice ad petitionem iustè relaxandus sit, *de quib. c. 25. videbimus.* Unde limitatur illa arresti obligatio quoad arrestatum. Sed arrestatus, quando ad iussum Iudicis subsistit in loco, à quo interim, donec arresti causa finitur, alendus est? Si quidem ipse habeat, unde alimenta ad vitam necessaria sumptusq; hospitii desumat, de suo sustentatur meritò, donec aut debitum liquidum solvit, aut pro illiquido & negato idoneè satisfaciat, vel aliter cum debitore concordat, lisve finem accipiet. Ubi verò ille inops non habuerit, unde im-
 18 pensas faciat, æquum est, ut cum jumentis ac familiâ, quam secum habuerit, necessariam sustentationem, sub qua continentur omnia, quæ ad quotidianam curam & victum, nec non ad litis sumptus pertinent, ab arrestante capiat, *Parif. de Put. in tract. de syndicat. verb. Carcer. c. 4. n. 2. seq. Peck. dict. tract. c. 42. n. 5. Coler. de Process. executiv. part. 1. cap. 2. num. 87. & seq. n. 111.* adeò ut si alimenta & sumptus litis negaverit creditor, arrestatus impunè abeat, atque à iudice etiam dimitti debeat, *de quo vid. infr. c. 25.* Quocirca prudentes Iudices id præcave-
 20 vere solent, ut à perentibus non modò exigant cautionem indemnita-
 tis iudicii, sed etiam ob impensas, ne postea ex publico illas suppeditare necesse sit, *Coler. dict. c. 2. n. 116.* Cauti verò maximè esse debent cre-
 ditores, qui arresta personarum egenarum petunt, ne non modò inopia actionem excludat, *l. nam is. ff. de Dol. mal.* sed etiam præstatione sumptuum onerentur, sicq; duplici incommodo obnoxii fiant, *uti prudenter admonet Peck dict. c. 42. n. 5.* Ad hunc lapidem sæpè offenditur, dum multi sperant arrestis suum consequi, ut tamen arrestatis ten-
 21 neantur victum prænumerare, incerti repetitionis. Quæ & quanta ali-
 menta præstanda sint, arbitrio iudicis relinquitur, qui ratione habitâ personarum & honestæ necessitatis de iis statuet, ut nec immercatoris durusve creditor audiat, nec delicatus debitor, uti hoc moderamen-
 22 æquitas Iudici præscribit. *l. si vel servos 25. ff. de Pignor.*

Alius effectus arresti quoad arrestantem is traditur, quod exinde
 inducatur pignus prætorium in re arrestatâ. *Peck. dict. tract. c. 25. n. 4.*
 Unde arrestum simile esse missioni in possessionem, & in plurimis con-
 23 venire

venire ait *Molinaus ad Cons. Parisiens. part. 2. tit. 2. gloss. 1. verb. arrest. brand. Gail. de Arrest. Imper. c. 12. n. 8. Cosm. Consil. 40. n. 64. vol. 3.*

- 24 Jure Saxonico quidem de eo dubium non est, ex quo arrestum statim à tempore primæ impositionis jus tacitæ hypothecæ tribuit, *Consil. Novell. Aug. 29. part. 1. scharff. Consil. 15. n. 8. seq. cent. 3. Wesenbec. in Paratitl. tit. de Privileg. credit. n. 9. Zanger. de Except. part. 2. c. 1. n. 268.* idedq; non secus atque in aliis hypothecis, qui prior tempore, potior est jure, ita etiam arrestum eam prælationem conferre censetur, ut primus arrestans omnibus creditoribus, dummodò anteriori hypothecæ expressâ vel tacitâ muniti non sint, præferatur. *Wesenbec. dict. l. Coler. de Process. Executiv. part. 3. a. 11. n. 40.* Jure Lubecensi, quo his in oris utimur, in maritimis civitatibus aliud obinet. Ex eo arrestum saltem vim habet prorogandæ & asscurandæ jurisdictionis, donec judicetur, ut judicium fugâ declinari non queat, jus verò reale non tribuit, *artic. 5. tit. 12. lib. 5.* multò minus aliqua prærogativa exinde debetur. Juri communi quoad protopraxiam hoc congruit, *de quo infra c. 19. dicitur.* Ex hoc quoque licet aliquot pignoris prætorii effectus arresto rectè ascribantur, per omnia tamen pro pignore prætorio haberi non debet, sed discretus in eo esse debet Judex, ubi ab illo ad arrestum inferat, cum multæ pateant differentiæ. Præsertim quod pignus prætorium constitutum non dicitur, nisi realiter & actualiter ex decreto Judicis creditor in possessionem missus sit, *l. non est mirum 20. ff. de Pignorat. action. tot. tit. c. de Jur. Prætor.* quod in arresto non evenit, ubi demùm immissio fit post sententiam. Intereà non tam crediti, quàm
- 25 judicii securitas quæritur per arrestum. Si tamen hoc pro executione rei judicatæ vel crediti liquidi & confessati, quod statim solvendum est, ut paratam executionem habeat, imponitur, tunc vim pignoris judicialis obtinebit, nec dubito inde impetranti competere pignoris prærogativam.
- 26 Tertius arresti effectus est, quod statim atque impositum, parit li-
- 27 tis pendentiam. *Peck. dict. tractat. cap. 35. num. 1.* Nec mirum; si enim solâ citatione seu in jus vocatione ista inducitur, paritq; exceptionem præventionis, *Gail. 1. Obs. 74. num. 18. Zanger. de Except. part. 2. cap. 2. Mindan. de Process. lib. 1. cap. 43. num. 1.* multò magis arrestatio eandem operabitur, quæ, nisi alia ratio avocet, astringit causam foro, ubi arrestum

arrestum decernitur. Non obstat Imperii constitutio in *Reichs-Ab-*
scheide zu Regensburg de Anno 1570. §. wann auch die Arresta &c. quæ
 causam ad suum forum remittit. Hujus enim legis singularis ratio est
 ex privilegio, quod Imperii Status quæ peculiare Austregas habent,
 nec idèd ad alios porrigi potest, in quibus non est eadem. Incongruè
 id argumentum in commune sumitur. Quæ eos, qui immediatè impe-
 rio subiecti sunt, aliud obtinet. Et, si quibus jus revocandi domum est,
 malint in eo, ubi arrestum imponitur, foro litigare, audiendi sunt, qua-
 tenus est in ipsorum potestate, juri suo renunciare. Quod inter Impe-
 rii Status, quibus jus Austregarum est, secus se habet. Aliàs ubi per ar-
 restum incipitur judicium, omninò finiri debet, *l. ubi coëptum. ff. de ju-*
dic. et si arrestatus, qui sub cautione ab arresto relaxatus vel fugà eva-
 dens, eum, qui arrestum procuravit, fortè ad competentem Judicem
 suum ex *L. diffamari* citari curer, exceptio præventionis & litis penden-
 tis ipsum defendet, nec justè ob diffamationem alium compellat, qui
 necessitate arresti obstrictus fuit ad respondendum in loco, ubi arresta-
 re licuit, parato ibi ad agendum creditore. Perinde si creditor, ubi ar-
 restati curasset debitorem, deinde processu arresti derelicto, eum alibi,
 etiam in loco domicilii convenire vellet, reus exceptione litis penden-
 tis ex arresto tutus est, donec ille finiatur. Viam, quam quis semel ele-
 git, ambulare debet, *l. si mulier. 21. §. si n. ff. quod met. caus.* nec in ar-
 bitrio creditoris esse, semel coëptum judicium eludere. *arg. l. si quis rem*
30. l. ne in potestate 26. ff. de arbitr. Et si verò litis renunciatio licita
 est invito adversario, *l. postquam liti 4. C. de Pact.* hoc tamen non alio
 modo fieri solet, quàm ut totæ causæ simul renunciatum censeatur, ut
 eam iterum in judicium deducere non liceat. *sichard. ad dict. l. post-*
quam. n. 1. Instantiæ verò renunciatur quidem salvo jure & causâ,
 præsertim si de eo renuncians protestetur, *l. si debitor. ff. quib. mod.*
pign. vel hypoth. sichard. dict. l. n. 27. in fin. sed actor deserta & renun-
 ciatâ primâ instantiâ novam inchoare non potest, nisi refutis prioris ex-
 pensis. *Bald. in dict. l. postquam. n. 12. Rebuff. d. lit. oblig. art. 6. gloss. 3.*
n. 7. Ita nisi soluto & quod interest rei non fuisse arrestatum, derelicto
 arresto non licet aliud remedium intentare. Quod tamen multipliciter
 oportet limitari. Primò non aliter arrestum producit eum effectum li-
 tispendentiæ, quàm si arrestatus isti pareat, & in foro illo respondere,

- vel solvere paratus sit, non si contumax sit, ante iustam relaxationem
 36 discedat, res arrestatas transferat, vel forum declinet. Per tale n quippe
 contumaciam, reus instantiz renunciare videtur, ideoq; nec inde
 exceptione aliqua juvari debet, sed merito, non obstante litigio coram
 uno iudice, coram alio convenitur, ut non attentâ exceptione cogatur
 ad id, quod iustum, nec permittatur frivolis subterfugiis eludere iudi-
 cium. *Bald. in l. 1. n. 5. C. ubi de criminib. agi oportet. Clar. in Practic.*
criminal. §. fin. quæst. 15. Si tamen statim reus poeniteat & emissâ a ju-
 dice secundâ citatione contumaciam purget, gaudebit exceptione litis-
 pendentiæ. *Bartolus in l. sepulchri. num. 4. C. de sepulchr. violat.* De-
 37 inde quando arrestum petatum & impositum est ex aliqua necessitate,
 veluti quia metuitur fuga rei aut actio tempore pericula est, similisve
 casus urget, pro cautione debitorem resve illius detineri, non induci-
 tur litispendentia, quia non litis, sed securitatis seu satisfactionis saltem
 gratiâ fit arrestatio, ideoq; non obstante istâ exceptione coram quovis
 alio iudice ordinario recte instituitur actio. *arg. l. sed et si restituitur. §.*
 38 *edum. ff. de iudic. Bald. & Angel. in dict. l. ceptum.* Per iudicium ex
 necessitate susceptum non inducitur litispendentia. *Zanger. de Except.*
part. 2. c. 13. n. 25. Fr. Herculan. de Attent. c. 6. n. 8. Cothman Consil. 18.
 39 *n. 349. vol. 1.* Tertio non proficit ad exceptionem litispendentis illud
 arrestum, quod non est factum ad finem consequendi debitum, sed sal-
 tem ad declarationem juris vel liberationem, veluti cum quis curat ar-
 restari illum, qui se pro creditore iactaverat, quod exemplum sub istâ
 limitatione declarat *Peck. dict. cap. 35. num. 4.* Similis ratio est ejus ar-
 resti, quod decernitur ad meram custodiam rei, quo interim, qui illud
 impetrat, securus sit, non quod velit & statim inq; eodem iudicio litem
 persequi, uti illum casum exponit *Decisio nostra 348. p. 3.* Quarto litis-
 40 pendentiæ exceptio præcluditur per pactum vel conventionem. Si nempe
 creditor sibi provideat de pluribus remediis pro receptione pecu-
 niz suæ vel conservatione juris sui, tunc non modò ejus est electio, quo
 uti velit, sed si deprehendatur semel electum inefficax aut non satis con-
 gruum, alio magis conducibili potest uti. *Jason. in l. 1. num. 32. ff. si quis*
 41 *ius dicent. Coler. de Process. Executiv. lib. 1. cap. 8. num. 62.* Quod mul-
 to magis procedit, si chirographis illæ clausulæ reperiuntur insertæ,
 quod pro compellendo ad solutionem debitore ab uno iudicio ad aliud
 deken-

descendere licet. Item quibus *l. ubi acceptum. ff. de iudic. renunciatur*, aut potestas plurium remedium permittitur, *vid. Frider. Mindan. de Mandat. lib. 3. c. 5. n. 24.* Quinid quodies arrestum petitur & indicitur, non ut reus in foro aliquo de causa respondeat, eaq; prævio processu decidatur, sed ut quod liquidum est & lite non eget, executioni mandetur, debitorq; ad solvendum compellatur, uti sub arresto non censetur litispendinga, cum debitum extra litem sit, ita nec præludit viam alibi arrestum petendi, aut alia remedia executiva urgendi. In his enim electio unius non præludit viam aliis, quando per primum non est satisfactum creditori. *l. persequutione 24. c. de pignoris Joh. de Platea in l. nemo 2. num. 16. c. de exactor. tribus. Hippel. de Marfil. in tract. de Fidejussor. num. 380. & singular. 300. strach. in tract. de Mercatur. tit. de Decessorib. num. 46. Mindan. ibid. cap. 5. num. 24.* Nec enim qui ex pluribus remediis sibi competentibus unum eligit, per hoc censetur aliud dimisisse. Non etiam debitor audiendus electionem unius vis obijciens; cum isti iuste replicetur, quod per illum creditori non sit integrè satisfactum, nec fides illius liberata. *Jafon. in dict. l. 1. num. 29. Rebass. de Liber. obligat. artic. 11. gloss. 3. num. 25. & seqq.* Debitor enim est in culpa & causa, ut alio loco vel modo contra eum remedium executivum intentetur, dum debitum liquidum non solvit. *l. ubi. c. de Fidejussor.* Quoties talis culpa ipsi obijci potest, non juvat exceptio litispendingæ. *Bald. in l. cum num. 33. c. Commun. de Legat. Præterea quod dici solet, uno electo remedio denegari regressum ad aliud, per l. quod in brevem. 9. §. eligere. ff. de tributor. aliam. l. cum filius. 76. §. variis. ff. de Legat. 2. l. nemo ex his. 43. §. quoties de Regul. iur. ita limitatur, ut non obtineat taliter, quam si per primam viam electam facile obtineri possit, quod intenditur. *Tiraquell. in l. baret 89. §. hoc sermone num. 14. ff. de Verb. significat. per l. sermo 8. ff. de bon. libere.* Non valet etiam ea regula in executivis. *l. baret. §. quod si stipulator. ff. de Fidejussor. vid. Coten. de Process. Execut. part. 1. cap. 8. n. 50. seqq.* Creditor unum remedium executivum intentans aliud, donec sibi satisfiat, intentare non prohibetur. *Jafon. in l. n. num. 23. c. si quis ius dicent. non obtemp. Burgu. Carolan. decis. 1. num. 15. & seq. part. 1. Zanger. dict. tractat. part. 2. cap. 13. num. 105.* Quæ circa, quantumvis creditor pro debito missus sit in bonorum possessionem debitoris, non*

tamen prohibetur petere arrestum aut capturam & vice versa, c. *quoniam* §. *fin.* X. lit. non contestat. Bartol. in l. *consentaneum.* num. 17. per ill. text. C. *quom. & quand. iudex fasom. in dict. l. un. num. 22. Ne. guz. de Pignor. part. 8. princip. memb. 3. num. 27.* Perinde electa via oblagii pater petitio parata executionis in bona debitoris, de quo *prolixè agit Coler. dict. part. 1. cap. 8. num. 38. & seqq.* Ita qui impetravit ex forma statuti arrestationem rerum debitoris, nihilominus si ea non sufficit suo consequendo, liberum manebit, donec ei satisfiat, petere manus iniectionem in personam ejus vel alia ordinaria executionum media. *Fasom. in l. 1. num. 21. ff. si quis jus dic. non obtemp. Coler. dict. tractat. part. 4. cap. 5. num. 51.* Potest etiam desisti ab eo, quod prius eligitur, remedio, velut ad quod non astringit electio, *Hering. in tr. de Fidejussor. cap. 20. §. 35. n. 3.* potest illud retineri & urgeri, nihilominus & aliud simul adhiberi. Nec assumptione alterius abdicatur aut admittitur prius, *prout inter Decisiones nostras part. 7. decis. 166. reperies definitum per arresti petitionem jus retentionis non procedi.*

49 Sicut verò arrestum inducit regulariter litispendentiam, an etiam efficiat rem arrestatam litigiosam? quaeritur & disceptatur, verior ista mihi videtur opinio, quæ istum effectum arresto non tribuit, *quam prolixius tractat Colerus de Process. execut. part. 2. cap. 2. num. 463. & mult. seq.* Notum enim est, res non nisi uno casu fieri litigiosas, quando actio realis moveatur super rerum, quas reus possidet, dominio. *Auth. litigiosa. c. de Litigios. Novell. 112.* Personalis adversus rei possessorem instituta non facit litigiosam, l. 2. *& ult. dict. tit. Guid. Pap. quæst. 337. & 479.* sicut nec hypothecaria, licet in rem sit. *Fab. in Cod. lib. 8. tit. 24. de fin. 8. Neguzant. in tract. de Pignorib. 4. part. princip. num. 20.* Quanto minus ex arresto, quod primo arrestanti non tribuit de jure communi hypothecam, vitium litigiosi poterit contrahi. Ideoq; 51 manet debitori potestas dominii & dispositionis, dummodò eadem ad fraudem creditoris non abutatur. *Coler. dict. cap. 8. num. 474.*

52 Quia verò rebus arrestatis à iudice ejusq; ministro ea lex vel conditio imponi solet, ut ex isto loco vel foro, ubi arrestantur, donec finitur judicium vel relaxatio sit, non dimoveantur, aut licet non expressim apposita, tamen ex natura rei pro securitate actionis & judicii tacite inest, ut pro dicta haberi debeat, cum quoque effectum producit arrestatio,

reſtatio, ut durante arreſto in ejusdem præjudiciũ res arreſtata, niſi præſtitã cautione obligari, vendi aut alienari non debeat, non magis ac ſi pignus uni prius obligatum, deinde alteri obligetur, *Peck. in tract. cap. 35. num. 7.* non quaſi vitium huiusmodi contractum eſſet, ſed quia, ſi quidquid in damnum fraudemve litis & adverſarii geſtum eſt, pro nullo irrito & infecto haberi debeat, *uti in caſu plane ſimili ratiocinatur Faber in Cod. diſt. lib. 8. tit. 24. de fin. 5. in fin.* De quo eo minũs dubitandum, quod arreſto rerum, quia ſemper ſerẽ addi ſolet, ineſſe reputatur præceptum de non alienando, cujus is effectus eſt, quod impedit aut retrahit alienationes ex non probabili & à legibus approbatã cauſã factas. *Coler. diſt. cap. 3. num. 480. Or part. 3. cap. 11. num. 10.*

Verũ cum ille ſolvendo non eſt, id quaeritur, anne poſſeſſor tertius, qui emit aut aliũ bono titulo bonãq; fide acceperit, teneatur non reſuſo precio reddere? Id quod prioribus conſequens eſt. Prohibitio alienationis à iudice ex poteſtate legis facta, qualis ſemper arreſto ineſt, domini translationem impedit & rem afficit, *vid. Tiragrell de retract. convent. 31. gloſſ 7. n. 10. ſeq.*

Alius quoad iudicẽ effectus arreſti habetur, quod prorogat jurisdictionem illius. Unde ubi iuri arreſtandi locus eſt, ibi iudex fit, competens, & quidquid jurisdictioni conſequens, rectẽ ab illo adverſus arreſtantem aut res illius exercetur. Ita ut ceſſet non competentis iudicis exceptio, nec aliter quã iudicis ordinarii mandato non parens, ſic arreſtatus non præſtans, quẽ à iudice mandantur, pro contumace haberi debeat. Id quod in iſtis arreſtorum ſpeciebus, quẽ non nudẽ cautionis gratiã, ſed pro conſequendo debito legitime imponuntur, extra dubium eſt. Si etiam privilegio, ſtatuto & conſuetudine ius arreſtandi competit & exercetur ejusdem, idem eſt effectus, nec opus habet iudex arreſtans remittere arreſtatum, præſtitã cautione, ad forum ordinarium jure Lubecenſi expreſſius ita præviſum reperitur. *art. 12. tit. 12. lib. 5.* Per cuius diſpoſitionem introducta eſt talis prorogatio.

Quod de prorogatione juris hic ſcriptum eſt, aliter Imperii Conſtitutione de Arreſtis præviſum videtur, *Reichs-Abscheid de Anno 1570. 5. wann auch die arreſta. verb. Soll die Hauptsach/ darumb der arreſt angeleget/ an ordentlich Recht/ wie ſich gebühret/ aufzuführen remittiret/*

ret, und hingewiesen werden. Præscriptum hoc in Camera Imperiali & Judicio Aulico Cæsareo Supremis Imperii Romano-Germanici Judiciis servari solitum inferiora Statuum Imperii & his subdita Judicia imitari debere, multorum non absque sententia est. Ex qua proficiscitur, ut, cum Acta super arrestis ad Collegia Iudiciorum transmittuntur, juxta illam Constitutionem etiam quoad hæc pronuntiatio fiat, uti sæpius observavi. At quando non ubique idem receptum, sed moribus aliud invaluit, sæpius id fit cum immutatione & præjudicio juris dictionis. Quæ si aliter ante hac fuit exercita & prorogatio ejus per arresta in consuetudinem venit, non obstante illà constitutione, sic porro observari debet, cum nulla litera derogat moribus, qui in Provinciis Statuum Imperii invaluerunt, quin potius, ne ad anteriora pertineat, præcavimus R. A. in Regensburg de Anno 1594. §. und damit allerhand. Præterea promulgata tantum est de arrestis, quæ Status Imperii contra alium Imperii Statum irrogent, ut verba illius habent, & declaratio secuta est in d. R. A. de Anno 1594. §. Wey den Arresten seyn. nec illius tenorem ad alias terras, præsertim contra illarum leges & consuetudinem trahi necessitas est, sicut constat de multis. Leges Imperii quæ Status ipsos disponere, quæ illi quæ subditos suos aut alios ita in terris suis observare necesse non habent, imò & subditi, qui jurisdictionem habent, non observant, dum ipsorum legibus, moribus & institutis non derogant. Unde hac in re, præprimis præstandum & sequendum est, quod circa arresta in quoque loco obtinuit.

Ubi prorogatio jurisdictionis ex arresto non est in usu, ibi congrua est constitutionis imitatio, veluti quæ æquitatis multum habet, confusionem jurisdictionum præcaverit quieti atque concordie imperantium atque ditionum, imò & justitiæ vigori ex nullà re magis, quam jurisdictionalibus controversiis turbari solito consuevit. Et si verò sic alicubi recepta, aut alias observanda sit, attamen multas patitur exceptiones in præxi approbatas, idem bene notandas.

56 Primò tunc demùm remissio causæ ad forum fieri debet, si idonea cautio oblata fuerit, & quidem simul de Judicio sisti & judicatum solvi, sicut Constitutio Imperii de Anno 1570. in Speyer. §. wann auch die Arresta etc. etc. utramque cautionem & simul ejus oblationem, verò, auff angebotene gebräuchliche caution, requirit. Unde sequitur non facta

secundò obligatione istius arrestum non modò non relaxari, sed neccausam remitti. Qualitas verò cautionis in controversiam aliquando venit, sub qua arresta relaxari solent, expositum reperies infr. c. 25. Observes autem, quod, etsi aliquibus etiam casibus ob juratoriam cautionem Judex arresti relaxationem decernere queat, tamè ad illum effectum, ut causa ad aliud forum à loco, ubi arrestum decernitur, transeat, non sufficit, nisi Judex vel pars consentiat. Non quidem dicta consensio certam qualitatem cautionis requirit, sed convenientem, quod hinc caution nominat, quod videtur eam rem relinquere Judicis arbitrio, uti aliis cautiones sunt arbitrarie, attamen menti & fini sine dubio convenit, quòd idonea & sufficiens esse debeat, *ut exponitur illud verbum à Miquelano de Process. lib. 1. cap. 41. num. 1. & 4.* Quocirca non incumbit Judici causam à suo foro dimittere, nisi fidejussoribus vel pignoris factis cautum fuerit.

Secundò non est necessaria remissio, nisi petita. Si tantum oblata cautione arresti relaxatio rogata fuerit, nihil verò additum de remittenda ad aliud arrestati forum causà tacitè in iudicium, ubi arrestum imponitur, arrestatus consentire videtur, & accidit ex quadam istius voluntate prorogatio. Quæ non tantum expresso, sed etiam tacito consensu fit. *Ualdej. ad l. 1. num. 154. c. de Jurisdic. Paumass. de Jurisdic. lib. 1. c. 25. num. 16. seq.* Quomodo videas *Menoch. de Præsumpt. lib. 2. pres. 19. num. 6. seq.* Ex ea causa, cum pars non petisset, & tamen Judex pronunciaisset, cautione præstità remissionem causæ ad forum competens faciendum esse post appellationem interpositam in summo Tribunali Regio correctà est sententia, & sub jurisdictione arrestantis relicta. Quod multò magis obtinebit, ubi non tantum non petita est remissio, sed si etiam quidquam ad causam principalem pertinet in altero iudicio actum, *vid. de verb. act. loc.* Quemlibet actum sufficere concludit *Obrecht. in d. spec. 9. obs. 171. seq.* Addendum verò quod non præcisè petitio expressè necessaria sit, sed sufficiat declinatio fori, in quo arrestum imponitur, idè si exceptio fori opponitur, potè deinde fit, quia illa talem petitionem continet.

Tertiò eorum litium est, quod constituitur, quæ ordinariam processum exigunt, hæc ad executiva, quæ ceteris processus sunt, emendandum. In quibus remissionem cessare & tantum in eo, ubi arrestum

imponitur, soro executionem perfici convenit, *ubi reperitur demonstratum inter Decisiones super causis Tribunalis Regii part. 1. decis. 243. Idem tradit & exponit Mynner. dict. lib. 1. cap. 41. num. 5.* Convenit hoc Imperii Recessui in R. A. in Regensburg de Anno 1594. §. Damit allerhand.

59. Quartò, quod bene notandum, ipsa constitutio non complectitur, idè ab ea excepta sunt arresta licita. Ita eandem declaravit Recessus Imperii in Regensburg de Anno 1595. §. So viel die ungleiche Meynung: ubi indicatur primò dubitatio exorta de vero sensu prædictæ constitutionis, utrum ad illicita tantùm, an etiam ad licita arresta pertineat; Deinde exponitur, quòd non ad hæc, sed ad illa saltem referenda sit, verb. wollen wir / daß die constitutio arrestorum ad illicita arresta facti, quæ sunt propria auctoritate, sine cognitione causæ, die ihren rechten Eigenschaften nach wahre und in Rechten verbottene arresta genennet werden / zu verstehen / und ad licita de jure permitta arresta, welche ratione contractus confessari, rei judicatz, conventionis, pacti, transactionis, consuetudinis, privilegii, auch gewöhnlicher hergebrachtter Nachsteuer / Abzug / rechtmässig erlangten und gewöhnlichen Zolls halber sich zurragen möchten / nicht zu extendiren seyn. Tertiò, quæ licita vel illicita sint arresta, definit, de quo in hoc tractatu nostro in superioribus scripta videas. Hic saltem notes; quòd multi non observant, sed confundunt prerogationem jurisdictionis excludi ab arrestis illicitis, idè præstita cautione statim esse relaxanda, causamq; ad forum competentem remittendam esse. At inesse licitis arrestis & de iis justè proferri, quæ superius sub num. 44. scripta sunt, quem non neminem arguisse ex Actis reperi, quasi contrariarentur Imperii Constitutioni, in cujus verba multum ille confidebat & putabat, non attendenda esse, quæ in contrarium scriptæ erant. Sed vel ignota, vel non intellecta, vel improbè celata fuit declaratio, quæ in allegato §. und so viel die ungleiche Meynungen. dict. R. A. de Anno 1594. Illa manifestè ostendit prerogationis effectum in licitis arrestis, de quibus sub capite hoc 15. mea est sententia.

60. Quintò aliam exceptionem valdè notabilem adjicit eadem Constitutio de Anno 1594. §. Ob auch wol ferner in Zweifel. nempe quando non Status Imperii contra statum ejusdem arrestatione utitur, sed Juxta

der vel Magistratus ad instantiam partis alicujus pro ipsius interesse, seu quando causa, quæ ad ipsum deferretur, ratio exigit, illud decernit, so don einem Richter/ Magistrat oder Obrigkeit/ welche von einer dritten Person/ als einer Partey/ pro interesse suo, Kempt und Obrigkeit haben angeruffen werden und belangen. Ex quo manifestum, quod arresta, quæ pro jure impetrando in judicio ad partium instantiam decernantur, et sub constitutione illa, quæ prorogationem jurisdictionis ab arrestis excludere videtur non comprehensa, uti habent istius verba: *Esse auch nicht dasir zu halten/ das solcher Fall in der Reichs-Constitution von Arresten versehen. ita relicta sunt juris dispositioni. Quæ juxta quæ prorogationem indicatur, dum aliud in his quàm in cæteris servandum, idè remissionem causæ non necessariam esse ostenditur. Tantum hoc juxta ex eodem §. observandum, ut non promiscuè ad omnia arresta, sed quæ juxta §. præcedentem iusta sunt, pertinere putetur, uti ad illum se aperte refert & restringit.*

Sextò arresta in causis, ex quibus forum alià ratione competens est, arrestatum dubio procul foro subiciunt, idè remissionem ad aliud forum non modò non necessarium sunt, sed etiam invitâ alterâ partem, factam injustam faciunt. Haud verò arresta tunc propriè jurisdictionem prorogant, sed tantum causant, ut, quæ aliàs competens est, certa atque secuta fiat. In ejusmodi casu à contraria sententia interposita appellatione in supremo Tribunali Regio putavimus cautione præstitâ quidem arrestatæ pecuniæ relaxationem justè fieri, at non remissionem rectè decerni debere, sed illam corrigendam & foro arresti licet appropriandum esse, *vid. dict. decis. 242. part. 1.* Si itaque propter contractum in eo loco initum, si propter delictum ibi commissum, si propter administrationem vel negocia & munia alicubi gesta, si quia vagabundus vel fugitivus est debitor, forum competens redditur, non tantum ut ibi de istis respondeatur, arrestum justè irrogatur, sed ejus prosecutio & causa principalis ad idem forum pertinet. Idem sentiendum & servandum de quibuscunque aliis causis vel modis, ex quibus forum sit competens. Constant mihi exempla, post impositum arrestum rejectæ petitionis de remissione ad forum ordinarium seu domicilii, oblata licet idoneâ cautione, ubi debitor semet obligaverat, quod in quocunque foro respondere, seu conveniri velit. Similiter aliquan-

do cum exceptioni & privilegio fori renunciatum reperiebatur, non-
attenta ista iussus est in causa principali sub poena contumaciae respon-
dere, Nihil in his factum, quod non juri congruum.

62. Septimò remissio causæ ad forum competens post arrestum, in ca-
sibus non exceptis restricta est ad causam principalem, juxta Constitu-
tionem in Speyer de Anno 1570. §. Wann auch die arresta. verb. soll
die Hauptsache darumb der arrest angelegt/ an ordentlich Recht/ wie sich
gehört/ auszuführen remittiert und hingewiesen werden. Quod ex-
tra causam principalem est, & ipsum arrestum concernit, pertinet ad
iudicium, cuius est de illius validitate & iusticia cognitio, veluti si de
expensis, datanis, deterioratione rei arrestatæ, interesse & similibus ar-
resti accessionibus agitur. *Roding. in Pandect. cameral. lib. 1. tit. 11. §. 8.*
Ita oportet quæ remissionis necessitatem aut effectum prorogationis di-
scernere, quæ sunt arresti, & quæ sunt causæ principalis. Paulò proli-
xius hæc exponere volui propter multam variamq; litem, quæ sapide
de effectu arrestorum, quæ est in jurisdictionis prorogatione, exoritur,
in qua propter non satis perspectas aut intellectas Imperii præfatas con-
stitutiones non leviter sapiens enatum, & jurisdictionibus præjudicia-
iuncta esse scio. Ad quæ impuiterum averrenda non parum prode-
rit, ex his tum verum Constitutionis sensum, tum ejus usum & praxin
intellexisse.

63. Effectus arresti quæ tertium, penes quem persona vel res arrestata
existit, ex obligatione, quam arrestum infert, idè quæ eandem limi-
tat. Eousque iste arresto simul sit obnoxius, quatenus per illud obstrin-
gitur. Diversa autem ista est. Et quidem quantum ad personam arre-
statam, aut cum arresto hujus, illi, penes quem aut in cujus ædibus com-
moratur, aliqua istius injungitur custodia, uti aliquando fieri solet, aut
nihil ipsi mandatur, sed impositio consistit intra terminos mandati ad
arrestatum. Injuncta custodia aut recipitur aut recusat. Recepta
obligat ad faciendū, quod à diligente custode fieri potest, ne arrestatus
elabatur, & requiritur in eo non dissimilis fides atque vigilantia, quàm
quæ in custode carceris, cui talis sit similis, intelligitur recepta, quando
non recusat. Silentium subjicit obsequii necessitati, cum, cui injun-
gitur, acquiescit. Si nolit obstringi, oportet eum vel appellare, vel
procuratori, & causas, cui custodiam recipere non debeat, allegare.

Obligat

DE ARRESTIS.

Obligat iussus Judicis ad obsequium, si non causa adest, ob quam, qui jubetur, obsequi non tenetur, & ob eam declaratur tum indebitum, tum animus non recipiendi. Utrumque requiritur. Non recepta custodia & recipi debet, (cui enim debet, nihil valet contradictio) non tenetur tertius, nisi ad bonam fidem, seu ut nihil faciat, quo arrestatus evadat. Si quid vi aut fraude factum fuerit, quo arrestati non sit copia, faciens tenetur ad id, quod interest non evasisse, locumq; habet ex similitudine rationis, quod habetur in *l. 1. C. res. sit. ff. ne quis cum, qd in jus vob. C. tit. de eo, per quem fact. Cc.* Sine facto suo improbo nulla ratione tenetur aliàs, qui scit tantum evadere alium, & non revelat, nec enim ea est ad hoc obligatio, quæ subjiciat condemnationi ad damnum.

Quod rem arrestatam attinet, arrestum tenentem obligat, tum ad 64 non reddendum ei, cui aliàs restituere tenebatur, contra cujus petitionem exceptione arresti seclusus est, ex necessitate obsequii arresto debiti, tum ad custodiam. Instar sequestri vel depositarii is habet, & ad eam curam atque diligentiam tenetur, quam iste præstare debet, *uti hoc expeditur infra cap. 22. num. 20.*

At ille effectus arresti non extendit semet ultra securitatem actionis. 65 Quæ habita non impedit jus domini, curam, custodiam, administrationem & alia, quæ rem salvam præstent. Is, apud quem bona arrestantur, in his non resistere potest Dominis, quatenus sine præjudicio arresti quid faciant, nedum contra eos jus ultra habent. Observa hoc in tali specie, quæ aliquando occurrit; Creditor debitorem hypothecariâ actione ad solvendum aut ut in bona hypothecata immissio fieret, compellabat, quando autem ante institutam actionem creditor creditur arrestum obtinuerat, inhibita debitori solutione, hic exceptione arresti semet defendere intendebat. Rejecta verò illa non modò, sed etiam ita pronunciatur, ut non attento arresto pecuniam exsolveret, aut immissio fieret, hoc pro arresto saltem tantum, ut eo durante pecunia non creditori solveretur, sed in judicio usque ad super isto causam finitam deponeretur. Quod si verò solutio à debitore non fieret, tunc non eò minùs immissio fieret, salva contra bona arrestanti actione, & tantum præcauto, ne ei præjudicium fiat, quod Judicium prudentis atque dexteritati relictum est.

Observandum quippe circa hæc & similia, quod arrestum tantum 66

impetranti consilere ex vero minimè illi, penes quem imponitur, pre-
desse debet. Idè non permittendus obtentus arresti contra jura cre-
ditoris vel deponentis, vel alià ex causà bona sua, quæ arrestantur, pe-
nes alium habentis. Circa quæ si quid arrestatus facere aut statuere ve-
lit, quod sine præjudicio arresti aut detrimento impetrantis, seu sub
quo finis istius integer & incorruptus erit, haud in eo debitor vel deten-
tor obstabit, quatenus ex eo nullum istius periculum erit. Regula Ju-
ris, quòd exceptio de jure tertii nemini proficit, ad arresta etiam perti-
net, & ex iis juvari non debet, apud quem arrestatio facta fuit. Non
infrequens est, debitores aliorum ob arresta secum injuncta gaudere,
& quòd iusta interim facere opus non habeant illicere, prolixè liti cau-
sam dare. Frustrà, si jam dicta observantur. Reperta in fraudem cre-
ditoris collusio non modò remedium, sed etiam poenam meretur.

CAPUT XVI. De Prosecutione Arresti.

SUMMARIA.

1. **P**rosecutio arresti in eo iudicio fieri debet, ubi hoc est impositum.
2. *Juris Lubecensis de eo dispositio.*
3. Remissio aut advocatio cause ad forum competens in causis arresto-
rum non obtinet.
4. Non diu differenda arresti prosecutio.
5. Provisio de hac re *Juris Lubecensis.*
6. Ubi statutum vel mores terminum non prescribunt, à Judice
presigendus est.
7. Judice remorante causam arresti, à superiore roganda relaxatio.
8. Terminus prescriptus stricte observandus.
9. Impedito non currit tempus.
10. Anticipatio termini libera est arrestanti, nisi arrestati eam non
fieri intersit.
11. Prosecutionis preliminaris ex Jure Saxonico referuntur.
12. Praxis fori Lubecensis.

13. Solem-

13. Solemnia prosecutionis *strictissime servanda.*
14. Renovatio arrestorum anticipari nequit.
15. Arrestum relaxatur non observatis terminis à statuto prefixis.
16. Forma prosecutionis lege vel consuetudine recepta, præcisè observanda, nec per equivallens adimpletur.

Non sufficit arrestum semel decerni, sed præterea necesse est, ut eiusdem legitima fiat prosecutio. Id verò in eo iudicio fieri regulariter debet, ubi impositum fuit arrestum, quod clarius ordinat Ius Lubecense *artic. 12. tit. 12. li. 5.* Es müssen die Besetzung oder Arrest in und mit dem Gerichte darinnen sie geschehen / verfolgt / ausgeset oder gefreget werden. Nec enim, ubi arrestum jurisdictionem prorogat, licet revocare domum, utut præstita fuerit satisfactio, nec iudex arrestati ordinarius remissionem petere valet. Nec est in arbitrio iudicis, an remittere velit, penes quem non est invitâ alterâ parte, à statuto vel consuetudine recedere, aut jurisdictionem suam ei, qui invocatur, & cui debetur, non impertiri, *uti circa arrestum decisum videbis in s. Tribunalis Regii part. 3. decis. 267.* Peræquè si ex causa debiti debitor fugitivus vel de fuga suspectus captus fuerit, non remitti debet ad iudicem primum, sed causa, ubi detentus, agitari & decidi. *æ ppen. illustr. quæst. 29. num. 27.* Ne id nimis diu differatur, & in loco incommodo creditor detineatur, vel rebus suis noxiè carere cogatur, statutis multorum locorum salutariter provisum reperitur, ut arrestans in certo termino arrestum prosequatur. Veluti Jure Lubecensi sic statutum, distinctim tamen: Siquidem arrestum sub cautione fuerit relaxatum, arrestans intra quatuor hebdomadas tenetur prosequi, *muß der arrestant innerhalb 4. Wochen im Gerichte erscheinen / seinen arrest verfolgen / ne habeat verba artic. 2. tit. 12. lib. 5.* Nullâ verò relaxatione factâ, cum persona vel res, ut persona coram iudicio se sistat, arrestatur, eâ parte desungi oportet proximâ post impositum arrestum Juridicâ, *artic. 5. tit. 12. verb.* In dem Fall soll der arrestant seinen arrest den nächsten Rechts-Tag verfolgen. Ordinatione Summi Tribunalis Regii *part. 3. tit. 3. 6 artic. 5.* terminus sex septimanarum prosecutioni arresti præfixus est, quod statuto vel moribus eantem exstat, præcisè sequendum erit. Stylus cujusque curiæ pro lege & contra eundem factum ipso jure nullum est.

est. *Barcol. in l. de quibus, n. 10. ff. de Legib. Bald. in l. fin. c. qua se long. consuet.* Ubi tamen quid jure vel moribus non præscriptum reperitur, ad Judicis officium pertinet parte rogante, aut etiam ex officio terminum prosecutioni præfigere, cujus eadem vis erit atque à lege determinati. *Caroc. de sequest. part. 3. quest. 11. n. 1. in fin.* Ex hoc remedium est ei, qui vel cujus bona arrestantur, ut ad illius implorationem mandetur, intra certum tempus præfixum prosecutio sub comminatione aliàs faciendæ relaxationis. Quo mandato impetrans ad illam arctatur, & eo non comparente vel prosecutionem differente, non differtur relaxatio.

Fit sæpè arrestatio eo consilio, quo illorum tædio & molestiis arrestati ad transigendum vel faciendâ non jussu inducantur. Idèd post impetrata litem protrahi, incommoda arrestorum intendi & augeri. Cui malitiæ Judex indulgere non debet. *l. in fundo 38. ff. de rei vindic.* Quomodo impetranti hoc beneficium contingit, ut per arrestum eò citius securiusq; jure suo potiat, ita eò ad vexandum affligendumq; adversarium abusi permittendus non est. Sicut illi proficit processus executivus, ita vicissim celerrimè ipsam jura sua deducere atque prosequi æquum est. Quod si in eo moras necti deprehenditur, non iniquus erit Judex, si non tantum monebit & jubebit in processu decenter progredi, sed si eo spreto arrestum relaxat, & impetrantem ad ordinarium processum, quem amat, remittit.

In quæstionem autem venit, utrum necessarium sit arrestato prius mandatum rogare de prosequendo, aliàs sine discrimine arrestum infinitum obstat ac impediât? Nimis durum foret ita sentire, præsertim ubi remedii istius aliqua difficultas & incommoditas erit, cui ob alterius negligentiam alium subicere iniquum. Discernendum putavimus, annon multum tempus post arrestum elapsum sit, an aliquantò longius. Intra modicum tempus omisâ prosecutione ad relaxationem non procedendum, sed arresti ratio idèd illius, qui sibi id obstaculo esse nolit, necessitas habenda, ut curet ad prosecutionem terminum præfigi, post illum demùm arrestum relaxari. At ubi prolixiore tempore ea facta non fuerit, sic ut arrestum desertum aut præsumi aut conseri debeat, existimatum ex eo, arrestato nullum imposterùm impedimentum & Judici integrum fore eò non attento jus dicere. Haud qui statim
non

non prosequitur, quæsi potest de arresto polihabito, dum ille negligit, qui de sua tantum negligentia queretur. Non tantum considerandum est, quod impetravit, sed etiam quod facere oportuit. Negligentia sua cuique, non alii nocere debet. Est statutum vel consuetudo certum prosecutioni terminum non præscripsit, tamen æquitas hoc exigit, ut arrestum prosequatur, aut vero Judici relaxare vel remittere integrum sit. Cujus arbitrio juxta circumstantias relinquendum, quando negligentiam & exinde æquitatem non amplius attendendi arresti æstimabit. Præsertim ubi diu silente eo, qui arrestum impetraverat, tertius saltem ex isto semet contra justam petitionem tueri intendit, ejusdem ratio nulla habenda, exceptione de jure tertii sumptâ, quæ alium non defendit. Haud difficilis debet esse Judex ad liberationem arrestati, cum in prosecutione sumora. Quæ impetranter malâ præsumptione onerat, & æquam istam facit, cum negligens sibi imputare debeat, si propter suam negligentiam arresto non fruitur. Quod si Judex eam æquitatem neget aut protrahat, impune debet esse arrestato, si discedit, autorem arrestatum subtrahit. Id quod post lapsum termini legalis permissum creditur, sine ulteriore Judicis veniâ. Non dissimilis ratio est termini à Judice præfixi. Haud tamen suaderem ad id properare, nisi præviâ protestatione. Securius erit superiorem adire. Cum Judex, qui arrestavit debitorem vel bona ejus, post implorationem moram faceret, incitando partes ad disputandum super justitia vel injustitia arresti, arrestatus tanquam libertate spoliatus potest à superiore petere & impetrare relaxationem arresti. *Coler. de Process. Executiv. part. 3. cap. 7. num. 25.* Alterque terminus tam legis quàm Judicis exactissime observandus est. Si arrestum impetrans cum præterlabi patitur, veluti cum statuto aut emanante Judicis præcepto, ut proximâ post decretum arrestum Juridicâ persecutio fieri debeat, id differtur in remotiorem, arrestatus liber est & ab arresto relaxandus, uti *infra cap. 17. prolixius declarabitur.* & *Jure Lubecensi dist. artic. 5. cautum verb.* *Unter des richt. so soll der arrest durch die Gerichte. Herren so gelassen werden.* siq; ejus declaratio à Judice, additâ condemnatione impetran-
 tionis in appensâ sit dampna. Nisi forte ex justâ causâ arrestans proroga-
 tionem impetraverit, aut notoriè sit impeditus, ut nihil ipsi, per quem
 id non fiat, imputari queat, tunc enim non currit ipsi terminus, nec Ju-
 dex

dex negat dilationes, *Peck. de Jur. sistend. cap. 38. num. 6.* sicut & hoc concedit Jus Lubecense *dict. artis. 2. in fin.* Es wäre denn/ daß er wegen vorfallender Ehehafft Gerichtliche prorogation erlangen würde. Incumbit verò impetranti petitio prorogationis ante terminum, aut post illum restitutionis in integrum, cum allegatione & demonstratione impedimenti seu justæ causæ. Præterea notandum, pertinere, quæ de termino præcisè observando scripta sunt, ad ea saltem arresta, quæ pro credito consequendo, vel personâ, ut se judicio sistat, astringenda imponuntur, sicut Jus Lubecense in his terminis loquitur, secus se habet, ubi alio fine facta sunt arrestatio, veluti ut cautio debita præstetur, vel ut iudicato satisfiat, vel ne res aliena vel alteri hypothecata alienetur, similive ex causâ, tunc secus sentiendum, nec prosecutionis ista requirunt celeritas. *Vid. Vultej Consil. Marp. 36 n. 51. per tot. vol. 4.* Præsertim in iis speciebus, ubi arrestum imponitur pro executione ejus, quod sine lite vel processu statim fieri debet, atque sic non per arrestantem, sed arrestatum stat, ne fiat, mora ipsi sua, non arrestanti imputanda est. Quod si is, qui debitorem arrestari curavit, anticipare velit terminum, & citius causas arresti proponere non repellendus erit, quidquid alii sentiant, dummodò aliàs dies illa juridica sit, nec arrestati, legis vel iudicis terminum expectari quidquam intersit. *Peck. dict. tractat. cap. 37. numero 8 Moller. 4. semestr. cap. 11. numero 1 seq. Rauchb. part. 3. quest. 3. num. 9. & 20.* Id enim generale est, quod terminus quilibet ad agendum præfixus parte ad id vocatâ licitè præveniatur. *Blarer. ad L. Diffamari cap. 6. num. 125.*

II Prosecutionis multis in locis singularis est sollemnitas. Veluti ex Jure Saxonico sic constitutum est, & frequentatur, ut creditor statim atque arrestum impetravit illud in tribus juridicis terminis, vel tribus quaterdenis, *in dreyen vierzehen Tagen* / de una ex illis in aliam prosecuatur & renovet. *vid. Novell. Constitut. August. 29. part. 1. ib. Dan. Moller.* Et in prima quidem, creditor præmissis præmittendis post modum facti recitationem petit sibi arrestum concedi, & Judex facietur & permittit arrestum, in quantum de jure & actis publicis insinuari juber, communicando simul creditori ad ejus instantiam arresti ica comprobati testimonium. Ea petitio in altera quaterdena repetitur & renovatur, recensito, quid in prima actum, renovato sic arresto, ut dicat se cum

cum hac petitione renovare velle, rogato simul iudice, ut sibi de qua-
 sita renovatione primi arresti recognitio detur. Postea in tertia summa-
 riè prior petitio arresti renovatur repetitis, quæ antea acta sunt, & obla-
 to simul libello arrestatorio. De qua forma Judiciorum Saxonie plu-
 ra legas apud *Coler. de Process. Executiv. part. 3. cap. 8. num. 41. & seq.*
& cap. 11. num. 80. Quæ sit ratio istius solennitatis, notat *dict. cap. 8. 12*
num. 52. Imitatur eam constitutionem praxis fori, ubi Jus Lubecense
 exercetur. Similis enim renovatio arresti, quam den *Auffbott* voca-
 mus, tribus vicibus, nempe semet proxime in sequentibus Juridicis, so-
 lennis & usitata est, quod vocamus den arrest auffbieten und den *Auff-*
bott. In tertia rogatur in jus vocatio personæ arrestatæ, aut quæ pro ea
 de iudicio sibi cavit, ad audiendam actionem & opponendas, si quas ha-
 beret, exceptiones, *die arrest oder Kummerlage anzuhören.* Non desi-
 derat ea renovatio scripturam, sed nudâ recitatione aut exhibitione
 prioris Protocolli contenta est, *Coler. dict. cap. 8. num. 80.* nec citatio-
 nem partis adversæ requirit, sed sufficit eam post trinam renovationem,
 sicut jam dictum, citari. *Coler. dict. tractat. part. 3. cap. 7. num. 75. &*
seq. Hæc verò tres Juridicæ ad eam exactè servandæ sunt, ut nec in unum ¹³
 terminum peremptorium converti queant, adeò, ut si in primo vel se-
 cundo termino arresti creditor simul offerat libellum arrestatorium,
 arrestum non valeat, sed ulteriori renovatione opus sit. Quia ejusmo-
 di tres Juridicæ favori debitoris datæ videntur, ne ejus bona tam subi-
 to reali arresto constringantur, is irretractabili ignominie exponatur,
 & tempore nimis coangustetur, cum observatis legitimis terminis in-
 terim de mediis solutionum posset esse sollicitus, *uti in terminis sen-*
tunt Coler dict. cap. 8. num. 83. Reinb. Rosa ad Dan. Moller Constit. Sa-
xon. 29. part. 1. num. 1. Benst. ad L. admonendi. num. 908. ff. de Jur. jur.
 Quà de causâ etiam si ceteriori aliquo die renovatio petatur, non potest ¹⁴
 in præjudicium debitoris valere, nisi arrestatus consentiat. *Reinh. Rosa*
in addit. ad Dan. Moller. in Constitut. Saxon. part. 1. const. 29. num. 6.
sub fin. ubi 300. Lipsienses & Vitebergenses sic judicasse refert. Sic
 enim aliàs obtinet: quoties certi termini & tempora sunt subordinata
 & determinata, illa sic observari debent, nec illis aliquid potest addi vel
 minui. *Bald. in l. qui semel. n. 17. & quomod. & quand. Jud.* Ita si ex- ¹⁵
 cedatur terminus à statuto vel à iudice præfixus, licet vel uno saltem

die, postquam reo inde ius quæsitum est, arrestum ipso iure relaxatum, cum nec in minimo terminus ille negligi debeat. *Ruchbar. part. 1. quæst. 3. num. 2. & seq. Coler. dict. cap. 8. num. 50. & seq.* Semper verò forma prosecutionis à lege, statuto aut consuetudine præscripta præcisè & ad unguem servanda est, nec potest recipiens adimpleri valet. Ideoq; si quid ex ista neglectum fuerit, arrestum pronullo habetur atque pronunciari debet. *Coler. dict. cap. 8. num. 50. Ruyg. Rat. de Commission. & Commission. part. 4. lib. 4. cap. 6. num. 37.* Nec tantum quà arrestatum, sed etiam quà fideiussores ejus, sub quorum fide relaxatio impetrata fuit. *Caroc. de sequestr. part. 2. quæst. 1. n. 1. in fin.* Ubi statutum vel consuetudo prosecutionis solennis nulla recepit, sufficit nuda petitio adjudicationis citato arrestato, & post illam præfixio termini, in quo ipse respondeat, aut iudicium arresto congruum patiat. In quo directio pro re natà seu qualitate causæ iudicis arbitrio relicta est.

CAPUT XVII.

De Processu prosecutionis Arresti.

S U M M A R I A.

1. **T**riplex Processus circa arresta species observanda.
2. *Quæ iudicis partes, si arrestandus statim arresti iniquitatem & iniustitiam ostendit.*
3. *Quis in iudicio arrestatorio actor vel reus.*
4. *Agens impulsus ab alio rei partes sustinet.*
5. *Arrestantis partes in prosecutione arresti.*
6. *Subditus potest etiam citari, cum versatur extra iudicis territorium, nec opus est literis subsidialibus.*
7. *Non subditus non potest citari sine literis mutui compassus.*
8. *Arresta non sunt impedienda, sed potius adjuvanda.*
9. *Casus, ubi iudex requisitus subsidiales admittere non cogitur.*
10. *Cautela pro eo, cuius subsidiales non admittuntur.*
11. *Non est iniuriosa iudicis decreti sui correctio, ubi illud subsistere non posse deprehendit.*

12. *Ubi*

13. *Ubi sic est iusta causa iudex rogatus subsidialibus deferre recusatur locus est edictali citationi.*
14. *Ut & denunciationi.*
15. *Litera denunciatoria ex consuetudine vim citationis sortiuntur.*
16. *Effectus denunciationis.*
17. *Insinuatione denunciatariorum literarum extra territorium alterius jurisdictio non violatur.*
18. *Citatio ad totam causam de jure valet.*
19. *Ejus vis & effectus.*
20. *In denunciatione necessaria sunt, quae ad citationem requiruntur.*
21. *In prima termino, ad quem arrestatus citatur, causa arresti proponi debet.*
22. *Quomodo actio in causis arrestorum instituenda.*
23. *In executivis qualisqualis petitio loco libelli est.*
24. *Arrestum ante omnia iustificari debet & quare.*
25. *Ob contumaciam actoris vel rei quomodo in causis arrestorum proceditur.*
26. *Relaxatio arresti & impositio perpetui silentii quomodo imponenda.*
27. *Qualis processus in causis arrestorum observatur.*
28. *Arrestum non facit peculiare iudicium, sed est saltem iudicii qualitas.*
29. *Quatenus Processus arrestatorius ordinarius sapere dicitur.*
30. *Stylus curiae, ubi arrestum imponitur, circa prosecutionem attenditur.*
31. *In iudicio partes quasi contrahunt & legibus fori se subiciunt.*
32. *In favorem peregrinorum peculiare iudicii genus receptum.*
33. *Terminus in gratiam rei abbreviatus ubi non servatur, non pracludit ipsam defensionis.*
34. *Dilationes recte spernuntur ab his, quorum favore indulgentur.*

35. *Dies prosecutioni præfixus ab arrestante præveniri potest, ubi arrestati nihil refert.*

36. *Terminorum anticipatio quatenus permittitur.*

37. *Judicis officium circa arrestorum processum.*

Sequitur, ut videamus de Processu, qui circa arresta movetur. Hujus triplex diversa species est, quam quæ ea, quæ litis sunt, discernere oportet. Vel enim, antequam decernitur arrestum, de ejus impositione facienda contenditur, vel postquam impositum est, tunc vel de eo relaxando, vel de exequendo, quid arresti est. Prima species evenit, quando arrestum petitur, vel quia ante impositionem Judex partem citat, uti fieri solet, ubi nullum est in mora periculum, vel etiam pars molimen adversarii resciscens maturè se opponit & demonstratione iniquitatis vel injustitiæ prævenit, & hoc ipsi relinquitur integrum. Potest quippe arrestandus impedire arrestum, si statim velit docere de jure, quod impositionem excludit. *Caroc de sequestr. part. 3. quæst. 24. in fin. Boer. decis. 172. num. 2.* Quo facto Judex summaria causæ cognitione, an sit arrestum imponendum, explorat, atque statuit, sine ea non impositurus, nisi injustè, nec aliter, quàm ubi petitionem congruam & fundatam reperit. In quo examinanda sunt, quæ superius circa justam arresti impositionem exigimus. Hoc tamen omninò cavendum, ne sub illa lite vel cognitione in casum decernendi arresti arrestandum subtrahatur, siue persona, siue res sit. Nec enim quidquam innovari aut deterius petentis conditio cœptâ lite reddi debet. Duplex pro hoc remedium Judex adhibet. Aut enim jubet semet opponentem eoque cavere, donec de imponendi jure statuatur, aut verò provisionale mandatum de non discedendo, transferendo vel mutando ad istud usque tempus decernit. Ut quis non vult interea obnoxius esse, ita securitatem in eventum præstare aut ejus remedia pati debet.

Altera species ex arresto litis est, ubi post impositum arrestum arrestatus de injuria ejus queritur, & cessationem seu relaxationem petit. Ad quam devenitur, ubi vel istud plane injustum aut nullum est, idè revocari debet, vel cum valet quidem, sed ex justa causa relaxandum, de cujus causis videas sub *cap. 25. per tot.* Et ad hunc referendum est, quod habetur sub hoc capite *num. 2. & 3.* Quæis addas scripta à *Carocio in tr. de sequestr. part. 5.*

Tertia

Tertia species Judicii ob arrestum est ejus persecutorii, quod ad prosequendum istud tendit, quò impetrans ejus sine potiatur. Quam exponemus sub hoc capite.

Arresto per eas renovandí species, de quibus superiori capite actum fuit, confirmato aut aliás, si consuetudo tale nihil observat, in præfixo termino, ab eo, qui arrestum impetravit, causa arresti agenda est. Dubium hic movet *Petr. Beckius in sæpè dicto tractatu de Jur. sistent c. 36.* quis sit actor vel reus. Etsi arrestatus sæpè prior provocat ad judicium, petens arresti facti causas allegari & illud tanquam perperam imposi- tum condemnato juxta in impensas & damna reo, cassari atque in eo articulo agere videatur *l. in tribus. ff. de Judic.* quia tamen non nisi compulsus pro defensione sua nititur, dum petit revocari eam manus injectionem, inq; id provocatus est, verius pro reo habetur. *l. pupillus. §. 1. ff. de reb. autor. Jud. possid. Dec. in c. intelleximus num. 9. de Judic.* Agens enim impulsus ab alio rei sustinet partes. *Angel. ad l. non cogendum. §. qui Procuratori. ff. de Procurat.* Sic quà eum, qui arrestatur, sentit *Carocius in tr. de sequestrat. part. 3. quæst. 18.* Qui arrestum impetravit, causam dat debitori, ut de iniquitate queratur, ipse verò illum in jus eà vià protrahit, idèò actor reverà est, ideoq; non debet expectare rei querelam, sed in termino à statuto, consuetudine aut Judice præfixo libellum arrestatorium adferre, & citationem rei arrestatæ, si præsens non sit, (hic citatione non eget) petere, aut, quod in multis locis obtinet, saltem citationem rogare, ad audiendam arresti prosecutionem, non oblato illo libello, sed dilata actione in terminum, ad quem citatur reus.

Primum prosecutionis citatio est, quà, qui in persona vel rebus arrestantur, in judicium vocantur, ad videndum fieri prosecutionem, & respondendum iis, quæ arresti causà proferuntur. Quòd si ab impetrante simul libellus pro ista prosecutione porrectus fuerit, ad litium abbreviationem facit, idèò observandum, ut simul citato mittatur petitio, & jubeatur in primo termino sub contumaciæ poenà, si quas exceptiones vel causas se habere putet, cur sic procedi non debeat, proferre. Citatio verò, si arrestatus extra ditionem seu territorium Judicis arrestum decernentis degit, siquidem ille sit subditus & sub jurisdictione hujus domicilium vel bona aliás habeat, sicut aliis in causis, ubi reus

reus forum sortitur, ita & hic sine ullis literis subsidiariis fieri potest per nuncium aut literas, etiam in alieno territorio. *l. omnes 33. §. Executores 5. c. de Episc. & Cler. Wurmser. 1. Observ. Pract. 6. cap. 9. Gail. 1. observ. 50. num. 3. seq. Cyn. in l. 1. §. Praefides 2. ff. de requir. reis. Jason in l. ult. num. 24. ff. de Jurisdic. Wesenbec. Consil. 97. num. 3. Ceterum si nulla ratione subiectus sit Judici, directio illum citare non potest vi imperii aut jurisdictionis, quam in alieno territorio in alienam hominem exercere non licet, ideoq; subsidio juris seu literis mutui compassus opus est, sine quibus nemo ex alieno loco citatur. *l. solent 7. ff. de cast. & exhib. reor. Wesenb. dict. Consil. 97. num. 1.* At hoc medium in causis arrestorum solum est, *Caroc de sequest. part. 3. quæst. 20. m. fin.* ubi id vult adhiberi. Nec inanè, una enim jurisdictio per aliam adjuvanda est; *l. 2. c. de his, qui latron. vel al.* adeoq; requisitus juris subsidium omninò præstare tenetur, *Gail. lib. 1. de Pac. publ. c. 17. num. 32. Wynsing. Centur. 3. Observ. 8. Covarruv. Pract. quæst. 10. num. 3. a Judice superiore, si gesser, non modò compellendus, Bartol. in l. à Divos. §. sententiam. num. 5. ibi Jason num. 19. Alexand. num. 14.* sed etiam à parte per eam negligentiam læsà ad omnia damna rescarcienda conveniri potest, *Bald. in l. fin. in fin. ff. de var. & extraord. cognit. scharff. Consil. 79. num. 4. Gent. 1. Rhoming. Consil. 27. num. 17. vol. 1. & Consil. 8. num. 16. vol. 2.* nec ad ejus partes pertinet de justitia vel iniquitate ejus, quod facere rogatur, judicium suscipere aut sibi sumere, sed si citandi, quod arresto opponunt, habent, ad disceptationem de eo partes remittere. Est enim Judicis cujusque de eo cognoscere & statuere, an fuerit jurisdictio, *l. 2. l. 5. ff. de Judic.* inquirere, ad Judicem requirentem remittere debet, *Bartol. in d. l. à Divos. in princ. num. 4. surd. Consil. 405. num. 6. & mult. seq.* Quomodo autem in talibus nemo jus dicentium, quod suæ jurisdictionis est, turbari atque impediri vult, ita quoque alteri impedimento esse non debet, quod facto non aliis tantum, sed exemplo quoque sibi perniciosum est. Si enim arrestorum est potestas, ut illa per orbis consuetudinem jus imperii reddita sit, utique istis non turbandi debitum sequitur. Nam si promiscuè oppositio vel impeditio illis, sub quorum ditione arrestati sunt, permitteretur, vis illorum evanesceret, & quæ ceteros ista fient inutilia. Id quod nec volent Imperantes, nec ex usu mundi foret. Commericii humani valdè refert vim suam arrestis constare,*

Potest

Potest tamen accidere, ut Magistratus ejus, qui vel cujus res arrestatur, causam rationabilem habeat, cur arrestum alterius Judicis in suum subditum vel civem exercitum non approbare queat, ideò subsidiales non admittere, imò contradicere opus habeat, veluti si quid fiat in præjudicium suæ jurisdictionis, vel contra libertatis beneficia, privilegia, jura subditorum, quorum defensio vel conservatio imperantibus incumbit. Quorum gratiā evocationibus & arrestationibus illorum intervenire consueverunt, tum protestationes & contradictiones ad Judicem arrestantem mittendo, tum arrestatis, ne compareant aut quidquam ob arrestum alibi agunt vel tractant, interdicens. In quo si ratio iusta adest, haud succensendum, quòd jurisdictionem alienam cum suæ præjudicio vel suorum incommodo non adjuvant.

Hoc verò non perinde dijudicatu facili, quid oppositione facta seu subsidialium respectu denegato conveniat? Citius inter vicinos ad contentiones & gravia dissidia inde ad turbas devenitur, quàm ut ea res facilem felicemq; exitum habeat, nemine lubenter credente unoquoque pro se contra alium nihil non moliente. Existimo circa providentiam tanto magis necessariam, quanto periculosior est in eo error, discernendas esse tres has species diversas. Aut enim evidens est, adesse rationis aliquid, cur arrestati superior arresto repugnet: aut de eo superest dubitatio: aut verò sine causa & ratione illum refragari apparet. In prima convenit ei, qui sibi suæq; jurisdictioni præjudicatum idcirco arrestum non tolerandum putat, ejus causas Judici decernenti significari, tunc verò attendere & desistere, utrique causam illis malis & periculis non præbere, quæ ex contentionibus super jurisdictione enascuntur. Reperi non raro Judices adeo suæ semel conceptæ opinionis tenaces aut tali occupatos, quasi mutatio decreti aliquid pudoris atque despectus habeat, non considerantes, quanto plus ejus immincat, si frustra non modò isti inhaerent, sed graviorum incommodorum causa fiunt. Præstat citò desistere, quàm injuriam seu temeritatem gravius illucere. Excusabile nec improbum est corrigere, ad quod induxit patientium instantia & narratio. Persistere autem, ubi de ejus iniquitate vel injustitiâ constiterit turpe & non excusandum. Inepti sunt, qui in eo honoris punctum statuunt. Stulti, qui injuriam facere sibi honori ducunt. Injusti, qui honorem suum aliquem Justitiæ præferunt.

Cc

In altero

12 In altero casu dubia arresti iustitiae quæ jus seu interesse Magistratus, (quantum ex eo privatos attinet ad judicialem cognitionem idèd iudicium, in quo de arresto iudicatur, pertinet) vel decet utrumque Magistratum communicatis invicem rationibus inter se de eo, quod fieri debet, convenire, aut verò, si non convenit, ad Iudicem superiorem ire, qui de arresti jure decernat. Quomodo aliàs fieri solet, quando ad literas mutui compassus rogata denegantur. Non competet alterutri illorum eà de re iudicium, quod in propria causa futurum sit, *contr. l. un. c. Ne quis in prop. caus.* Persona autem vel res tamdiu remanebunt sub arresto, donec relaxatio à Iudice arrestante aut superiore fiet, quod obtinebitur faciliè cautione præstita, quæ causæ ipsi præjudicio non est, uti alibi scriptum.

13 In tertio casu Magistratum, qui rogatur, decet à contradictione desistere, & iusta præfractè non negare. Ubi tamen secus fecerit, in quaestionem venit, quomodo jurisdictio expediri & arresta impetrantibus pro illorum exitu consuli possit? Duplex remedium suppetit. Alterum ex edictali citatione: alterum ex denunciatione. Illa ut aliis in casibus adhibetur, ubi alia citandi ratio locum non habet, vel non proficit, ita etiam in causis arrestorum, quando literis requisitoriis seu subsidialibus iusta non impetrantur, adhibetur. *Caroc. de sequest. part. 2. quæst. 30. in fin.* Nota est praxis, quod arrestati sæpius per proclamata valvis templorum vel curiis affixa, aliquando etiam in templis è suggestu prælecta vocantur. Non fiunt quidem talia sine aliqua citationum contumelià ac incommodis, attamen ob talia cæteris paribus haud licet indignari Iudici arrestanti, sed oportet vel imputare sibi vel Magistratui comparitionem prohibenti. Cui dum quis obtemperare mavult, de alio queri non debet. Fortè objicies iniquum, quod dum quis superiori obtemperat, detrimentum pati debeat. At nulla iniquitas, ubi obtemperari non debet, potiorq; ratio habenda iudicii, cujus in ea re potestas existit. Tantò minùs quod arrestato inter sui & alterius Magistratus seu Iudicis contrarias voluntates irritò facilis extricandi facultas est, dum & prohibentis placito obedire potest ex eo demptam sibi comparitionis licentiam opponendo & ex arresto citantis decreto, sub protestatione, quæ ad istam pertineat, ne lædatur, de causæ meritis proferendo, prout is in talibus sibi prospiciendi modus solitus est, & sine præjudicio.

Alterum

Alterum in talibus remedium est ex denunciatione, cum non per
 modum citationis, sed saltem formula significationis arrestato intima-
 tur arrestum & instans ejus prosecutio, quo si ex isto additionem nolit
 maturè compareat, & quæ illi justè obistere queant, alleget, si minùs,
 iusta fieri expectet. Hoc moribus multorum locorum est receptum,
 ut literis denunciatoriis non requisito subsidio juris per Judicem arresti
 significetur arrestato alibi degenti, quò habeat scientiam impositi arre-
 sti & litis, inq; termino compareat, vel non comparens immisionem
 in bona arrestata patiatur. Et licet inde non astringitur persona arre-
 stati seu citati ad comparendum, effectum tamen habet distringendi res
 illius, quæ sub ista jurisdictione reperiuntur, ut Judex ad immisionem
 & adjudicationem procedere possit, quamvis ibi se non patiatur repe-
 riri. *Gail. dict. observ. 56. num. 4. Coler. de Process. execut. part. 2. cap.*
8. num. 6. Et quia hæc intimatio non est propriè citatio, sed quædam
 insinuatio & denunciatio litis, ut reo saltem innoscat, actorem super
 tali re in territorio denunciantis quæstionem movere atque actionem
 instituere velle, non potest ob eam illius superior tanquam de violata
 jurisdictione queri, aut ipse non competentis Judicis aut non legitimè
 factæ vel executæ citationis exceptione uti, *per ea, quæ tradit Gail.*
dict. observ. 56. num. 5. Haud eò minùs tamen inde arrestatus obliga-
 tur ad comparendum sine ulla ulteriori citatione, & velut ob contuma-
 ciam fit immissio aut adjudicatio. Scienti enim & non comparenti
 haud fit injuria, qui sibi negligentiam imputare debet.

Usitatum serè est, non nisi unam citationem aut denunciationem
 ad arrestatum emanare, quà vocetur ad totam causam. Cujusmodi ci-
 tatio & quæ ejus vicem obtinet, denunciatio ad totam causam de jure
 fieri potest & valet. *Joh. Andr. ad speculat. de Citat. §. viso. vers. item*
licet in die. Bartol. in extravag. ad reprimendum verb. per edictum Ma-
rian. Socin in tract. de Citat. artic. 20. num. 36. eamq; vim habet, quòd,
 cum quis citatur ad totam causam, præsertim si fuerit in loco longin-
 quo & remoto à loco citantis, deinceps non opus sit ad omnes & singu-
 los actus eum citari, sed si non comparet sine nova citatione, contra
 eum procedi queat ad omnes actus, etiam ad definitivam sententiam,
 si modò ea comminatio in contumaciam addita fuerit. *Hyppol. de Mar-*
sili. in l. de unoquoque num. 111. de re judic. Mynsing. respons. 6. num. 44.

20 *decad.* 1. Quæ jurisprudentia in aliis citationibus ad earum vim & validitatem requirit, eadem etiam in denunciatione præstatâ, quæ vices citationis ex consuetudine sustinet, necessaria sunt.

- 21 Compareat arrestatus nec ne, actor in termino causas arresti proponere, suâq; petita proferre tenetur, seu, ut nos loquimur, die Arrest-
 22 Klage anstellen. Libelli arrestatorii formulam, sed uni saltem casui Jure Saxonico definito aptam leges apud *Coler. de Process. executiv. part. 3. cap. 8. num. 43.* Puto plenissimè actorem actionis istius solennitate desungi, si recenseat causam petiti arresti ejusq; fundamenta ex literariis aliisq; documentis proponat, petatq; condemnari arrestatum & immitti in ejus bona. In executivis loco libelli qualis qualis petitio
 23 Judici proponenda sufficit, unde saltem constet, quid, quare & quale
 24 auxilium petat. *Coler. dict. tractat. in præfat. num. 23.* Id saltem refert, ut arrestator justificet arrestum, cum juris præsumptionem contra se habeat, quæ probationem in ipsum rejicit. *Gail. de Arrest Imper. cap. 2. num. 5.*

- 25 Si contumaciter emanet reus, adversus illum proceditur tanquam contra contumaces & expensis causæ meritis sententia dici solet. Quæ tamen in hoc executivo processu non requiritur solennis sicut nec prolixam causæ cognitionem, si ex productis fide dignis documentis apparuerit arrestum bene fundatum esse, statim ad adjudicationem perveniri poterit. Nam sicut qui arrestatus fugit, ne judicium finiatur, istam juste patitur *Caroc. de sequestr. part. 2. cap. 32.* ita similis æquitas est, si non defendendo rem deserit, quæ arrestata ut creditori cederet. Ubi actor, in termino ad prosecutionem arresti præfixo non compareret, jusque suum judicialiter deducit, arrestatus peret arresti relaxationem & arrestanti perpetuum silentium imponi. *Coler. dict. cap. 8. num. 56.*
 26 vel alterutrum quod ipsius arbitrio relictum. Ubi notandum quod relaxatio quidem statim fieri debet, cum nihil aliud sit, quàm ab instantia absolutio, impositio verò perpetui silentii non aliter, quàm citato adhuc semel actore, ad videndum imponi, aut causas, quare locum non habet, allegandas. Incidit hæc res in processum L. Diffamari, qui duplicem citationem requirit, *Myrsing. Cent. 3. observ. 85.* sicut ea semper necessaria, ubi contumax ab omni petitione est excludendus. *Blavier. ad L. Diffamar. cap. 6. n. 13. seq. Boer Decis. 255 n. 10.*

Utroque

Utroque comparente, uti actor actionem, ita reus exceptiones
 proponet aut deducet, *de quibus cap. seq. pluribus dicitur.* Processus
 verò idem erit, qui in iudiciis in ordinario foro extra arresti occasiones
 institutis, ut siquidem causa inpositi arresti sit summaria summarè &
 levato velo, si ordinaria, ordinario processu, in executivis executivo
 terminetur. *Coler. dict. cap. 8. num. 55.* Arrestum enim quoad proces-
 sum nihil ordinat aut immutat, nisi quòd ordinariam jurisdictionem
 iis in causis, ubi locum habet, prorogat, forumq; efficit competens, ubi
 arrestatus vel res arrestata reperitur. Cetera relinquit sub juris prae-
 scripto, ut omnia sibi locum vindicent, quae in alio processu obtinentur,
 adeoq; processus arrestatorius ordinarium sapere dicitur. *Hartm. Pi-
 stor. quæst. 13. num. 1. seq. part. 4. Berlich. decis. 119. num. 1.* Nec enim
 ideo, quod arrestatus tenetur sequi forum, quod eligitur ab arrestante,
 etiam circa processum deterior ejus inviti causa fieri debet. In quo ta-
 men præprimis considerandum & sequendum, quod requirit stylus ju-
 dicii & consuetudo loci. Huic enim litigantes, tanquam qui in judi-
 ciis quasi contrahere dicuntur, *l. adiles 25. §. item sciendum 8. ff. de adil.
 edict.* alligantur & se attemperare coguntur. *Bald. in l. cum Clericis 25.
 C. de Episc. & Cler.* Et cum arresta pleraque contingant forentes & ex-
 traneos, statutis & moribus communiter provideri solet, ne isti nimis
 diu detineantur, vel litigare cogantur. Ita multis in locis peculiare
 genus civillimi processus peregrinorum gratiâ receptum est, quod vo-
 camus das Gast Bericht, de quo aliqua attigi in *Commentar. ad Jus Lu-
 becons. lib. 3. tit. 1. artic. n. 51.* Sed ut potissimum exteris, qui contra cives a-
 ctiones instituunt, illud prospicit; ita quando per remedium arresto-
 rum forentes tenentur in alieno foro respondere, statum vel consue-
 tudo multarum civitatum recepit, quod in causa arresti de triduo in-
 triduum vel similibus constrictis terminis, adeoq; extra ordinem pro-
 cedi debet. *Peck. de Jur. sistend. cap. 37. num. 1.* Si de his nihil receptum,
 iudicis partes sunt ex arbitrio suo terminos statuere & eam æquitatem
 sequi, ut arrestatus litis prolixitate non graveatur. Et arrestantem qui-
 dem id tempus præcisè teneri observare, extra controversiam est. Si
 reus neglexerit, nec illud actioni responderit, an articuli pro confessis
 accipiendi, nec ultra ad defensionem admittendus, aut ipso petente à
 Iudice ordinariè procedendum sit? quaeritur. Ego hic ad stipulor.

- Peckio dict. cap. 27. num. 2.* quod cum arctior terminus in dubio præsumatur constitutus favore arrestati, *l. cum tempus. ff. de R. J.* ne diu ab uxore, à domo, à liberis, à familia, à negociis magno suo incommodo & tadio abesse cogatur, utique nihil obest, cur suo favori renunciare non possit, *l. pen. C. de Pañ.* aut invitus compellendus sit beneficio uti. *l. invito. ff. de Reg. Jur.* Sic in omnibus dilationibus suctum, ut licetè spernantur ab his, quorum causà indulgentur. *Bald. in l. quod favore. C. de legib.* Semperq; tempus favore alicujus adjectum ab eo præveniri potest. *l. 3. §. dua causa. Digest. de Carbon. edict. l. Divi fratres. ff. de liberal. caus.* Nec est, quod conqueratur arrestans, cui satis esse debet; quod in loco habitationis suæ propriæ debitorem suum quietè & commodè detinere & convenire potest, nec ultrà privare eum debet ordinariâ procedendi ratione, ad quam in loco domicilii ejus aliàs adstrictus fuisset, ut incongruum videatur duo specialia hic admittere *l. si quando C. de Inoff. testam. l. 1. C. de Dot. promiss.* Id quod etiam eo casu obtinebit cum uterque tam arrestans quam arrestatus est extraneus.
- 35 *Peck. dict. cap. 27. num. 6.* Cessabit verò si in loco arresti facti peculiariter provisum exstet, quod in causa extraneorum summarie & extra ordinem procedi debeat. *Peck. dict. cap. 27. num. 7.* An qui arrestum impetravit, diem processui ex litaruto vel more definitum prævenire, causasq; arresti citius exhibere queat? dubio non caret. Id quod affirmandum reor, si arrestati nihil intersit & aliàs dies, in qua causa tractatur, Juridica sit. Regulare est, ut cui Judex præfixit terminum ad agendum, illum prævenire possit & comparere partè adversà ad hoc citatà, neque præjudicium in eo suum aliquod obestante. *Blayer. ad L. Diffamari. cap. 6. num. 125. vide scripta in Decis. nostr. 197. part. 4.* Si nulum tempus prosecutioni arresti definitum sit ordinatione judiciariâ, Judex pro suo arbitrio terminos constituet, habità præmissis ratione arrestari, ne nimis diu domo abesse cogatur, ideoq; arrestanti, qui instructus ad arrestum properare debuit non facile, nec prolixas dabit dilationes. Quod si hic nimis diu tergiversetur, vel in termino ipsi præfixo causam non agat, aut sine Judicis venia peregrè abeat, & diutius abfit, relaxabitur arrestum. Si tamen reus isti foro, ubi in persona vel rebus arrestatur, subjectus sit, etiam relaxato arresto, ad libellum respondere & litem contestari tenetur, cum actori ab initio liberum fuerit

fuerit absque arresto & post hoc rejectum, actione personali vel reali experiri, ut frustra novus petatur libellus & inique quarantur circuitus. *Moller. lib. 4. semestr. cap. 12.* Quod secus se habet, ubi nulla contra arrestum est fori competentia, *vid. cap. seq.*

CAPUT XVIII.

De Exceptionibus arresto opponendis.

SUMMARI A.

1. **E**Xceptiones, tam contra ipsum arrestum, quam contra actionem, qua mediante arresto agitur, opponere licet.
2. Exceptio non servati arrestorum alicujus requisiti, fori declinatoria est & quando proponenda.
3. Jus revocandi domum ante litem contestatam proponendum.
4. Intereſt quoad exceptionem iniqui arresti, an Judex aliâ ratione sit competens, an ob solum arrestum.
5. Ubi arrestum non subsistit, Judex ad ulteriora procedere non debet.
6. Judicis jurisdictio ordinaria non potest declinari ob arresti invaliditatem.
7. Privilegium de non arreslando tribuit exceptionem fori declinatoriam.
8. Qui cautionem de judicio sisti & judicatum solvi praeſtat, non censetur renunciasse exceptioni fori declinatoria.
9. Satisfactio necessaria fori exceptionem non excludit.
10. Satisfactio de parendo Judici conditionem habet, si de jure teneor.
11. Litis pendens exceptio est fori declinatoria.
12. Ordinariam viam amplexus non potest regredi ad processum executivum.
13. Poena trahentis Judicem ad aliud forum, ubi in alio convenisset.
14. Qui creditorem curavit citari ex L. Diffamari, non debet alibi arrestari.
15. Cessat

15. *Cessat exceptio litis pendentis in processu executivo.*
16. *Aut ubi ex pacto variare licet.*
17. *Fraus debitoris quoque facit cessare hanc exceptionem.*
18. *Ubi postpositum arrestum opponitur exceptio fori, quomodo procedendum exponitur.*
19. *Notatur lapsus Advocatorum circa exceptiones declinatorias.*
20. *Litis pendentia inducitur per citationem.*
21. *Quatenus ex circumducta citatione.*
22. *Quomodo per commissionem Principis.*
23. *Suspecti de fuga non possunt opponere exceptionem litis pendentis.*

1 **S**icut arrestanti integrum est scripto vel vivâ voce ad Protocolum, nisi stylus curiæ aliud exigit, actionem die Arrest-*Klage* proponere, sic arrestatus, utroque modo exceptiones suas ritè proponit. Quarum aliæ ipsum concernunt arrestum, aliæ causam, cujus gratiâ arrestum rogatum fuit & impetratum. Quantum ad eas exceptiones, quibus ipsum impugnatur, attinet, primò peti solent ex istis requisitis, quæ ad fundandam arrestorum justitiam necessaria esse in superioribus demonstratum fuit. Ex iis si aliquid deficit, iusta contra arrestum competit exceptio. Quæ cum fori declinatoria sit, ante litem contestatam opponi debet. Qui enim ex aliqua istarum causarum se arrestari non posse allegat, is adversus Judicem arrestantem excipit, & se coram eo vi perperam impositi arresti conveniri non posse obtendit. Quæ allegatio similis est juri revocandi domum, quod itidem ante litem contestatam proponi debet. *socin. in cap. fin. num. 7. X. de For. competent.* Cum quis litem contestatur, postea talis aliqua exceptio, quæ declinatur judicium, non attenditur, sed ei renunciatum videtur. Id verò hic etiam probè observandum, an Judex solum ratione arresti fiat competens, an aliàs ejus sit jurisdictio. Si debitor ratione contractus, delicti, vel domicilii, vel alio modo forum non sortitur, ubi arrestatus est, non potest Judex arresto non subsistente, condemnare, ut litem contestetur, aut de debito ibidem respondeat, sed cassato vel relaxato illo arrestatum dimittet; cum fundamentum judicii cesset, & finita sit causa arresti, cum hoc annullatum, ideoq; ob defectum jurisdictionis Judex ad ulteriora

teriora procedere non queat. *Zanger de Except. part. 2. cap. 1. num. 369.*
Carpzov in Jurisprud. Romano. Saxoni. part. 1. constit. 29. defin. 44. Si
 verò Judicis arrestantis jurisdicção præter arrestum aliter est fundata. 6
 & reus ibi forum sortitur, tunc non obstante nullitate arresti, etsi ex ista
 hoc rejectum vel relaxatum fuerit, tamen reo litis contestatio vel re-
 sponso ad priorem libellum injungi potest, cum creditori liberum fue-
 rit sine arresto actionem instituere & remoto inutiles removeri non de-
 beat utile, ut in terminis sentit *Carpzov. dict. Constit. 29. defin. 46.*
Moller. lib. 4. semestr. cap. 20.

Similem exceptionem declinatoriam præbet privilegium de non. 7
 arrestando, quod aliquando certis personis, nonnunquam etiam totis
 communitatibus earumq; membris datur. An verò privilegio ejus- 8
 modi seu alii fori declinatoriæ exceptioni renunciassent censebitur, qui
 arrestatus cautionem præstat de judicio sisti & judicatum solvi, nec ista
 amplius uti poterit? Negat hoc in terminis *Peck dict. tract. c. 15. per*
tot Cothmann. Consil. 30. per tot vol. 4. tum per textum expressum in
Auth. offeratur. C. de litis Contestat. ubi datur post satisfactionem tem-
 pus deliberandi, an reus Judicem adhuc recusare velit, tum per com- 9
 munem illam *Id. sententiam*, quod satisfactio, quæ liberâ voluntate
 non interponitur, sed necessitate quadam extorquetur, fori exceptio-
 nem minimè excludit, *Castrensis. in l. si conv. n. 3. Jaf. n. 38. Zaf. n. 6. ff.*
de Jurisdic. Bald. in dict. Auth. offerat n. 2. Panorm. in c. inter mona-
sterium. num. 5. & 9. X. de sent. & re jud. tum quia satisfactioni de pa- 10
 tendo mandato Judicis semper inest ea conditio, si de pure teneor, *Bald.*
ad l. 2. C. de reb. autor. judic. possid. tum quia non alia mens satisfactio-
 tum, ac quod omnes exceptiones etiam declinatorias velint esse salvas,
 & imposterum proponendas: nulli earum renunciatum præsumitur;
 tum quia prorogatiæ jurisdictionis præsumptio non capitur, quando-
 cunque alia conjectura subest. Nemo verò non putat eum, qui satis-
 dat, id facere necessitate aliquâ arresti coactum, & quò eò citius rela-
 xetur, domumq; suam sine molestiis redeat, non præstiturum sine ista
 cautionem. Unde qui vult simul exceptionibus renunciari, hoc ex-
 pressius petere debet, aut sibi imputare, cur cautioni legem non dixerit
 apertiore. *Corbm. dict. consil. 30. num. 4. Peck. dict. cap. 15. num. 2.*

Ejusmodi præliminaris quoque exceptio est ex lite super causa II
 D d alibi

- alibi pendente, quæ itidem fori declinatoria est. *Felin. inc. exceptio-*
 12 *nem n. 41. X. de Exception.* Qui semel ingressus est viam ordinarii iudicii, seu ordinarium processum instituit, is non potest imposterum inde recedere & summarium aut executivum processum amplecti. *Neguz. in tract. de Pignorib. part. 4. princip. num. 25. Tiragvell. de Constit. Possess. part. 1. n. 39. Coler. de Process. executiv. part. 3. c. 5. n. 35. & mult. seq.* Ea electio vim renunciationis habet & obligationis ad ambulandam viam, quæ semel inita est. *L. quod in barede 9. §. eligere. ff. de Trib. act. l. nemo 43. §. quoties de Reg. Jur. Lud. Rom. consil. 133. n. 2.* Idcirco ubi super eadem causa, de qua lis alibi mota est, arrestum petitur & decernitur, exceptione litis pendentiæ opposita relaxatio & causæ ad forum, ubi iudicium acceptum fuit, remissio subsequi solet. Et si
 13 stricto jure procedendum foret, trahens reum in iudicium coram uno iudice, si postea conveniat eundem coram alio, causam amitteret. *L. 1. §. fin. in fin. ib. salycet. c. de Assert. tollend.* Id quod minus dubium est in eo, qui reum alibi convenit. Sed ubi hic eum, qui semet pro creditore venditaverat, in suo foro ex L. Diffamari curaverat citari, & diffamator, antequam compareret, arresto sui debitoris bona vel personam detineri impetraverat, ob præsatam citationem locus sit exceptioni litis pendentiæ, ut non possit arrestum obtinere, haud extra dubitationem est. Ego ejus quæstionis veriore existimavi affirmativam. Cum nihil, ob quod arrestum obtineat, imputari queat diffamato, qui citationem extraxit, & paratus est ad respondendum adversario. Litispendentia verò per citationem inducitur, adhibitis illis requisitis, quæ notata leges apud *Mynsing. 4. observ. 26. Guid. Pap. decis. 448. Gail. 1. obs. 74. n. 47. Hering. de Fidejussorib. c. 23. n. 46. seq.* Et
 16 licet circumducta fuerit ea citatio, quod actor non comparuit, integrum tamen est debitori uti exceptione istâ. Nam utut in favorem actoris aliquem citari facientis non soleat per circumductam citationem induci litispendentia, *Mynsing. dict. observ. 26. n. 6. Wurmbser. lib. 1. observ. tit. 6. obs. 16. n. 2. Zanger. in tractat. de Except. part. 2. c. 12. n. 112. & seq.* ubi tamen in odium ejus & pro favore rei allegatur, secus est. *Bellamer. decis. 722. n. 9. Cujas l. 13. observ. 11. Berlich. decis. 17 n. 4.* Per commissionem Principis eandem induci putatur, *Zanger. dict. cap. 12. num. 7. & 9. Guid. Pap. decis. 337. n. 7.* quod ita intelligo, si ea

si ea tendit ad causæ legitimam discussionem, haud verò, si ad amica-
biles tractatus inter partes ordinata fuerit. Cessat & ea exceptio, ubi 18
debitor fugitivus aut de fugâ suspectus est. Hic carcerari, nedum arre-
stari potest, etiam si lis vel appellatio vel reductio pendeat. *Dec in c. cum*
teneamur. n. 4. X. de Appell. corbm. Consil. 18. n. 290. v. 1. In isto enim
obtinetur illud vulgatum, ubi te invenero, ibi te judicabo, *uti scribit Cas-*
cialup. in tract. de debit. susp. quæst. 7 n. 1. Ita etiam in alio casu neces-
sitatis, lite alibi pendente, alibi arrestatio pro securitate Judicii peti
potest & impetratur, *Besold. Consil. 220. num. 24.* nec enim litis conte-
statio creditori damnosa esse debet. *L. non solet 86. ff. de Reg. Jur. l. com-*
pensationem 8. ff. de compensat. Perinde ex nova causa arrestum utile
vel necessarium non impeditur litis pendentia, *Ripa ad c. 1. num. 88. X.*
de Judic. Dec. consil. 562. num. 8. multò minùs, si ipsius veri pendentis
gratiâ imponitur.

Excipe etiam ab his, quæ de litis pendentia scribuntur, executiva 19
remedia, quibus arrestum annumeratur, siquidem causa non ad ordina-
rium processum deducta sit, sed executive in uno loco actum non præ-
peditur ex eo arrestum alibi. Nedum quæ uno in loco arrestatio facta
in alio, cum commodior, prohibita est. Uno executionis remedio e-
lecto, aliud, quo citius meliusq; iusta consequi licet, non excluditur.
Coler. de Process. executiv. part. 1. cap. 8. num. 40. seq. Moller. lib. 3. Se-
meistr. cap. 36. num. 1. Non valet in istis vulgatum istud, viam, quam
elegisti, ambula, sed prout lubet atque expedit, pro jure consequendò
variare permittitur. *L. 1. ib. Jason num. 21. seq. ff. si quis jus dic. non*
obtemp. Marantb de Ordin. Judic. part. 6. tit. de Execut. num. 59. Stra-
cha de Decretor. part. 3. num. 46. Cui consequens, quòd litis penden-
tia non obstat, queat, præterquam ubi ordinaria juris via agi coëptum,
uti docet *Coler. de Process. execut. part. 4. cap. 1. num. 72. seq.* Etsi igitur
alibi quisquam uno alterove remedio executivo expertus fuerit,
tamen superest alio in loco arrestandi facultas. *Carpzov. Respons. Ele-*
ctor. 38. num. 14. seq. lib. 4.

Est quoque excipienda licentia variandi, quæ ex pacto datur. Si 20
quidem instrumentum obligationis, uti sæpius fit, libertatem eligendi,
quo remedio uti velit, & quod ab electo discedere, vel unà cum eo aliud
adhibere liceat, dederit, inde etiam ordinariâ viâ coëptâ ad executivâ,

& ex his ad arrestationem progredi vacat, non obstante electione discernenda est. *Coler. dict. tract. part. 1. cap. ult. num. 224. & mult. seq.* Est quippe in arbitrio partium voluntate suâ & conventionem statuere & mutare fori sui competentiam atque jurisdictionis in se modum. *Bar. tol. in l. fin. num. 2. ff. de iustit. & iur.*

21 Sicut ex contumacia, ita etiam ex fraude debitorum cessat, quod de non mutando iudicio cum ordinaria viâ agi cœptum dicitur, ne cuiquam ista contra creditorem ad ejus defraudationem commodo sit. *Coler. dict. tract. part. 3. cap. 5. num. 50.* Quid enim, si creditorem trahat ad suum forum, quo ipsum longæ liti & difficulti juxta & sumptuoso processui involvat. Ex quo declarandum, quod *num. 14.* de remediis legis Diffamari scriptum est. Nam si, ut aliquando fit, debitor ex conditione istius legis debitorem sub comminatione perperui silentii citari curet, quod hac arte ab arrestis liber & securus sit, non tantum non comparere tenetur, utpote qui in tali specie non factus nec existentis talis, quæ remedio locum faciat, diffamationis, iuxta exceptionem munitus agere non compellitur, *l. un. c. ne quis in vit. ag.* sed etiam comparuerit, detecta tamen & objectâ fraude, non eò minus arresto sibi consulere valet. Quod etiam in illa specie integrum est, quando per ordinariam viam satisfactionem propter magnas difficultates actor consequi nequit. *Coler. dict. tract. cap. 5. num. 45. part. 3.*

22 Post impositum arrestum exceptionum nulla frequentior est, quàm de foro non competente. Quam tamen iudices, postquam imposuerunt, vix attendunt, ne factum suum improbare videantur. Sapè tamen super eorum partibus non modò, sed illarum Magistratibus & iudicibus in contentiones dilabuntur, quarum rarò sine aliquo incommodo exitus est, ut ideo devitantur consuetius. Est isti exceptioni etiam in executivis locus, uti docet *Coler. part. 2. cap. 1. num. 6. & seq.* adeoque etiam in arrestis, ut plenius scriptum suprà sub cap. 5. Est verò vel manifestum, iudicem non esse competentem, & admittenda non modò, sed & relaxandum arrestum, causaq; ad suum forum remittenda est, *juxta doctrinam Alexandri in l. 2. §. Prator. num. 2. ff. qui satisd. cog.* quod cum iudex jurisdictionem suam nullâ ratione fundatam reperit, statim actorem à iudicii limine repellere & executionem denegare debet, vel e contra apertum, quæ arrestum fundatam esse, & exceptionis nullâ

nulla habetur ratio, prosecutio statim admittitur, aut verò de ista exceptione res dubia aliquo modo est & discussione eget. Summaria tamen saltem fit. Postquam, si res incerta maneat, in dubio sustinetur arrestum, modò aliquid ad sit, unde fundatum credi possit, *uti exponit Decisio nostra 242 part. 1.* In executivis in dubio forum ubique præsuntur competens, quod ita menti contrahentium & æquitati rei convenire videtur. *Angel. in l. ex quacunque ff. si quis in iure voc.*

Inter hæc, quæ de exceptionibus Judicis declinatoriis hic habentur, facilem & frequentem lapsum & arrestantium & arrestatorum ex actis deprehendi sæpiusq; miratus sum in utroque Advocatorum incogitantiam, unde de isto non potui non quædam admonere. Arrestantes exinde multoties periclitantur, quod sibi satis consultum putant, si arrestum impetnaverint, deq; hoc gaudens incursi, utrum requisitis ad illud necessariis satisfecerint. Ex quo deinde valde periclitantur. Nam si arrestati excipiunt, non esse iuste impositum arrestum, et si alias iustissima in ordinario iudicio ipsorum causa futura & probanda esset, attamen arresto non modò non fruuntur, sed illo nullo post exceptionem oppositam reperito & declarato de sumptu, damnis & injuriâ tenebantur. Nullitatis quippe exceptio ex defectu requisiti ad id proficit, ut nullius momenti arrestum habeatur. *Carpzov. Respons. Electoral. 38. num. 4 lib. 4.* Monendi itaque sunt, ut has exceptiones arrestantes reformident, nec ad arresta decurrunt, nisi instructi iis, quæ requirunt, & sine quibus non valent aut injusta sunt. De sola ad recte partis impositâ sibi gratulentur, si illas exceptiones non experiantur. Hujus & consulentium incitiâ vel negligentia fit, quod raro istæ exceptiones opponuntur, in quo secundo arrestatorum lapsus est, quod non statim ad initio, an arresto locus esse queat, examinant, nec de nullitate vel injustitiâ arresti excipiunt, sed statim causam ipsam agunt, & si quæ contra arrestum proponant, ita demùm faciunt, ubi litem super causa ingressi sunt. Multum interest, utrum post arrestum ad declinandum iudicium de ejus nullitate opponitur, & nullum invalidumq; declarari peritur, an verò de causâ meritis agitur & incidentes in iis de arresti injustitiâ tractatur. Prius saltem ad declinatoriam pertinet. Posterius ad merita causæ, super quibus lite contestata, deinde quod ad declinandum forum pertinet, non amplius attenditur. Prius itaque declina-

toriarum arresti proponi, tractari & decidi debent, cum iis simul quidem possunt ceterae ad causam pertinentes proponi, & quidem ita fieri ad Processus citiorem expeditionem refert, at de istis iudicium procedat. Quibus ad arrestum relaxandum validis statim fit relaxatio, & causis ad ordinariam discussionem remissis. Ipsis verò irrelevantibus ceterorum, quae in eventum proposita sunt, de causae meritis sequitur discussio. Sunt haec multae & variae, locusque est omnibus, & proficiunt omnes, quae in processu executivo opponi queunt & attendi debent, de quibus latius agit Coler. de Proc. Execut. part. 3. cap. 1. per tot.

CAPUT XIX.

De Interventionibus in causis Arrestorum.

SUMMARIUM.

1. **V**arii interveniendi modi in causis arrestorum.
2. Tertius intervenire potest assistendo causa principali.
3. Ubi metus collusionis est inter adversarios, interventio ad assistendum liti necessaria est.
4. Interventio pro relaxando arresto ob proprium interesse.
5. Magistratus ob suum interesse intervenire solet ob arresta sub-
6. Alia species interventionum referuntur. (ditorum.)
7. Ob quodlibet interesse interventio licita.
8. Interesse probandum, ut interventio remoretur arresti processum.
9. Quomodo interventio institui debeat.
10. Qui iure retentionis vel compensationis gaudet, interventione opus habet in causa arresti.
11. Adhasio in causis arrestorum quomodo fiat.
12. Requirit petitionem arresti expressam.
13. Prætorium pignus omnibus aliis prodest, sed peti debet.
14. Arrestum relaxari potest non obstante perperam adhaerentis contradictione.

15. Detinens

15. *Destinens rem arrestatam nudà adhesionem intervenit.*
16. *Adhaerens arresto speciatim citari curabit arrestatum.*
17. *Quis ordo inter plures arrestantes?*
18. *Jure Saxonico arrestum tribuit hypothecam & ex tempore jus prelationis.*
19. *Jure communi arrestum prius non confert jus prioritatis.*
20. *Pignus Pratorium non tribuit prioritatem immisso.*
21. *Similitudo arresti & pignoris pratorii.*
22. *Quomodo intelligendum, quod uno immisso ceteri creditores immisi censeantur.*
23. *Jus crediti, non tempus arresti inspiciendum est.*
24. *Qui primum bona fugitivi sistit, ceteris creditoribus potior habetur.*
25. *Qui rem efficit salvam esse aliis creditoribus, praefertur ceteris.*
26. *Prior litem finiens prius executione judandus.*
27. *Occupantis melior conditio.*
28. *Ex instrumento paratam executionem habente, utut lis super prelatione creditorum pendeat, nihilominus fit executio.*
29. *Vigilans sibi quod impetrat communicare aliis non cogitur.*
30. *Judicis prudentis est in concursu creditorum omnium causam simul definire.*
31. *Inter eos, qui parem videntur habere causam, in arrestis obtinet saltem diligentia premium.*
32. *Qui diligenter urget executionem, altero negligente, impetrare debet, hujus non habita ratione.*
33. *Arrestum unius non proficit aliis, nisi maturè adhaerint.*
34. *Immissio unius quando aliis prodest, explicatur.*
35. *Interdenientes in causa arrestorum non ut sibi vigilant, sed arrestato gratificentur, rejiciendi sunt.*
36. *Intervenienti potest deferri juramentum malitia vel calumnia.*

Frequen-

1 **F**requentissimum est, uno petente aut impetrante arresta, alios intervenire. Sed non omnes uno eodemq; fine. Aliorum enim interventio fit ad assistendum arrestanti pro assequendo actionis fine: Aliquorum pro impedienda aut remoranda arrestantis intentione: Aliquando pro suo jure peculiari, quod contra arrestatum vel res ejus habet, proseguendo, id quod arresto adherere vocamus.

Prior modus extra omne dubium est. Id enim regulare, quod tertius pro suo interesse intervenire & causæ unâ cum principali adstistere potest. *l. sepè. ff. de re judic. ib. gloss. Alexand. & Dd. l. si suspecta ff. de inoffic. testam. l. à sententia. ff. de appellat. Gail. 1. observat. 70. num. 19.* Id quod maxime spectare solet ad hos, quorum aliqua ex ratione interest, ne inter litigantes collusionis suspicio exoriat, *Auth. Nunc si heres. C. de Litigios.* unde non modo volente, sed etiam reluctantē & invitâ parte principali ea interventio admittitur. *l. principalem. C. de libera. caus. Felin in cap. cum super. num. 16. in fin. ff. de re judic.* Ejus jus circa arresta idem, quod alterius cujusque, quæ pro assistendo fit, nec quidquam ob illa est aliud.

Secundo interveniendi modo uti solent, quorum interest personas
4 vel res non arrestari. Tunc enim factâ arrestatione contendunt ad liberationem relaxationemq; arresti sibi vel suis noxii & præjudicialis.
5 Ita ea interventio proficit Magistratibus, quando subditis arrestatis pro relaxando personarum vel rerum arresto assilunt & contra arrestantem interveniunt ratione competentiz, privilegii de non evocando, de non arrestando, conventionis inter vicinas civitates vel provincias initæ aut alterius alicujus interesse. Quod Magistratum in eo non leve est, ne ad judicia foras subditi trahantur. Ejus contemplatione injuria illata subditis illata videtur & dicitur domino, *Gail. de pignor. cap. 6. num. 12. Farinac. in Pract. Criminal. quest. 107. num. 205. & seq. & ad officium Magistratus pertinet pro defensione jurisdictionis suæ juratorum subditorum sibi vel suis conservare, & in antiquis libertatibus, juribus & privilegiis eos tueri, nullas vero innovationes admittere. Gail. de Arrest. cap. 8. num. 12.* Nec hic attenditur, an primum & principale interesse domini occurrat, sed sufficit ad interventionem secundarium illud, quod ipsius interest, subditos sub suo imperio quietè vivere & non molestari; quod secus est in arrestis Imperii, *de quib. vid. infra*

frà cap. 26. num. 12. Similis interventio permiffa Dominis ob arrestationes fervorum, rusticorum, famulorum, quando eos refert non arrestari, aut iniqua paffis affistere decet. Circa talem interventionem, quando rustici eorumq; res in civitatibus ob debita sibi contracta arrestantur, mota quæstio, an arrestati illorum equi, boves, currus &c. ob interesse Domini, quia sunt instrumenta glebæ rusticis ex more Provincie à Dominis cum istâ datâ dimitti debeant? Sic mos habet, ut glebæ ascripti rustici à Dominis instrumenta quædam rustica, quæ Hoffweber dicuntur, accipiunt, cum quibus debitor operas præstent, damit sic in Hoffe dienen. Ista intelliguntur tantum ipsis concredita, qua proprietatem manere partem velut fundi & proprietatem Dominorum. Qui cum rustici depauperantur & ad æs alienum solvendum bonis cedunt, ista vel in locum illorum substituta idèd tanquam sua præcipiunt & eorum ratione omnibus creditoribus præferuntur, eâ praxi receptâ, ut ex bonis obzati detrahatur, quod ad Fundum instruendum, den Hoff völig zu besegen, oder zu bewahren / sufficit, ex eo, quod initid rusticus accepit, censendum. Tali illorum conditioni consequens, ut ob æs alienum rustici in ea nec executio fiat, nec idèd arrestis locus sit, quocirca arrestata intervenienti dimitti debeant. In quo tamen duplex hæc exceptio observatur. Prima est, si illa ipsa, quæ arrestantur, sunt rustico credita, vel ex pecunia alterius empta, non à Domino tradita, etsi in locum illorum, quæ ab hoc acceperat, surrogata. Cum id fieri non potuerit, nisi salvo jure alterius privilegiatam hypothecam in istis habentis. Secundò, si rustico præter illa sunt alia, quæ in locum instrumentorum succedere possunt, atque ita Dominis de istis prospectum. Nam cum in instrumenta illa ea rusticorum potestas sit, ut permutare, alienare, vel aliter de iis disponere queant, dummodò glebam non destituunt, utique etiam executivis remediis in ea sub illa conditione locus erit. Qui aliud desiderat Dominus, nec tamen ex subditi sui facultatibus sua statim liberare vult, injurius quodammodò est in eum, cujus pecunia iste adjutus est. Ad privatam non modò Dominorum, sed etiam publicam Provincie utilitatem pertinet, pro creditis, quæ rusticis ad sui subsidium è civitatibus contingunt, celerrimam nec Juris regulis astrictam executionem esse. Jus civitatum circa arrestum, quo Nobilium subditi ad solutionem civibus debitam in urbibus compelluntur,

Ee

luntur,

- huntur, expositum videas inter Decisiones nostras *part. 7. Decis. 518.* Quando arrestantur res communes nondum divise, ratione damni aut interesse confortibus: quando res alienæ, Domini, aut qui similia Jura in rebus habent, quando res alteri hypothecata creditoribus obligata eas habentibus intervenire, & ab arresto eos, qui id impetrarunt, non modò removere licet, sed & pro tuendo jure necessarium est, ne ipsi fortè præjudicetur. Imò ubicunque interesse meum vertitur, ibi intervenire possum, sive judicialiter, sive extrajudicialiter res generatur, sive ordinarius, sive summarius sit processus. *Pet. Fridr. Mindan. lib. 3. de continent. caus. cap. 9. num. 1.*
- Id verò eò in omni interventione alià, tum hic præprimis opus est, ut interveniens singulare, specificum & formatum interesse in causa agitata vel re arrestata doceat, deq; eo apparenter & ad minimum semiplenè fidem faciat, summarie ostendendo, quid Juris in ista habeat. Sine quo non moratur Judicem oppositio illa, sed ulterius nihilominus procedit, remisso ad ordinarium judicium interveniente. *Gail. 2. Observ. 69. num. 4. Mindan. dict. tract. cap. 8. num. 2. & mult. seq.*
- Inq; his causis interventionum omnia illa observanda sunt, quæ de his generatim apud Jctos tractantur de interventionum Jure, modo & effectu, de quibus *vid. Gail. 2. Observ. 69. & seq. Mindan. dict. tract. cap. 8. & 9. per tot. Gutierrez. lib. 1. Pract. quest. 66. & 114. Covarruv. quest. pract. cap. 13. per tot. Met. nob. recap. remed. 1. num. 372. & mult. seq.*
- Hoc interveniendi modo uti quoque debet, qui rem arrestatam sic detinet, ut in ea jure retentionis vel compensationis uti liceat. Ideoq; cum non possit ex ea quid capere arrestans, nisi satisfactum sit detinenti, hic intervenit meritò & excludit arrestantem, nisi Jura in re anteriora, specialia & expressa doceat.

Tertia interventientium species est illorum, qui arresto ex causa debiti adhærent, dumq; suum alii quærunt, sibi quoque prospicere cupiunt. Id quod frequentissimum est, ut uno arrestum impetrante præsertim rerum ad solutionem idonearum, ii, quibus contra arrestatum petitiones sunt, eodem remedio sibi consultum velint. Si verò cetera sint paria, nempe causa ita comparata, ut arresto locus esse queat, nec defit quidquam ex his requisitis, quorum superior tractatus prolixior fecit mentionem, non potest his desideriis à Judice vel à primo arrestante

cessante obfisti. Id verò in quæstionem devenisse scio, ¹² an, qui arresto
 semel ad alterius instantiam decreto adhærere cupit, solum opus ha-
 beat declarare adhæsiionem in iudicio per petitionem crediti vel Juris
 sui, an verò ultra speciali imploratione arresti? Existimavi, cum is ca-
 sus occurreret, nisi adhærrens vel interveniens Jus speciale in re aut Jus
 quoddam citra arrestum potius haberet, ubi arrestatione aliâ opus non
 foret, in nuda interventione omninò necessariam esse petitionem ar-
 resti. Ex hoc enim fundamentum Judicii dependet, quo cessante, uti ad-
 hærrens in foro illo actionem intentare nequit, ita nec alienâ diligentia
 ipse deses frui debet, nisi aliter usus Judiciorum observet. Etsi verò
 arrestum Prætorio pignori assimilari solet, uti sæpius jam dictum est, &
 hujus ea conditio est, quod omnibus creditoribus aliis prodest, *l. fin. c.*
ead. l. qui autem. §. sciendum. ff. quæ in fraud. credit. l. is cui. §. si plu-
res. ff. ut in posses. Legat. ut tamen hoc non contingit ipso Jure, sed
 ceteri creditores æquè opus habent petitione immisionis solitâ ceter-
 isq; *in dict. l. fin. c. de bon. autb. jud. posses.* requisitis, sic etiam in ar-
 restis, ut aliis proficiant, necessaria erit solennis impetratio à Judice, cu-
 jus ea prærequiritur discretio, anne arrestum decernendum sit, nec ne,
 id quod maximè refert, ne suâ interventione aliis molestias morasq;
 creare, cuiquam liberum sit. Ubi adhæsiio facta fuerit sine impetratio-
 ne arresti, non remorabitur processum aut sententiam in causa arresti,
 & si hæc fuerit absolutoria, propter illam non retardabitur relaxatio,
 quia non facta est manus injectio, uti memini aliquando pronuncia-
 tum, cum arrestum iniquè impetratum erat, sed adhærrens, etsi justa
 causa ipsi aderat, arrestum non procurasset. Et è contra si condemna-
 tione opus, nec eam nec executionem remorabitur perperam facta ad-
 hæsiio, non impetrato arresto. In eo, qui res detinet, seu penes quem
 arrestantur, aliud sentiendum videtur, quod nempe ob ipsam detentio-
 nem non egeat novo arresto, sed solâ adhæsiione suam consequi valeat.
 Id quoque semper necessarium est, ut adhærrente & interveniente ali-
 quo, secundum hætenus dicta citatio vel denunciatio specialis ad ar-
 restum petatur & decernatur, exceptis jam dictis casibus, ubi magis ad
 excludendum alium, quàm prosecutionem Juris sui sit interventio.

Quando autem plures arrestum, sed diversis temporibus, impet-
 rant, aut in prosecutione arresti concurrunt, quæritur, quomodo pro-

nunciandum sit, an omnes in rebus arrestatis earumve pretio concurrant, an alii aliis præferantur. Ex Jure Saxonico sic reperimus traditum, quod ex arresto tacita quædam hypotheca in bonis arrestati, ideoq; & Jus reale constitui videatur, cujus virtute, qui hypothecam impetruit, post hypothecarios creditores anteriores, depositarios & qui pro causa gratiâ exigunt, præferatur omnibus aliis creditoribus posteriorem hypothecam habentibus, *Coler. de Process. executiv. part. 1. cap. 2. num. 19. & part. 3. cap. 1. num. 124. & cap. 8. num. 53. & seq. Jac. Schult. ad Modestin. Pistor. part. 4. quest. 162 num. 17. 19 & quest. 165. n. 13. seq. Moller. ad Constit. saxon. 28. num. 75. seq. part. 1. & lib. 3. semestr. cap. 26. num. 4. seq. Wehner. Pract. observ. verb. Arrestum mer. vers. Jure Saxonico, ut privilegium personale habentibus atque chirographariis. Novell. Constit. Elect. Augusti 28. part. 1. ibi Dan. Moller. num. 77. Wesenb. in Par. ff. tit. de Privil. Cred. num. 9. Coler. dict. tract. part. 1. cap. 2. num. 199. & seq. Zanger. de except. part. 2. cap. 1. num. 261. Et quia Jus reale & tacitum id pignus ab ea, quâ primum impetratur arrestum, constitui intelligitur, Dan. Moller. dict. Constit. 28. num. 78. Coler. dict. tract. part. 3. cap. 11. num. 35. 39. 42. & seq. Rauchbar. part. 1. quest. 4. num. 1. & seq. ex eodem Jure inter arrestantes ex tempore desumitur ratio prioritatis; sic ut qui prius Judicem pro arresto sibi decernendo adivit & impetruit, alteri præferatur. dict. Constit. Novell. 28. verb. Von der Stunde anfangen Rauchb. dict. quest. 4. num. 26. Coler. decis. 137. num. 8. part. 4. Ruand. in tract. de Commis. part. 4. lib. 2. cap. 6. num. 32. De Jure communi tale quid constitutum aut arrestis tributum non reperitur, sed inde manifestius constat, ex solo arresto ratione temporis nihil prioritatis competere, nec prius arrestantem ex eo potiorē esse posteriora arresta impetrantibus, nisi aliunde crediti prærogativā nitatur, uti pulchre sentit & tractat Peck. de Jur. sistend. cap. 40. num. 2. & seq. Nihil arrestans ex solo arresto consequitur, quàm quod Jure Civili ex Prætorio pignore, ad cujus naturam proximè accedit, competere solet. In isto verò ordo temporis prælationem non facit, sed parē constituit omnium creditorum idē consequentium conditionem, ideoq; nec præfertur, qui primò mittitur, sed simul omnes æqualiter admittuntur, donec causam prioritatis aliquis deducat. l. si finita. §. si plures. ff. de damn. infect. l. omni*

etiam unus ff. de reb. auct. jud. possid. l. si is qui. §. prior. ff. ut in poss. legator. Quomodo namq; in pignore Prætorio nulla est possessio ²¹ nec Jus propriè reale, sed saltem detentio & custodia, pro securitate crediti, sic nullà alià ex causà arrestum decernitur, quàm ut inde contra arrestatum secura & certa sit actio & jurisdictio in foro, ubi reus justè convenitur. Et postquam eausa, ob quam sit arrestatio, ad prosecutionem arresti sub ista cognoscenda & definienda remittitur, absolum foret, non perspectio negotio nedum dijudicatio, Jus reale alicui tribuere, quod cæteris præjudicio cederet. Unde, quod dici solet, & arrestis applicari potest, uno immisso, & alios censerè immissos, sic accipi ²² oportet, si immissi vel immittendi sint ejusdem tituli vel conditionis. Secus, ubi inde constat differentia, quæ efficit non tempus, sed jura singulorum peculiariter inspicit, *prout demonstrat Petr. Frider. Mindan. de Contin. caus. lib. 2. cap. 15. numero 7. Et seq. Coshmann. Consil. 37. numero 29. seq. ubi & quem pulchrè hoc explicantem legere non graveris.* Quare ²³ ubi venerit, plures circa arrestum concurrere, non consideratur, quis prior vel posterior rogaverit & impetraverit, sed cujus creditum magis privilegiatum. Ex hoc ordo constituitur, veluti si duo hypothecarij arrestum consequuti fuerint, & citius quidem posteriorem hypothecam habens, hic nihilominus postponitur anteriorem habenti, etsi tardius ad arrestum accedenti. Ita & uterque arrestantium sit chirographarius creditor, etsi alter citius arrestari fecerit altero, quia tamen notu Juri, chirographarios pro rata crediti concurrere & percipere, nec ex tempore prærogativà frui, sic uterque pariter admitteatur, nullà ex prioritate arresti præferentià potens, quàm ipsum creditum non tribuit. Ut hic in concursu circa arresta ea prioritatis ratio sit habenda, quæ aliàs extra eum processum observari solet. Id quod Jure Lubecensi *lib. 5. tit. 12. artic. 8.* luculentius definitum reperitur: *Werstirbt jemand in Schulden oder wird flüchtig / alle die sentsgen / welche in gebührender Zeit auff seine Güter Besagung gerhan / und dieselben zu Rechte verfolgen / die seyn alle gleich / so wol die Letzen als die Ersten / doch mit Unterscheid der privilegiirten und nicht privilegiirten Creditoren.* Quæ norma in judicando utitur adhuc Civitas Lubecensis, & apud nos sæpius eandem adhibitam scio.

Contingunt verò casus, ubi ab ea meritò discedit æqua Judicis mo- ²⁴

E e 3

deratio,

deratio; & non perinde attentâ causâ aut ratione crediti prioris tamen, arrestantis rationem habet. Veluti primò, si bona alicujus fugitivi, dum creditoribus subtrahuntur, mediante legitimâ manus injectione
 25 sistantur, is, qui res facit arrestari, quarum aliâs copia futura non fuisset, meritò cæteris ex ea æquitatis ratione præferatur, quod efficiens rem salvam esse, rei fructu ante cæteros, utut aliâs anteriores, potiri debeat, *l. hujus enim 6. in pr. ff. qui potior in pign.* nec aliâs de injuria conqueri, cum aliâs evasura fuisset. Jure Lubecenâ expressius de hoc provisum extat *lib. 3. tit. 1. artic. 4.* ubi de eo scripsi in Commentario. Sed ex simili æquitatis ratione idem extra illud statuendum existimo.

26 Secundò, si inter plures arrestantes unus reliquis fuerit diligentior, aut minùs intricatam litem habens, in pari omnium causâ citius cæteris sententiam obtinuerit, is ante omnes juvandus est; ideoq; sicut Judex sententiam denegare non potuit, ita ubi executionem urserit audiendus, nec ad expectandum finem alienæ litis differendus erit. *Reck. dict.*

27 *c. 4. n. 8.* Textu satis congruo hoc confirmatur *in l. si quis à multis 14. in pr. ff. de noxal. action.* ubi notabiliter scribitur, pluribus ex noxali causa servum petentibus, ei dedendum, non qui prior egit, sed qui prior ad sententiam pervenit, quia occupantis melior est conditio. Cui consonat, quod habetur *in l. si verò. 10. ff. de Pecul. l. is à quo ff. de re judic.* Quia enim Jura vigilantibus scripta sunt, *l. pupillus. 28. ff. quæ in fraud. creditor.* semper inter concurrentes melior est occupantis conditio, *l. inter eos. ff. de re judic.* & is prævalet, qui prævenit. *l. licet. ff.*

28 *qui pot. in pign.* Unde & in simili traditur, quod ab eo, qui instrumentum paratam executionem habens producit, rectè petitur & impetratur executio, licet lis adhuc super cessione bonorum sive prælatione creditorum exorta nondum sit decisa, *ex Capell. Rhodol. decis. 28. Præckman. consil. 15. num. 87. vol. 1.* Et quia non ex gratificatione, sed Juris

29 viâ per sententiam accipitur, quod alii juxta captant, haud tenetur sibi vigilans restituere aut communicare, *Bald. ad l. fin. quest. 2. C. deposit.* sed posthabitus suæ tarditati aut litis intricatæ difficultati imputare debet, quod seponitur. Solent verò prudentes Judices in talibus casibus,

30 quando de prælatione creditorum quæritur, omni ope contendere, ut, quatenus fieri possit, omnium lites expediantur. Sed ubi patet, hoc fieri non posse, non remorantur unum alterius causâ, quod injustum foret.

foret. Id tamen, quod jam scriptum, non de aliis intelligas, quam³⁵ quorum par est causa, nec evidens est præ cæteris prærogativa. Veluti cum arrestantes omnes sunt creditores merè chirographarii; si alter hypothecarius, præventio nihil prodest, quando etiam contra eum hypothecaria actione agere potest, quæ tamen excussionem debitoris prærequirit, in quo aliquid beneficii est, ex quo sæpè fit, ut rem retineat, cui semel adjudicata fuit.

Tertiò, Creditorum, quorum aliàs par fuit causa, impar fit ratio,³⁶ quoties in ipsa executione unius vigilantia prævenit alios, dum hi non instant pro ea impetranda, quam iste urget vehementius. *per l. in judicanti si. ff. de re judic. Peck. di. cap. 40. num. 9.*

Quomodo autem arrestum unius regulariter non præoccupat aut³⁷ excludit alios, ita vicissim nec proficit aliis, nisi adhaferint & expressim de eo protestentur, mentemq; declarent, & hoc necessarium est, & vicem speciatim petiti & impetrati arresti habet. Qui aliud sibi aliisque, persuadent argumentum, ab immessione ex primo decreto, cui assimilarè solent arresta, desumunt & confugiant ad axioma Juris, quod uno immisso omnes immissi censentur, seu quod unius immissio omnibus proficit, multæ disquisitionis & aliquando, quod non rectè intellectum, ita circa arresta ut in aliis questionibus errorum causa fuit, variis distinctionibus & declarationibus exponitur. Simplicissimè ad veritatem rectumq; devenietur per considerationem ejus speciei immisionis, de qua leges loquuntur, ex quibus istud desumitur. Nempe de illa ubique sermo est, quæ ex primo decreto fit ad nudam custodiam, postquam debitor aut latitat, aut fugitivus est, aut bonis cedit, aut mortuus nondum habet heredem, seu jacet, cujus ea conditio est, ut omnium creditorum bono fiat, idèd licet ab uno petita & impetrata, cæteris omnibus perinde proficit, quod exinde omnium creditorum paria sunt Jura parq; conditio. *l. quod autem. c. 5. sciendum. 7. ff. de bon. autor. judic. possid.* Incongruè hoc ad alias immisionis species, seu etiam ad eam, quæ ex primo decreto, sed ad alium finem, quam nudam rei custodiam, tendit, seu ad unius creditoris utilitatem, vel ejus crediti causa fit, porrigitur. Quò dum Juri prædictum axioma extensum voluerunt, ab ipsomet aberrarunt.

Circæ applicationem istius axiomatici ad arresta notandum est et³⁸ rectum

restum ab uno petitem & impetratum, nisi ex causa tali, per quam ex primo decreto immissio omnibus proficit, non ipso facto seu jure ad alios creditores simul pertinere est omnibus proficere, tantum ex adhesionem seu interventionem de arresto participari, dummodò maturè & legitimè fit.

- 35 Non rarum est, aliquos creditorum intervenire, aut adhzrere arrestis, non tam ut suum consequantur, quàm ut aut alium arrestantem, impediant, aut debitori gratificentur, pro impetranda relaxatione, suum aliunde adipisci sperantes. Si id pateat, non admittendi aut statim rejiciendi isti sunt, cum malitiis & collusionibus indulgeri non debeat. *l. in fundo. 38. ff. de Rei Vindic.*
- 36 Verum quia non faciliè de eo constare potest, liberum puto, cujus interest, malitiæ aut calumniæ juramentum deferre intervenienti, nec Judicem isti petito se difficilem præbere debere, cum id ad sinceritatem judicii multum præstet, & collusio frequens sit, tantòq; magis præsumenda, si non sit liquidum aut statim liquidandum, cujus causa intervenitur. Nec tantum, cum pars detulit, sed & ex officio inter dubia per Judicem malitiæ juramentum imperasset, idq; cum de eo querela fieret, approbatum, scio.

CAPUT XX.

De Sententiis Judicum in causis

Arrestorum.

SUMMARIA.

1. **Q**uam cautè & quare in causis arrestorum procedendum sit.
2. Arrestum non immutat æquum & bonum.
3. Discrepante jure locorum, ex quo jus dicendum.
4. In ordinatoriis processibus semper jus loci, ubi litigatur, inspiciendum.
5. In decisoriiis litis spectandum jus loci, ubi negotium geritur.
6. Differentia eorum, quæ ad solennitatem contractuum eorumq; implementum pertinent.
7. Ubi non est questio de contractu vel solutione, jura loci, ubi reus degit, inspicienda sunt.
8. Abs-

8. *Absolutoria sententia in causis arrestorum qualis.*
9. *Relaxatio arresti cum omni causa fieri debet.*
10. *Impensa & damni quando non habetur ratio.*
11. *Cautela pro Judicibus.*
12. *Condemnatoria sententia in causis arrestorum qualis.*
13. *Sententia ferenda contra fidejussorem arrestati.*

Quæ Judiciorum omnium norma est iustitia, in arrestorum processibus terminandis eò strictius observanda est, quò magis à communi jure discedere videntur. Dum enim non sine rigore est quævis manus injectio in personam aut bona debitoris, etiam ubi æquissima, is ita temperari debet, ne quid contra arrestatum statuatur, quod à jure & æquitate alienum est. Quid in singulis causis justum est, ex legum morumq; præscripto aut æquitate Judex definiet. Nec enim quia arrestum processui causam formamq; dedit, aliud, ac si alio modo ageretur, de æquo & bono pronuntiandum. Id verò sæpè contingit, ut pro diversitate locorum, jura, statuta & consuetudines discrepent, indeq; exsurgat dubitatio, quo jure in judicando Judex uti debeat? Ego opinor probè discernenda esse, quæ in judicium deveniunt, nec eadem omnium esse rationem. Alia concernunt judicii decisoria, alia ordinatoria processus; De his communis est conclusio, quòd regulam habeant perpetuam in iis, quæ de processu dirigendo statuta sunt in loco, ubi lis vel processus movetur, *l. 2. C. Testam. quemadm. apud Bald. in l. un. n. 2. C. ne fil. pro patr. Koppen. decis. 31. n. 27.* etsi actus, qui in litigium deducitur, alibi, & quidem ubi alio jure agitur, gestus sit. *Bart. in l. 1. n. 48. C. de summ. Trinit.* Hujus generis sunt statuta, quæ ordinem, formam aut modum processus aut executionis concernunt. *Ceter. de Proc. execut. part. 1. c. 3. n. 222.* Decisoria litis quod attinet, ea concernunt merita causæ, ideoq; maximè considerandum, ubi negotium gestum est, de quo judicatur, vel ubi præstatio & solutio illius, quod debetur, promissa fuerit; Siquidem alibi contractus iniquus, alibi solutio destinata est, quoad solennitatem actus ejusdemq; perfectionem inspicitur statutum seu consuetudo loci istius celebrati, atque inde judicare oportet, etsi alibi litigetur, *l. magis puto. §. illud ff. de reb. cor. ibi Bald. & in loco præstationis vel solutionis simile non reperitur statutum.*

Ff

Jaf.

6 *Jas. in l. cunctos. l. 2. n. 55. ib. Bart. C. de summ. trinit. In his verò, quæ superveniunt, aut præstanda sunt post absolutum contractum, eoq; perfectio ad executionem ac implementum tendunt, cujusmodi etiam est arrestatio, locus destinatae solutionis attenditur, & quidquid in eo statutum vel consuetum est. *Joh. de Plat. ad l. missi. C. de exact. trib. Bart. in l. à Divo Pio. §. sententiam. ff. de re judic. Utrumque hoc dependet à voluntate partium agentium vel contrahentium, qui negotium sic in aliquo loco perficiendo, vel executionem ejus aliò destinando, quantum ad semet attinet, se submittere censentur legibus & moribus istius, ideoq; nihil conqueri possunt, cum suæ voluntati hoc imputare debeant. Si igitur contingat in loco contractus, statuto vel moribus captivam aut arresta non esse permessa, vel instrumenta paratam habere executionem, sed in loco destinatae solutionis tale quid obtineat, in hoc attendetur lex vel mos destinatae solutionis, ideoq; non observabitur, quid in loco contractus liceat. *Nic. H. verb. consil. 78. col. 7. Pec. de Jur. fist. c. n. n. 2. Et vice versa, ubi in loco contractus statuto captura debitoris vel ejus bonorum permessa est; eadem tamen in loco solutionis destinatae illicita, non ex ejus jure in hoc agendum est. *Angel. in l. si fundus. ff. de eviction. Quod si de contractu quaestio sit, quæ ad hos casus contractus vel destinatae solutionis non pertineat, tunc in decisoriis Judex sequetur jura loci, ubi reus conventus degit. *Alex. cons. 217. n. 5. v. 7. scacc. de App. quest. 18. n. 8. Et siquidem forensis sit, in decisoriis judicatur secundum jus, cujus in loco domicilii usus est. *Coler. de Process. Execut. part. 1. cap. 3. num. 228.******

8 Sententia in causis arrestorum definitiva duplex est, absolutoria vel condemnatoria. Absolutoria continet relaxationem arresti sive in persona, sive in rebus facti, hacq; formulâ publicari solet, *wird ex actis befunden, daß der angelegter Arrest zu relaxiren und loß zu geben sey. In eo verò à Judice ratio damni & expensarum haberi debet, sic ut si li-*
 9 *quida seu notoria sit arresti iniquitas, in istas statim fiat condemnatio, & reservetur parti læsa specificatio, sicut pronuntari solet: Daß dar-*
neben unbefugter Arrestant, den Arrestanten in die verursachte Kosten und Schaden / wenn er dieselbe eigentlich specificiren und liquidiren wird / worzu ihm überdächige Frist hiemit eingeräumet / zu verdammen
sey. Ita relaxatio arrestorum cum omni sua causa, & quia est in pristi-

num

nam totam restitutionem, *Gail. de Arrest. cap. 13. num. 5.* omni utilitate integre & plenè facienda est, hoc est, cum omnibus, quæ arrestatus tempore arresti habuit, vel arresto non factio habiturus esset. *arg. l. restituere. ff. de rei vindic. Gail. de Arrest. Imper. cap. 2. num. 3. Mindan. de Process. lib. 1. cap. 39. num. 11.* Res enim restituta non dicitur, quæ deterior redditur. *L. 3. §. si reddita. ff. Commodat. l. Julianus. §. si quis rem ff. ad exhib.* Restitutionis enim verbum plenissimam significationem habet, ideoq; cum omni sua utilitate fieri debet; ut nihil ob arrestum ablit, sed eo loco & conditione sit arrestatus, atque si arrestum iniquum non processisset, *per ea, quæ latè tradit Gail. de Pignorat. cap. 17. de quo vide infra cap. 22. & 23. plura.* Unde multominus sumptus aut dispendia exigenda per Judicem, ministros & partem, cum, si quæ facta, refundenda sint. Id quod à judicante non facile prætermittendum, 10 etli pars læsa non petat, ne finita arresti causâ, ob injustitiam ejusdem, ipse actiones pati cogatur. Ubi arrestatio non caruit justo prætextu, quando coëpta fuit, sed ex postea deductis iniqua apparuit, lite tamen usque ad absolutionem dubiâ, tunc ut aliàs impensarum fieri solet compensatio, sic hic earum, sicut & damni faciendâ est prætermissio. Integrum tamen isti manebit, actionibus, *de quibus infra cap. 23. scribitur,* jus suum prosequi. Idcirco ubi sub initio processus arrestatus de damnis & impensis protestatus fuerit, & cum illarum adjudicatione se absolvi 11 petierit, nisi satis certus sit Judex, arrestantem ob justam arresti causam debere esse impunem, in dubio eum non absolvet, ne ipse periculum, quod alius meretur, incurrat, sed sic melius pronuntiabit, daß arrestate von dem arresto und darüber erhobener Klage zu entsindden sey / noch zur Zeit aber Gegenseit in die angezogene Schaden und Unkosten nicht zu verdammen sey / jedoch arrestaten darüber besser Aufführung vorbehalten werde. Quod magis enim periculosi sunt arrestatorii processus, quod ubi exorbitant, poenam meritò incurrunt, eò cautius à Judicibus agendum, ut arrestantes potius quàm ipsimet culpam luant.

Condemnatoria sententia, ubi persona arrestata est, id continet, 12 ut justè petita præstet, nec antea ex illo loco sub poena banni aut proscriptionis discedat. Daß arrestate die Schuld zu bezahlen schuldig / und ehe er sich darüber mit den arrestanten verglichen bey der Stadtfeste nicht weichen solle. Rebus arrestatis condemnatio simul continet immissio-

nem quandam in easdem, veluti pronunciari consuevit, wird N. N. hie-
mit an die arrestirte Güter verwiesen/sich darauß rechtlicher Gebühr nach
bejahle zu machen/ was er darauß nicht erheben mag/ sonst von jedem vor-
13 behaltsich. Ubi quis sub cautione fidejussoria relaxationem arresti im-
petraverit, contra fidejussorem den Arrest-Bürgen fertur sententia, sicut
& integer processus contra illius personam dirigitur.

CAPUT XXI.

De Appellatione in causis arrestorum.

SUMMARI A.

1. **C**ontra arresta imposita aliquando mandata sine clausula licita sunt.
2. Ubi iniustitia arresti apparet, ab arresti impositione appellandum est.
3. Ubi Judex arrestum relaxat, appellationis prosecutio non admittitur.
4. A captura vel citatione reali appellare licet, quamdiu eadem durat.
5. Quomodo ab impositione arresti appellatur. (rat.)
6. Ubi periculum est in mora vel metus fuga aut dilapidationis, ab arresto non appellatur.
7. Pendente appellatione quod sit ob metum fuga vel dilapidationis, pro attentato non habetur.
8. Contra arresta, quae ex statuto vel consuetudine procedunt, non.
9. A statuto appellare non licet. (valet appellatio.)
10. Causa arresti, quod ex conventionione imponitur, appellabilis non est.
11. Moribus appellationes in causis arrestorum non admittantur.
12. Sententia in causa arresti lata ex moribus multorum locorum non est appellabilis.
13. Ubi deficit consuetudo, inspicienda est causa qualitas.
14. Concurfus duorum specialium odiosus est, nec facile admittitur.
15. In

15. *In executivis non valet appellatio.*

16. *Nec querela nullitatis regulariter.*

Remediis iis omnibus contra injusta arresta consultum est arrestatis, quæ aliàs Judicium injuriæ reparantur. De eo verò quæstio incidit, annon contra arrestum mandatum sine clausula petere & impetrare, ita hujus ope evadere liceat? Discernendum, quomodo arrestum imponatur, an à superiore seu magistratu seu Judice sui causæ & proprio motu, an ad instantiam tertii jure magistratus seu judicialiter, seu extrajudicialiter. In priori specie contra imponentis injuriam est ex mandato sine clausula remedium, uti hoc constitutiones Imperii ordinarunt. *vid. R. A. in Regensburg de Anno 1570. §. Wann auch die Arresta. & seq.* Et licet illa constitutio tantum de iis, quæ Status Imperii contra Status alterius personas vel res decernunt, loquatur, tamen jacti usu non sine ratione porrecta est ad quosvis Imperii cives seu mediatos seu immediatos, & omnibus apud competentem magistratum, seu Judicem juxta illam remedium suppetit, de quo videas scripta *ad a. 23. n. 1.* In altera seu posteriori specie res secus se habet, & distinguendum est, utrum injustitia arresti nondum sit manifesta, an pateat. Siquidem aliquid ejus adhuc discutiendum vel explorandum est, non decernitur mandatum, sed qui se per illud gravatum putat, appellationis opus habet, *per R. A. de Anno 1594. §. Ob auch wol ferner. &c.* scribit *Petr. Frid. Mindan. in tr. de Process. lib. 1. cap. 40. n. fin.* de eo olim in consilio Camerali deliberatum & omnium votis conclusum esse. At referendum hoc ad illam speciem. Secus se res habet, ubi injuria arresti est notoria. Contra illud ad cassationem vel relaxationem mandatum sine clausula decerni non tantum æquum, sed etiam consuetum, nec à Recessibus Imperii alienum. *R. A. de Anno 1594. §. Und so viele die unglückl. Gail. de Arrest. Imper. c. 1. n. 3. seq. Schurff. conf. 15. n. 10. vol. 3.* Alius casus est, quando mandatum sine clausula in causis arrestorum decernitur, quando cautio idonea offertur, & relaxatio petitur & denegatur. Tunc non opus est appellare, sed licet relaxationem per mandatum superioris impetrare. *vid. Rutz. Ruland. in tr. de Commiss. p. 4. lib. 4. c. 6. n. 61. ubi praxin hujus notat.* Quà appellationem ab impositione arresti interpositam incidit ea quæstio, si Judex, à quo illud spontè

relaxet, sed arrestatus eo non contentus putet sibi adhuc de injuria esse
 3 agendum esse, an appellationem prosecuturus sit audiendus? Et con-
 clusum fuit, appellationem non amplius esse recipiendam, tum quia
 gravamen Judex sustulit, quo ipso appellatio desinit, tum quia illud,
 quod per appellationem intendit, relaxatione jam est assecutus, prout
 docetur in *decis. nostra 202. part. 4.* Siquidem damnum & injuriam
 4 arrestatus reparare velit, aliis actionibus modum est. Porro si quis se
 arresto vel ejus ratione per Judicis sententiam inique læsum existimet,
 an appellare queat ad superiorem? distinctè considerandum est. Vel e-
 nim quaeritur de ipsa impositione arresti, vel de sententia impositi ar-
 resti prosecutionem consecutà. Primum quod atinet; Existimatur de
 Jure communi perinde ut à captura vel citatione reali, à qua captus vel
 detentus tamdiu, quousque detinetur, tanquam ob continuatam suc-
 cessivum gravamen appellare potest, *Bald. in l. si clericus. c. de Episcop.*
 5 *audient.* sic & ab arresti impositione jussè appellari, si hæc personæ,
 si res comprehendat. Ita tamen, ut Judex appellantem vel res ejus sta-
 tim dimittere non debeat, sed expectet, donec per superiorem sibi
 mandetur. *Peck. de Jur. sistend. cap. 34. num. 1. Paris. consil. 39. lib. 1.* Si
 6 tamen appellatione fretus discedit arrestatus, non dicatur frangere ar-
 restum, sed censeatur interim sub Judicis superioris protectione consti-
 tuti. *Rebuff. ad Ordinat. Reg. tit. de Liter. oblig. artic. 6. gloss. 3. num. 71.*
 Et si verò non negetur rationi congruum esse, ut in tam rigoroso reme-
 dio non negetur gravato innocentie præsidium; multis tamen casibus
 eouti non licebit, nec adhibitum liberabit ab arresto; veluti primò ubi
 periculum est in mora aut suspicio fugæ vel metus dilapidationis,
 præsertim ubi arrestatum alibi satis possessionibus opulentum esse haud
 7 constat, *Peck. d. cap. 34. num. 2.* quia etiam pendente appellatione ob
 talem causam aliquam Judex, à quo decernere potest capturam perso-
 narum vel sequestrum rerum, nec id pro attentato habetur. *Franch. in c.*
omni teneantur. 17. num. 10. & 13. X. de Appellat. Lancellet. in tract. de
Attentat. part. 2. cap. 12. limitat. 31. princ. num. 1. Vestr. in prax. lib. 8.
 8 *cap. 4. num. 3.* Secundò, ubi statuto, vel quod perinde est, inveteratà
 consuetudine sic cautum vel receptum, ut debitores, vel contra quos ju-
 sta petendi causa, in persona aut rebus arrestentur, quoad quod debent,
 præsent aut legitimè respondeant, impositio arresti appellabilis haud
 est.

est. A statuto non appellatur, sed id præcisè oportet servare. *Bart. in l. ult. num. 3 ff. de Appellat. recip. Gregor. Rhodol. in tractat. de Appellat. lib. 2 cap. 22. num. 1. & 3. scac. de Appellat. quæst. 17. limitat. 20. num. 1 & seq.* Tertio, ubi conventione licentia arrestandi data fuit, si-
 ve expresse, si ve tacite, appellationi contra pacta locus non est. Addit
 quarto *Beckius dict. cap. 24. num. 3. & 4.* Moribus derogatum Juri com-
 muni. Qui ferè ubique invaluerunt, ut ab arresto appellans non audia-
 tur, sed teneatur coram Judice, à quo facta fuit arrestatio, proponere
 causas gravaminis per arrestum sibi illati seu nullitates ejusdem & inter-
 rim manere aut res suas relinquere sub arresto. Si enim aliud observa-
 tur, & appellando liceret evadere, arrestorum remedia & beneficia nul-
 lius forent momenti & inutiliter imponerentur, secus atque intentio ea
 pro citiori justitiæ executione introduxit & determinavit. Nec ego re-
 perire potui, aliter unquam fuisse observatum, aut appellationem at-
 tentam. Est verò appellatio ab imposito arresto locum aliquando ha-
 beat, id tamen aliter accipiendum non est, quàm ut, donec appellationi
 instantia per sententiam finietur, arrestatus discedere aut res arresta-
 tas illà pendente transferre non debeat, *ut ex Modest. Pistor. & Monach.
 tradit Besold. consil. 226. num. 18.*

Secundò quæstio est de sententia, quæ post finitam arresti prosecu-
 tionem in ipsa causa profertur, an ab illa appellare liceat? Multis in lo-
 cis statuto aut moribus inveteratis invaluit, arrestorum causas esse inap-
 pellabiles, idè quæ extra dubium est, tunc à Judice justè non deferri per-
 peram iniquam appellationi. Exemplum est tm *Stralsundischen Erb-
 Vertrag.* Cæterum ubi tale nihil speciali statuto vel usu introductum
 reperitur, inspicendum reor, de quo his fuerit, an de arresti jure, an de
 causæ principalis meritis. Quoad hanc considerandum est, qualis cau-
 sa occasione arresti ventilata fuerit, an talis, quæ appellationi de jure
 communi locum relinquit, an alia. Nec enim arrestum per se immu-
 tare valet causæ conditionem & qualitatem. Ideirco ubi illud saltem
 prorogat jurisdictionem Judicis aliàs incompetentis, sine lege aut con-
 suetudine expressa non sortietur eam operationem, ut appellationis fa-
 vorabile tanquam pro defensione paratum remedium excludat. Con-
 cursus duorum specialium odiosus est, in Jure improbat, nec facile
 admittitur, præsertim in statutis, privilegiis & similibus concessionibus.

l. 1. c. de Inoff. donat. Jason. ad l. singularia. num. 6. ff. de reb. cred. Coedd. Consil. Marpurg. 19. num. 199. vol. 4. ubi prelixè id confirmat.
 15 Ubi verò ipsa causa talis est, ut appellationi locus esse vel non debeat, vel non soleat, tunc nec in arrestis ista permissa erit, præsertim ubi in executivis versamur, à quibus regulariter non appellatur, maximè ubi ex conventionione parata executio competit, prout rationibus hoc comprobatur. *Coler. de Process. Executiv. part. 4. cap. 2. num. 30. & seq. Scacc. in tract. de Appellat. quæst. 17. limit. 9. per tot. quò lectorem studio brevitatìs remitto.* Cùm verò arrestum tanquam remedium extraordinarium saltem in executivis exerceri soleat, cæteræ causæ non nisi singularibus ex causis per arresta expediantur, inde communiter cessetur, arresta esse inappellabilia. Quod attinet controversiis, quæ circa arresti jus & qualitatem oriuntur, in iis quæ appellationem servandum est, quod Juri convenit quæ appellationes à remediis executivis seu in causis executionum, quarum species arresta habentur. Accidebat contra ea, quæ in causa arresti facta fuerant, nullitatis querelam proponi, idèò
 16 quæri, utrum illa admittenda esset? In executivis processibus, quorum species est arrestorum causa, non faciliè illam admitti constat, quod in iis magis ad merita causæ, quàm ad ordinem procedendi respicitur. Sunt enim tantùm super liquidis, in quibus, dummodò de facto & jure constet, de ordine procedendi non valdè sumus solliciti. Debitor de executione nullitèr vel insolito modo facta conquerens non auditur, quando debitorem se negare nequit, nec auditur, nisi debitum liquidum offerens. *Fab. in c. lib. 7. tit. 1. defn. 20. pr. & defn. fin. n. 3.* Ad quod differendum vel declinandum proficere non debet, quod in processu inordinatum. Nemo id eo jure succedit, quod malè egerit. *l. 1. c. de plus petis. l. 1. c. de formul. act.* Putavimus itaque inspiciendum, quid pro nullitatis querela afferatur, an merita causæ afficiat, quod factum, ut illa inde essent dubia nec planè liquida, an tantùm rigorem & ordinem processus. Et cùm tantùm ultimi generis essent allegata, non putavimus idèò processum aut corrigendum aut emendandum esse, sed prout liquidò constabat debitum esse, ita etiam inordinate injunctum, quia non injustum esse servandum. Æquitatis potior, quàm stricti juris in his ratio est. *l. placet. 8. c. de judic.*

CAPUT

CAPUT XXII.

De Executione in causis Arrestorum.

S U M M A R I A.

1. **C**ondemnatus ex causa arresti non potest discedere, antequam iudicato satisfecerit.
2. Ubi non habet in are, qualis tunc executio.
3. Rerum arrestatarum post immisionem fieri debet legitima taxatio.
4. Cujus periculo sunt res arrestatae, pendente iudicio, super arresto explicatur distinctim.
5. Re perempta creditori reliqua est actio.
6. Occasionem qui damno dat, ut damnum dedisse videatur, pertinet ad actus illicitos.
7. Fato non culpa imputantur, quae casu contingunt.
8. Penes quem res arrestata perit, quando exinde tenetur?
9. Res perit suo Domino, & quomodo hoc accipiendum.
10. Quam culpam praestat, penes quem res arrestatur.
11. Loco depositarii hic est.
12. Apparitor rem arrestatam detinens de omni tenetur culpa.
13. Quod pro re arrestata deperdita exigitur, ad quem spectat.
14. Depositarii culpa cum pecuniam consumpsit, ferit creditorem.
15. Omne damnum in re arrestata pertinet ad iniquè arrestantem.
16. Ubi res aequè peritura sit, ac si arrestum non fuisset impositum, damnum non imputatur arrestanti.
17. Iniquitas arresti ex sententia colligitur.
18. Detentor rei arrestatae ad quid condemnatur.
19. Ejus interventio post rem iudicatam non auditur.
20. Pignus in re oppignorata habentibus quatenus intervenire licet.
21. Duplici remedio consulitur arrestanti, ubi tenentis rem arrestatam jus potius apparet.

Gg

22. Jure

22. *Jure retentionis rem arrestatam tenentis interventio quatenus permittitur.*
23. *Compensatio quando locum habet, explicatur.*
24. *Idem circa dationes in solutum observandum.*
25. *In arresto nominis quid licet arrestanti.*
26. *Condemnatio illius, qui res alienatas aliò transtulit, aut trans-ferri passus sit.*
27. *In fraudem facta alienationis effectus.*
28. *Detentor non tenetur exhibere res arrestatas, nisi solutis im-pendiis necessariis.*
29. *Executio contra fidejussorem arrestati quomodo fiat.*
30. *Differentia fidejussoris ex contractu & de judicatum solvendo.*
31. *Fidejussor cum principali in causis arresti semper una censetur esse condemnatus.*
32. *Fidejussor non potest appellare à sententia contra principalem, quando ivit in rem judicatam.*
33. *Illi contra debitorem parata est executio.*
34. *Exceptio ratione causa principalis non competit reo contra fidejussorem.*
35. *Cautio de judicio fisci quem effectum habeat, distinctim explicatur.*
36. *Ubi nulla accessit certa stipulatio, non est parata contra fidejus-sorem executio, sed prius interesse liquidum reddere oportet.*

Prolata post processum arrestatorium sententia executioni manda-tur, vel contra personam arrestatam, aut contra res arresto com-prehenfas, vel contra tertium possessorem, vel denique contra fi-dejussorem, qui intercessit pro arrestato.

Ubi quis in persona arrestatus ad solvendum vel faciendum conde-mnatur, non potest à loco secedere, nisi sententiae satisfecerit, nec tunc invito autore cautio admittitur, *uti infra c. 25. n. 102. ostenditur.* Et qui-dem si alia remedia non sint præstò, & in eo loco, secundum cujus jura judicare oportet, incarceratio obratorum, vel adjudicatio ad manus debitorum legitima aut consuetæ est, eà non immeritò afficitur, donec aliunde

aliunde liberationem sibi conciliet. Quid verò præstet alterutrum ex his mediis, scripsi in Commentar. ad Jus Lubec. *ad artic. 1. tit. 3. l. 1.* & plura reperies apud *Coler. de Process. executiv. part. 1. c. 6. & 9.* Non aliter tamen ea apprehensio procedet, quàm si cætera omnia adsint requisita, quæ in severioribus istis remediis exiguntur. Ideoq; si vel personæ ab istis coercitionibus sint exemptæ, vel id accedat, unde carcer, aut servitus evitari solet, ad istam progredi non licet. Omnia quippe hic observanda sunt, quæ circa incarcerationem vel adjudicationem ad manus considerari solent, *de quibus fufius agere hujus non est loci.*

Rebus arrestatis, quia sententia solet continere immisionem aut adjudicationem, dicitur *Anweisung* nihil requiritur præter taxationem ex consuetudine cujusque loci instituendam. De qua, quomodo in executionibus fieri debeat, pulchrè non minùs quàm latè scripsit *Coler. dict. tract. part. 3. c. 9. per tot.* Sæpiusculè verò contingit, pendente super arresti causâ judicio, res arrestatas perire vel deteriorari, ideoq; in quæstionem venit, cujus periculo eæ sint, ut damnum vel interitum sustinere debeat? Ut eò plenius de eo dignoscatur, discernendi sunt duo principalis casus, an contra arrestatum pronuncietur, an pro eo iniqui arresti fiat relaxatio. Ubi arrestatus fuit condemnatus, siquidem res arrestata sine arrestantis facto perierit aut detrimentum passa sit, nihil huic decedit. Quod ex illa redigi non potest pro facienda solutione, exactio- ni ulteriori manet reliquum, ut, cùm velit, aut occasio feret, non obstante sub arresto rem periisse, exigere queat, nullamq; interitus justam exceptionem patitur. Licet enim arrestum occasio fuerit interitus aut damni, eo tamen nomine arrestans, qui suo jure utitur, nihil sustinet. Quod enim dicitur, damnum dedisse videri, qui occasionem damno dedit, *l. qui acced. 30. §. in hac quoque. 3. l. ita vulneratus. 51. in pr. ff. ad L. Aquil.* id non aliter procedit, quàm si ille in illicitis & iniquis versetur, aut culpam admittat, unde nascatur incommodum. Qui licita pro jure suo tuendo agit, etsi inde casus subveniat, eà de causâ non tenetur. Quæ enim ex improvviso casu potiùs, quàm fraude obveniunt, facto, non culpæ, imputantur. *l. 1. c. ad L. Cornel. de sic.* Sed quoad eum, penes quem res perit, aut damnum patitur, ut contra illum eo nomine actio sit, multum interest, unde id fiat. Siquidem sine illius culpâ, me- ro casu fortuito vel vi majore, hic judicandum est ex regula, quod res perit

perit suo Domino: *l. 9. c. de pign. act. l. damn. c. de loc. & cond.* quod si
verò dolo malo vel culpâ aut negligentia id fiat, periculum transit ad il-
10 lum, cuius dolus vel culpa arguitur. Ubi tamen refert, apud quem res
arrestata sit. Aliquando relinquitur penes illum, ubi tempore arresti
reperitur, aliquando isti adimitur, & apparitori custodienda traditur.
11 Ille, qui tempore arresti detinet, regulariter non alio loco habendus est,
quàm sequester aut depositarius, idcirco ubi penes illum res perierit
aut deteriorata fuerit, nisi dolo vel latâ ejus culpâ factum proberur, li-
ber erit ab actione, nec enim ad aliam culpam tenetur depositarius,
juxt. Jura vulgata. At si idem, præcedente aliâ causâ, rem tenuerit,
eâq; tali, quæ exactæ aut exactissimæ diligentia ipsum obnoxium faciat,
ut de levi aut levissimâ culpâ teneatur, veluti si ut tutor, vel ut commo-
datarius, aut ut locator eam penes se habeat, tunc judicandus erit ex
præscripto *l. si ut certo. §. 3. ff. Comm. l. contr. 23 ff. de Reg. Jur.* Quo-
modo rem alienam tenens obnoxius tuit Domino, à quo istam habuit,
ita etiam obstrictus manet arrestanti, qui in locum debitoris succedit,
12 ejusq; jure per omnia utitur. Ab apparitore vel serviente major quàm
à simplici depositario requiritur diligentia, unde de omni culpa eun-
dem teneri concludit *Peck. dict. tract. de Jur. sistend. c. 44. n. 2. & seq.*
13 adeò, ut putet, etiam arroshiones murium ipsius periculo fieri. Id verò
non extra dubium, quod ob culpam ille, penes quem res perit aut de-
terioratur, debet, an imputandum sit arrestanti, ut is exigere cogatur,
& in eo liberatus sit debitor? Ita putat *Peck. dict. c. 44. n. 5. & 8.* ubi
expresse addit, si pecunias arrestatas deglutiât vel consumat apparitor,
debitorem pro magnitudine & quantitate istius pecuniæ liberatum es-
se, & improbum apparitorem teneri; si autem solvendo non est, Judi-
14 cem, à quo constitutus est in subsidium. Sicut & in simili traditum le-
gimus, quòd ubi pecunia consensu creditoris deposita sit, & eam depo-
sitarius consumperit, periculum & damnum esse creditoris, ex *Ant. de*
15 *Gamma dec. L. sit. 149. Her. de Fidej. c. 20. §. 27. n. 44.* Altero casu ubi
arrestum iniquè petatum fuerit, omne damnum, quod isti occasione
arresti contingit, etiam eveniet casu fortuito, qui nisi re arrestatâ eventus
non fuisset, imputatur arrestanti, ut æstimationem & id, quod in-
terest, rem non periisse solvat, *Peck. dict. c. 44. num. 6.* ubi exemplum
ponit, in re flammis exusta in ædibus apparitoris, penes quem res arre-
stata

stata deposita fuit, ejus damnum sustinet, cujus ex facto eò devenit: Ita
 & *Gail. de Arrest. Imper. cap. 13. num. 1.* scribit, quando arrestum facti
 est, rei deteriorationem vel interitum ad arrestantem pertinere & ab eo
 praestari debere. Quod tamen restringendum puto, ut, ubi res mansu
 ra ibiq; peritura fuisset, etsi arrestum non imponeretur, nihil creditoris
 imputandum sit, quia debitoris non refert, arrestum esse impositum;
 statur verò hujus juramento, si dubitatio incidet, an non imposito ar-
 esto rem æquè relicurus sit in loco, atque cum impositum fuit. An ini-
 quum arrestum sit, concluditur ex sententia, quæ cum absolutoria est,
 semper obtinent, quæ jam scripta sunt. Etsi enim, ubi dubia fuit arresti
 justitia, ab expensis fieri possit absolutio, à damno tamen rei illato cre-
 ditor absolvi non debet, nisi obtineat litis victoriam. Intervenit hic cul-
 pa arrestantis, cur viam facti potius quàm juris elegerit. *Petr. Frid. Min-
 dan. de Proceffib. lib. 1. cap. 39. num. 10.* Eò æquius & utilius illud est,
 quo temeritas arresta quærentiù continentia & coercitione magis eger.

Quod si tertius detinet res arrestatas, siquidem tempore arresti pe-
 nes illum existerint, ipsiq; intimatum fuerit, ne dimitteret, post sen-
 tentiam statim tenetur exhibere, aut ablationem ex jussu Judicis pati.
 Occurrebat ea species, quòd cum quis teneret alterius bona, cujus etiam
 creditor erat, eaq; sibi pignoris nexu obligata habebat, arresto verò im-
 posito de jure sibi in iis competente siluisset, alios super isto litigare
 passus, lite verò finita & adjudicatione factà sub obtentu pignoris tra-
 dere recusaret, inde quærebatur, utrum in executione intervenire & re-
 stitutionem denegare posset? Post ambiguas super eo disputationes i-
 tum est in eam sententiam, decuisse quidem tenentem de suo jure ar-
 restantem, nec non Judicem admonere, haud verò quod non fecerit, id-
 circò jure, quod in re habuit, excidere, cum non adsuerit necessitas de-
 nunciandi vel interveniendi ei, qui sciebat pignus sibi durare, *l. fiant. §.
 §. non videtur. 15. ff. quib. mod. pign. vel hypoth.* quiq; etiam cogitare
 poterat, alterum non idèd agere, ut se à pignore dimoveat, quod face-
 re non possit, sed quod in pignore superfluum est, habeat, cum qua hoc
 arrestum utile sit. Nec sine lege privatio juris certi est irroganda. Si
 tamen quid fraudis vel improbæ culpæ accesserit, tunc non iniqua erit
 actio & condemnatio ad interesse, ad minimum ad litis sumptus dece-
 pto adversus eum, qui malitiosè liti causam dedit, quam significatione

juris sui evitare poterat. Ut non est innocenti pœna irroganda, sic nec malitiis indulgendum. *l. in fundo 38. ff. de rei vind.* Melius faciet & magis ex bona fide, qui statim interveniet, & de jure suo allegabit, quo arrestum impetrans sciat, utrum desistere & sumptus devitare velit. Est verò, ubi in rebus arrestatis docetur jus pignoris inter detinentem & arrestantem prioritatis quæstio decidenda, si de ea contenditur.

- 21 Cum quâ detinentem jus antè certum est, arrestanti duplici remedio erit consultum, nempe vel oblatione crediti, quam Jurisprudencia secundo creditori concessit *l. 1. in fin. c. si antiq. cred. pign.* vel distractione rei oppignoratz, ut anteriore ex pretio dimisso posterior suum recipiat, *juxta l. à Divo Pio. 15. §. quod si res. 5. ff. de re jud.* cujus providentia ad hanc speciem quadrat, & hodiè ob summam æquitatem usu forensi juxta eam creditoribus oblationis necessitas remittitur, & distractio salvo jure anterioris indulgetur, uti inter Decisiones nostras annotatum reperies, & circa arresta sæpiùs observatum scio.

- 22 Quando detentor rei nullum in ea Jus certum & reale habet, sed tantùm Jus retentionis ex alia causa pro credito prætendit, idem haud sentiendum, sed ei, qui arrestum impositum scit, & denunciatum sine ulla mentione Juris sui & de eo protestatione recepit, in executione, postea illo in arrestantis incommodum uti permittendus haud est, tum quod acceptatione arresti ad alterius instantiam decreti & secum impositi retentionis Juri renunciare, idè amisisse intelligitur, *l. si eo tempore. 6. c. de remiss. pign.* tum quia sciens alium agere & maturè intervenire cessans, postea ad impediendam executionem non admittitur. *Bartol. in l. sepè. ff. de re judicat. pet. Frider. Mindan. de contin. caus. lib. 3. c. 9. n. 3.* Quando tertius scivit causam agitari & passus est alium agere, per patientiam & scientiam sibi præjudicat maturè non contradicens, præsertim si illud in controversiam venit, quod ad ipsum principaliter spectat. *Gail. 1. obs. 70. n. 25.* Traditur & usurpatur à nonnullis singularis cautela ad præcavendas lites & difficultates, quæ post arresti prosecutionem, cùm ad adjudicationem pervenitur, à possessoribus moveri solent, quod quando metuuntur, arrestans curare debeat, ut citentur ad comparandum & Jus suum allegandum deducendumq; quò uno processu & sententiâ lis finem accipiat, de quo *vid. Gail. d. obs. 70. n. 27. ubi in fin. addit*, ita in Camera sæpiùs peti & impetrari, & admodum

modum salutare consilium esse. Non possum prætermittere alium casum, qui non ita pridem in iudicium venit, quando is, apud quem res alterius arrestabantur, cum facta adjudicatione solvere jubebatur, compensationem opponeret, unde quaesitum, an compensationis exceptione creditorem excludere posset? Siquidem vel ante arrestationem, 23 compensationi animo accepisset, vel arresti impositi tempore statim de compensando animum declarasset, utique sicut post talem declarationem compensatio ipso jure debitum sustulisset solutionis instar, cujus speciem & effectum habet, *l. si debitor. ff. qui pot. in pign. & arrestandum* non amplius adesset, ita creditor arrestans rectè excluderetur, qui sibi imputaret, cur intellecta compensatione, vel de illa non cum detentore ageret, vel maturè desisteret. At si circa arrestum impositum detentor vel debitor silet, & de compensando intentionem non declarat, dum creditor in prosecutione occupatus, multò magis si ea finita adjudicationem impetravit, non audiendus inopportunè compensare volens. Quod non magis justè fieri potest, quàm si debitor rem arrestatam in solutum dare velit, quod post arrestum non amplius integrum est. Obstat jus alteri ex arresto quaesitum. Etsi enim compensatio ipso jure fit & liberat, attamen non priùs quàm ab eo tempore, quo de ea fit declaratio, cui non amplius locus, postquam in potestate debitoris non est, quod arrestatum est, præstare.

Hæc itidem observanda sunt circa dationes in solutum, ex quarum 24 obtentu etiam sæpius litem arrestantibus motam fuisse memini. Præsertim frequens de eo quaestio inter mercatores est. Quibus transmissæ res vel merces pro in solutum datione, seu, ut illi loquuntur, *auff Nethung gegen den Empfang* / arrestis & hæc inde litibus obnoxia sunt. Siquidem eo sine missa alter jam acceperit, arresti non superest facultas, quia accipiens jam Dominus istarum redditus potius contra omnes ereditores jus habet, *l. si ventri. 25. §. 1. ff. de reb. ant. jud. possid.* Cui simile puto, si non quidem in solutum immediatè data sunt, sed ut pro certo precio venderentur, & precium illuc cederet, ex quo dominium & periculum transit. *l. 1. §. 1. ibi Gosfred. ff. de estimat. act.* Quòd si arrestum illa, antequam in alterius creditoris potestatem pervenerunt, præoccupaverit, tunc ex eo, quo ad illum pervenire debuerunt, non ut in priori casu jus potius est, sed non obstante illius credito, prosecutioni arresti

arrestu locuſ eſt. Tantum pro iis, ad quos mittuntur, ſupereſt inter-
ventioni & adheſioni locuſ, ſub qua prioritatis quaſtio diſcutiatur.

25 Quando nominis arreſtatio fit, ita quidem arreſti procedit execu-
tio, ut illud arreſtanti velut pro pignore judiciali ſit, *l. d. Divo. 15. §. ſe-
quoque. 6. ff. de re judicat.* contra debitorem poſt proſecutionem ar-
reſti non ſtatim fit executio, ſed ille ſic ab arreſtante conveniendus eſt,
quomodo illud debitorem ſuum facere oportuit. Eſi enim arreſtan-
ti adjudicatio ejus, quod iſte debet, contingit, tamen nihil iuris amplius
conſequitur, quàm debitor habuit. Siquidem debitum conſeſſatum
ſeu ita comparatum, ut paratam executionem habeat, eà quoque gau-
debit, qui ex arreſto adjudicatur, *d. l. d. Divo. 15. §. ſed utrum. 9. ff. de
re jud.* non ut ſtatim inſoletur in ejus bona, & à pignorum capione in-
nitium fiat, ſed ut prius admoneatur & mandetur ſolutio. Quod ſi ne-
getur idèò ordinario proceſſu opus, & non alio contra debitorem de-
bitoris agendum. *Coler. de Proceſſ. execut. part. 2. cap. 3. n. 489.* Quic-
quid exceptionum debitori contra ſuum creditorem competit, hoc et-
iam contra creditorem creditoris utitur. Nec enim ex arreſto ob a-
lienum debitum deterior ejus conditio redditur. Nihil amplius tribuit
iſta adjudicatio, quàm ius agendi contra debitorem, juxta naturam &
conditionem debiti. Eſi verò negetur debitum, tamen creditori arreſ-
tanti integrum eſt, de eo contra debitorem experiri. Cui non obſtat,
quod habetur in *d. l. d. Divo. 15. §. ſed utrum. 9.* ſi negetur, æquiſſimum
eſſe diſcedi à nomine, idq; reſcripto ſic placuiſſe, quia vel id quò execu-
tionem accipiendum, quò illa ſaltem liſtatur, ſicut ita reſtringit *Rod.
ſuavet. in l. poſt rem judicatam. 56. verb. ſecundo quæro. p. 673. n. 1.
§. 3. ff. de re judic.* vel uſu contrario abrogatum habendum, cum quo-
tidie ſecùs obſervari videamus, præſertim circa arreſta frequens eſt ad-
judicatio nomine, eſi controvertitur, tamen arreſtanti actionem linqui.
Adjudicatio vim ceſſionis habet, & qui ex arreſto impetrat, vice ceſſio-
narii eſt.

26 Si verò quis res ſciens arreſtatas alienaverit, aut alià ratione ad a-
lium aliave loca tranſtulerit aut ſaltem transferri paſſus ſit, ut difficilior
ſit repetitio, iſ aut efficere cogitur, ut in priſtinum locum revertantur,
ſicut jure Lubecenſi expreſſius proviſum eſt. *art. 9. tit. 12. l. 5.* aut quan-
ti arreſtantis intereſt, non factum eſſe tranſlationem, præſtare, uti hoc
quotidie

quotidie observatur & frequens est condemnationis formula. Nachdem
 die beklagte die bey ihm arrestirte Güter / vor relaxation des arresti ab-
 folgen lassen / ist er solche alsfort wieder zu schaffen oder auch den wehr-
 tsaftm allen verursachten Schaden und Unkosten / weñ solche von Rich-
 tern designiret, vermittelst richterlicher Ermessigung zu zahlen schuldig.
 Si verò ipse solvendo non sit, idq; facta excussione appareat, quia alie-
 natio vel translatio in fraudem arrestantis facta apparet, non secus atq;
 eà de causa contrà accipientem Paulianà in rem actione à creditoribus
 agitur. tot. tit. ff. & c. quæ in fraud. cred. Sic & hic arrestanti eadem
 prospectum esse debet. Non verò aliter eà uti fas est contra tertium,
 quam ubi è residuis alienantis bonis satisfieri nequit, ideoq; excussio-
 nem prærequirit. l. 1. l. 2. l. 3. pen. c. de revoc. his quæ in fraud. Wormb-
 fer. practic. observ. tit. 23. observ. 4. num. 1. & 12. Trentacinq. var. re-
 solut. part. 7. tit. de except. resol. 4. num. 12. & seq. Cæterum ubi ipse
 reus alienaverit aut transtulerit, statim revocare licet, nec excussione
 exceptio possessori competit, per ea quæ scripta sunt supra cap. 15. n.
 41. Id tamen etiam notandum, illi, penes quem res arrestata usque ad
 finem litis permanet, auferendam non esse, nisi solutis necessariis pro
 eà conservandâ impendiis, quæ sunt ante omne creditum, veluti si pa-
 bulum jumentis arrestatis præbitum, si frumenti servandi necessitati-
 bus opera vel pro ea pecunia insumpta & quæ sunt similia, peck dict. c.
 44. n. 7. Quos sumptus repetit sequester aut depositarius, eidem re-
 fundendi rem arrestatam tenenti.

Contra fidejussorem in causa arresti den Arrest-Bürgen / execu-
 tio quoque parata est, non quod si contra illum processus peragitur &
 sententia fertur, uti communiter fieri solet, quod in locum rei succedit,
 & dominus litis sit, sed periade etiam, ubi sententia lata est contra prin-
 cipalem debitorem. Hoc enim interest inter fidejussorem ex contra-
 ctu & fidejussorem de judicato solvendo. Quod contra illum non au-
 ditum nec citatum sententia contra principalem lata executioni absque
 novo processu demandari nequit, sed illi integrum est in ipsa executio-
 ne deducere jura sua. Jason. in l. in duobus §. quis ergo. num. 2. ff. de
 fidejussand. speculat. de execut. sent. §. sequitur Mynsing. cent. 2. ob-
 serv. 96. Eman. soarez in thesaur. commun. opin. lit. F. num. 125. Rauch-
 bar. part. 2. quest. 7. num. 27. Caroc. decis. 136. num. 12. seq. Hic verò

Hh

qui

- qui iudicatum, was Breißeil und Rechte geben wird / solvere promissæ executionem sententiæ, contra principalem etiam absentem & contumacem late, pati cogitur, absque alio ullo novo processu, quamvis nec in lite fuerit, nec quidquam expresso nomine contra eum iudicatum. *lit. caroc. dict. decis. 136. num. 13. Carpan ad statut. Mediolan. part. 1. cap. 72. num. 12. Mascatell. in Practic. fidejuss. part. 1. mod. 12. num. 22.*
- 32 *seq. Peck dict. tract. cap. 45. num. 16. Natta consil. 126.* Ea enim est istius fidejussionis natura & conditio, ut ipse fidejussor unâ cum principali debitore censeatur esse condemnatus, *l. fin. c. de usur. rei judic.* cum promiserit omne illud quod iudicabitur præstare, seq; ita iudicato submiserit. Quocirca non secus atque ii, qui appellationibus renunciant, sic & ille fidejussor iudicatum solvi, postquam contra principalem sententia ivit in rem iudicatam nisi evidenter iniqua & nulla sit, ab ea appellare & hoc remedio executionem remorari non potest, *uti ex Cornazzan. decis. Rot. Lucens. 178. num. 9. seq. pluribus comprobatur.*
- 33 *Hering. in tract. de fidejussor. cap. 27. part. 5. num. 58. & seq.* Qui tamen se gravatum queri non poterit, cum id, quod solvit illud à debitore repetere valeat per paratis. executionem sine alio processu. *Barth. & Bald. in dict. l. fin. §. 1. c. de usur. rei judic. Coler. de Process. execut. part. 3. cap. 2. num. 30. Franc. de Fidejussorib. cap. 5. num. 516 seq.* nec illi objicere potest reus arrestationis iniquitatem aut omiffas exceptiones, cum ipse rem iudicatam adversus semetipsum permiserit, nisi fidejussor causa & occasio fuerit malè impetrati arresti *Peck. dict. cap. 45. num. 16. in fin.*
- 35 Sæpè verò contingit fidejussorem, qui pro eo intercedit, non iudicatum solvi, sed saltem iudicio sisti cavere, vel ob actoris negligentiam non solliciti de cautionis qualitate, vel ob actionis conditionem, dum ad factum præstandum vel pœnam corporalem tendit. Inde de modo executionis quæstio oritur. Discernendum verò est, utrum certus sit dictus dies sistendi rei & certa itidem pœna appositæ, ubi non sisteretur, an verò simpliciter facta fuerit fidejussio. Priori casu, elapsq; die, commissæ intelligitur pœna & executivè contra fidejussorem procedere potest. *arg. l. magnam. 12. c. de contrab. & committ. stipulas. l. tractatitia 23. ff. de action. & obligat.* ita tamen, ut si in termino reum defendere velit admittatur ad opponendum exceptiones, quibus reus uti potest,

potest, non secus ac si ipse opponeret audiendas, *prout palcbrè demonstratum leges apud Coler. de Process. execut. part. 2. cap. 3. num. 55. seq.* Altero casu cum nulla certa accessit stipulatio, non habet locum parata executio, sed quia in id facienda condemnatio quanti ea res erit, hoc est, in quantum reus principalis condemnandus foret *l. 2. §. fin. ff. qui satisd. cog. l. fin. ff. si quis in ius vocat. non jerv. l. quoties si. in pr. ff. de verbor. oblig.* id verò illiquidum adhuc est, idèd prius ab actore taxari, fidejussor desuper audiri & postea iudicis æqua moderatio subferri debet. *Coler. dict. cap. 3. num. 48. seq.*

CAPUT XXIII.

De Actionibus ob iniquitatem arresti ejusq; pœnis.

SUMMARI A.

1. Arrestorum temeritatem coërceri quare expediat.
2. Duplex arrestorum iniquitatem coërcendi modus.
3. Salvus conductus & arrestum quomodo differunt.
4. Salvo conductu à superiori impetrato arrestandi licentia inferiori adimi non potest.
5. Mandatis sine clausula jurantur Status Imperii à Statu Imperii arrestati.
6. Quando ejusmodi mandata locum habent, exponitur.
7. Actione injuriarum tenetur, qui arrestum iniquè procurat.
8. Gravis injuria est in iniquo arresto.
9. Mercatoris præcipua substantia in bona fide est.
10. Injuriarum tenetur, qui non debitorem quasi debitorem appellat.
11. Criminaliter contra iniquum arrestatorem agitur, & qua tunc ejus pœna.
12. Non semper actionem injuriarum ob iniquitatem intentare expedit.

13. Indifferentia in dubio sine injuriandi animo intelliguntur facta.
14. Tutius agitur in factum actione ad interesse.
15. Damnum pati intelligitur, qui lucrum amittit.
16. Mercatori lucrum cessans ob arresta refundendum est.
17. Judicis decretum injustum non excusat à pœna legis vel statuti.
18. Impensarum qualiter habenda sit ratio.
19. Jure Saxonico iniquè arrestato solidi dietim debentur.
20. Iniquus arrestator tenetur magistratus ad pœnam & creditoribus aliis ad interesse. (sum.)
21. Pœna l. exstat ff. quod met. caus. non infligitur ob iniquum arrestum.
22. Cautione de judicio fisci & judicatum solvi non remittitur injuriarum actio.
23. Mens cautionem offerentium pro relaxando arresto qua sit.
24. Actus agentium non operantur ultra intentionem.
25. Cautela pro cadentibus.
26. Magistratus injuriosè agens tenetur actione injuriarum.
27. Quando actio injuriarum ob iniquum arrestum contra judicem locum habet? distinctim explicatur.
28. Facilis Advocatorum lapsus notatur.
29. Qua de judice litem suam faciente in jure traduntur, ad iniquè arrestantem applicantur.
30. Cautela pro judice notatur.
31. Liberum est parti lasa judicem an arrestatorem velit condemnire.
32. Pro judice juris militat presumptio, qua declaratur.
33. Quomodo inquirenda iniquitas arresti.
34. Ad arguendam judicis injustitiam non sufficit sola relaxatio arresti.
35. Causa arresti cadens non semper solvit omne quod interest, interitum tamen rei sustinet.

¶ Cum ex arrestis maxima alios divexandi & affigendi occasio & licentia sit, ut quibus malè cupitur, prætextu debiti alteriusve speciosæ

ciosa & completa causæ paucorum dierum detentione in persona & rebus insignis paretur ultio & offensa. Imò & ignominia non rarè inuritur arrestato, *uti scriptum sup. cap. 4. num. 4.* Aliàs quoque eorundem abusus frequens sit, haud impunis debet esse malitia aut inconsideratio legitimo aliàs remedio ad alienam noxam abutentium, sed adversus hos eò severius agendum, quia etiam ad securitatem publicam pertinet quâ sancta respubl. quemlibet fretum esse jubet, ne liceat infantes molestiis delassare aut afficere, quò minus faciant aut omittant aliquid, ad quod non tenentur. Justa ergo & publicè privatimq; salutaris est ea actio, quæ vindicat arresti iniquitatem. In qua injuriam passus tantò magis juvandus, quò æquius & utilius, non permitti, ut rigoroso arrestorum subsidio quis abutatur, & alii noceatur. Variis autem remediis contra injustitiam arrestorum iniquè arrestatis consultum esse potest. Aliis, antequam illa decernuntur, aliis, postquam decreta sunt. Ubi ex arrestis metuitur injuria, solitum impetrari tum mandata de non arrestando vel de non inchoando processum ab arresto, tum saluum conductum, qui continet libèrè veniendi vel recedendi licentiam, atque securitatem. Non autem mandata de non offendendo, quæ saltem ad pacis publicæ custodiam pertinent, uti ea discernit & exponit. *Petr. Frider. Mindan. lib. 2. de Mandat. cap. 34. n. 1.* Cum aliquis conductum impetrasset, eo fretus ad locum, ubi contraxerat, venisset, justaq; arrestandi causa videretur, quaesitum, an illo non obstante arrestum nihilominus securè decerneretur? Respondit Facultas Juridica, Academiæ Juliz, per eas circumstantias, quæ narrabantur, justitiam arresti rectè statui, juxta etiam imponi tutum, si non attento salvo conductu & tutorio superioris magistratus imponeretur. Nec alienus sum ab illa sententia. Salvus enim conductus & mandata tutoria, quæ per superiorem decernuntur, non nisi ad injustam vim pertinent, minimè ad Juris viam & legitima remedia, quæ salvus conductus non prohibet, nec excludit. *Mynsing. 1. obs. 82. n. 1. seq. ubi refert, in Camera Imperiali denegari mandatum de relaxando, etsi impetratus sit salvus conductus, si jure agitur. vid. etiam Græven. lib. 2. obs. 52. n. 18.* Non unde Jura venire debent, præbenda est injuriarum occasio, *l. meminimus. 7. C. unde vi.* nec à superiore ut fonte justitiæ securitatis remedium fieri malitiæ tegumentum. *Cothm. Conf. 52. n. 30.* Solent ideo conductibus

inſeri ea verba, ſu recht und für ungeredre Gewalt / quæ licet omiſſa fuerint, tamen ex ratione inſunt, per quam ſecuritas ex conductu non aliter contingit aut ſervanda eſt, quàm uſque ad juſtitiam. *Graven. d. l. n. 12.* Cujus vigor ubique integer eſſe debet, nec ſublatus creditur, quocunq; ſecuritatis dato diplomate. Unde JCorum axiomata eſt, quòd ſalvus conductus non tollat aut reſtringat jurisdictionem ordinariam, *Menoch. de A. 3. Q. lib. 2. caſ. 338. n. 4 ſeq. Fab. in Cod. lib. 3. tit. 1. de fin. 5.* ideoq; nec arreſtandi pro Juris conſtitutione poteſtatem. Eſſi enim arreſta ſunt extraordinaria Juris remedia, tamen cum juſta & neceſſaria, legitima ſunt & virtute ordinariæ Judicium jurisdictionis exercentur. Licet conductui ſeu mandatis inſerta fuerint contra Juris viam vel medium, ſeu nominatim contra arreſtum ſecuritas, attamen Judicis inferioris manus non ligat, nec juſtam poteſtatem tollit, niſi eo audito cum cauſæ cognitione decreta ſint. Non eſt in poteſtate ſuperiorum legitima inferiorum judicia ac competentem jurisdictionem cohibere. Si id fit, injuſtum, idè nullum atque invalidum eſt. *Cothm. d. Conſil. 32. n. 41. Decino in cap. audientiam. n. 7. X. de appellat. Gvid. Pape Decif. 56. n. 3.* quod nec obligat alios Judices, nec proſicit impetranti. *l. 1. l. fin. C. ſi contr. juſ vel util. publ.* Unde ab JCtis traditur, talis inhibitoria contra inferiores Magiſtratus & Judices iſtis inauditis & ſine cauſæ cognitione decerni non debere. *Menoch. dict. caſ. 338. n. 9. Guid. de Caneq in tr. de ſecur. n. 30.* Eſſi verò non injuſtè arreſta, cum aliàs juſta ſunt, hoc eſt, juſtè petuntur & decernuntur, poſthabitis mandatis vel indultibus contrariis, veluti quæ per ſub & obreptionem elicitæ fuiſſe creditur, imponi queunt, tamen occaſio & origo ſunt inter ſuperiores & inferiores controverſiæ atque adverſitatum, dum illi in ſui contemptum horum facta contraria accipiunt, & mandati vim defendere atque oſtendere ſatagunt, unde conſultiàs, vel ab iſtis arreſtis abſtinere, vel ſi, ut ſæpè fit, per officii neceſſitatem vel conſcientiæ aut competentis Juris rationem omittere non licet, aut ſibi aut aliis grave præjudicium & damnum imminet & declinari nequit, de eo tollendo aut ſuspendendo laborant, ſicut evenit, cum vel mandato ſub & obreptionis exceptio opponitur, & in controverſiam vocatur, vel ab eo appellatur ad ſuperiorem.

Post impoſitum arreſtum remedium eſt ex querela de injuria arreſti

resti & super ea impetrando mandato. Quod sine clausula decernitur
 pro relaxando arresto. Quando hoc à Statu Imperii contra Statum u-
 surpatur, quomodo decerni & porro procedi debeat, Constitutione
 Imperii im. X. A. in Speyr de Anno 1570. §. Wann auch die arresta.
 provisum reperitur. At non minùs, ubi contra mediata imperio sub-
 jectos arrestatio injustè facta fuit, eidem remedio tam in Camera Impe-
 riali adversus imperio immediatè subjectos, quàm apud alios Magistra-
 tus inferiores contra eos, qui ipsis subsunt, locus erit. Sicut explicat
 & scribit Petr. Frider. Mindan. lib. 2. de Mandat. cap. 55. §. 6. n. 16.
*Quin & extra Constitutionem hanc (scribit) mediata imperio subjectis,
 ad sufficientem oblata cautionem, mandata de relaxando sine clausula
 decernuntur, si fortè propter causam civilem, in persona, vel bonis si-
 stantur, impediuntur: hoc enim rationi juris & hominis consentaneum
 est: arresta enim sequestrationes & repressalia plerumque imponun-
 tur, via facti, non juris, unde merito, oblata cautione sufficiente, impe-
 dita relaxanda. Quin & nullà oblata cautionis factà mentione, rela-
 xatio injungi potest, si de aperta processus nullitate & de nullaejus,
 qui vel ejus bona sistuntur, obligatione verisimiliter narretur.* Quan-
 do autem talia mandata sine clausula non nisi certis in casibus decerni
 debent, in quo ea, quæ extra terminos dictæ constitutionis decernun-
 tur, se fundent, & an legibus Imperii conveniant, disputatum aliquan-
 do legitur. Exponit hoc Ratzg. Ruland. in tract. de Commissar. part. 2.
 lib. 5. c. 6. n. 5. scribens, mandata de relaxando, et si prædictæ constitu-
 tionis requisita non adfint, decerni auf die vter Zälle / monetq; Advoc-
 atos, quomodo cautè ista sic petere debent, si in Camera exaudiri velint.
 Non alia autem nisi injusta arresta coercentur istis mandatis. Ad alia
 non pertinent. Quæ talia sint, exponitur in Recessu Imperii Ratispo-
 nensi de Anno 1594. §. und so vter die ungleiche Meynungen. & seqq. Ex
 quo discrimen in decernendis ejusmodi mandatis exactè observan-
 dum. Ubi neglectum iis ex eodem obstabit & opponi poterit exceptio,
 per quam faciliè eliduntur. Mindan. dict. c. 55. §. 6. in fin. Actione in-
 juriarum quoque experiendum putatur contra eum, qui iniquum im-
 petraverit, aut prosecutus erat arrestum. vid. Gail. de Arrest. cap. 15.
 num. 1. Peck. de Jur. sistend. cap. 18. num. 1. Godeu. consil. 38. num. 6.
 Alexand. consil. 19. in fin. lib. 2. per l. si creditores. in fin. ff. de privileg.
 cred.

- cred. l. pen. c. qui bon. ced. poss. Nec incongruè. Negari non potest, insignem arresto injusto inferri injuriam. Gravis injuria est, in jus injustè duci, l. si vero. §. 1. ff. qui satisd. cog. multò magis tanquam fide de-coctâ detineri, præprimis Viro nobili aut in dignitate constituto. Item mercatori, cujus substantia in fide & bona opinione hæret. *Neuizan. consil. 52. num. 8.* Præter damnum enim pecuniarium famam sugillat detentio non consueta nisi contra morosos & difficiles debitores, quorum nomen omnis vir bonus reformidat. Si verò is, qui non debitorem quasi debitorem appellavit, injuriarum tenetur, l. si vero. §. 1. ff. qui satisd. cog. quanto magis earum reus censetur & condemnabitur, qui durioribus remediis innocentem astrinxerit, aut afflixerit. Nec solum civiliter ad æstimationem illatæ injuriæ, sed etiam criminaliter agere licebit, ad castigandam arrestantis malitiam, pœnâ pecuniariâ vel etiam carcere, prout ista fuerit exorbitans, quod Judicis arbitrio relinquitur. Quia verò injuriarum actio requirit probationem doli & mali animi, sed ea aliquando difficilior est, non satis prospectum ista est per arresta læsis, cum ex Judicis autoritate & partium prætextibus speciem Juris habeant, ideoque à dolo aliena videantur. Iam inter indifferentia ista recenseri debeant, quæ benè & malè fieri possunt, quorum ea regula esse solet, quod in dubio sine animo injuriandi facta intelligantur. *Farinac. in Prax. Criminal. part. 3. quæst. 105. num. 118. Cravette. consil. 9. num. 20. Schneidewin. ad §. ult. num. 2. Institut. de injur.* Tutius igitur, ubi de hoc experienti non satis constat, in factum actio dirigatur, & demonstratâ arresti iniquitate, petatur indemnitas. Id enim iniquè arrestatus impetrare debet, etsi dolo arrestum non sit impetratum, ut arrestum ipsi nec præjudicio nec impedimento, sed ipse in ea causa sit, atque si illud impositum non fuisset. Quocirca refundi oportet expensas, damnum & omne, quod interest, *Gail. dict. cap. 14. in pr. color. de Process. executiv. part. 2. cap. 2. num. 39.* ubi exemplum talis condemnationis ponit. Damnum verò pati etiam is dicitur, qui lucrum amittit, l. proinde. §. fin. l. seq. ff. ad L. Aquil. l. Julianus. §. quantum. ff. ad exhib. item qui spem lucri amittit, aut voluntatem suam implere aut desiderio satisfacere non potuit. l. 1. §. fin. ff. de rei vind. *Menoch. remed. recup. poss. l. 1. §. 12. seq.* Quare omnes fructus & utilitates, quibus ob arrestum quis caruit, cum persona sua vel rebus non impeditis perci-

percipere potuisset, iniquus arrestans refundere debet, *uti hoc latè explicat Gail. de Arrest. c. 13. n. 17. & seq.* Quæ in alimenta, aut pro custodia insumpta sunt, item operas, quibus quis mereri quidquam potuit, refarcit arrestans. Unde si mercator fuerit arrestatus, vel alius in persona sua vel ex re arrestata lucrari & quantum facere solitus, non modò damni accepti, verùm etiam lucri cessantis ratio habenda. *l. 5. fin. l. socium qui ff. pro soc. Rebuff. in l. un. gloss. ult. n. 23. c. de sent. quæ pro eo quod interest. Peck. dict. c. 18. n. 4.* Nec excusat Judicis decretum, quando injustum est, à poena legis vel statuti, *Jason in l. justè. num. 24. & seq. ff. de acquir. vel amitt. possess. Menoch. remed. recuper. poss. 8 n. 3.* ut frustra contra iniquè factum judicialis autoritas ad excusationem prætexatur. *Gail. de Arrest. c. 14. n. 1.* Impensarum verò ratio in adjudicatione habenda est ex conditione & qualitate personarum. Non rarò evenit, ut homines pertinaces non solum sub arresto remanere, quàm cautione relaxationem impetrare malint, sed etiam sub spe recuperandorum sumptuum durante arrestatione delicate & oppipare victitent, & in hoc ultionem contra adversarium quærant. Sed cum sumptuosus ille victus non nisi ex maligno animo procedat, nimirum ut adversarius majore sumptu oneretur, minimè isti indulgere debet Judex, sed ita temperare impensarum quantitatem, ut necessitates personarum non excedat. Harum verò cum varia sit conditio, qualis victus & sustentatio cujuslibet vitæ, necessitati & dignitati congrua sit, æstimabitur, *prout prolixius demonstrat Peck. dict. tractat. c. 51. per tot.* Caveat ergò arrestatus sub inani spe superfluas insumere expensas, quas etiam ob iniquum non recuperabit arrestam, ipse verò de suo sustinebit, ut donec solvat, per hospites, caupones, vel apud quos victitavit, rectè arrestetur & detineatur. Sicut ea arresta quotidiana sunt. Jure Saxonico pro arresto iniquo solvuntur detentis per singulos dies naturales 30. solidi non minus atque pro alià injurià sive privatus sive Judex quispiam detineri fecerit. *Landrecht lib. 1. artic. 68. lib. 2. artic. 24. Weichbild art. 83. & 45. lib. 3. Coler. de Process. Executiv. part. 2. cap. 3. num. 156.* Cæterum non arrestato saltem, sed etiam Magistratui aliisq; creditoribus, quibus injusta detentio nocumento fuit ad poenam vel refusionem damni & interesse iniquus arrestator tenetur, *uti ex Molignat. de Jure retent. quest. 341. approb. Carpzov. in Jurisprud. forens. Romano-*

21 *mano-saxon. part. 1. const. 30. def. 21.* Anne verò creditor ob arrestum injustè impetratum amittit jus crediti, ut agens exceptione istà per injuriam seu vim extinctam esse actionem repelli debeat? nostrà ætate disputatum scio. Non desunt, qui id affirmarunt, imprudentiam seu malignitatem creditorum arrestis abutentium pœnà *l. exstat. ff. quod vi aut met. caus. l. si quis in tantam. C. unde vi. coërcentes. Recb. de Curt. in c. at si clerici. notab. 3. X. de Judic. Corta in memorab. ad verb. Creditor faciens detineri. n. 2.* Sed contrarium verius juriq; magis congruum est. Decreta est in dictis ll. pœna violentis invasoribus, qui proprià eaq; illicità autoritate res occupant. Cujus criminis rei non sunt, qui cum autoritate Judicis, licet non ritè nec justè, arresta impetrant. Nec enim cum iniquo Judicis jussu peccantibus ea amissionis pœna statuta est. *Vid. Peck. dict. tract. cap. 18. num. 5.*

- 22 Illud quoque sub disquisitione Dd. versatur: An ab arrestato præstità cautione de judicio tistì & judicatum solvi injuria per iniquitatem illata, arrestatori remissa censeatur? Visum nonnullis cavendo consentire in arrestum, quamvis iniquum, & qui se non secessurum promittit, approbare factum manus iniectionem, quam non patet injustam ob accedens factam Judicis, pro quo militat juris præsumptio. *socin. Consil. 113. lib. 3.* Sed qui è contra considerat, quàm minimè caventis ea sit intentio, quòd arrestum ratum habeat, sed ut relaxatione per cautionem impetratà non opus habeat in custodia aut cum servitute arresti iniquitatem demonstrare, nec adempta sit facultas liberius & sua agendi juxtaq; arrestum impugnandi, is cautionem non valet illuc extendere.
- 24 Actus enim agentium non operantur ultra illorum intentionem. *l. non omnis. ff. si cert. petat.* Quicquid enim arrestatus spondet, spontè non facit, sed compulsus, dum aliter libertate suà frui non valet. Quis verò inde colligat, eam actionem, quam sibi semper durare præscit, remittere. Rectius sentiunt *Gail. dict. tractat. de Arrest. c. 14. n. 3. Peck. de jur. sistend. dict. c. 18. n. 6.* qui addit, nec ex ea cautione adversarius consensus aut remissionis arguendi materiam arripiat, & inde litem pro suspendenda justà actione lucretur, consultius esse licet minimè necessarium sit, ut tempore præstandæ cautionis protestetur arrestatus de omni jure, actione & remedio contra arrestum competente sibi reservando, etiamsi aliàs ad evitandam injuriam seu infamiam apud improbum

bum creditorem non prodesset. Ubi notatu dignum est, quod in *fin. dict. c. 18.* subdit; Abundans cautela non nocet hoc præcipue seculo, quo vel minimâ occasione in abyssum & veluti labyrinthum litium incidimus, unde facile etiam injustâ causâ extricari non possumus.

Non solum verò contra adversarium, qui arrestum iniquum fieri procurat, sed etiam contra Judicem parti, per ejus imprudentiam vel iniquitatem læsæ, actio superest. *Gail. dict. c. 14. num. 1.* Non enim Magistratui vel Judici licet aliquid injuriosè agere. *l. nec Magistratibus. ff. de Injur. c. congreverente. X. de restit. spoliat. ib. Panorm.* Sed ubi injuriam sive extrâ sive in judicio fecerit, injuriarum actione conveniri potest. *Menoch. remed. recuper. posses. 8. n. 10. Gail. 2. Observ. 76. n. 4. Jac. in l. 4. §. condemnatum. n. 23. ff. de re judic.* Ea verò non aliter tenetur, quàm si appareat vel probetur maliciosè eum egisse vel processisse, & animum & propositum injuriam faciendi habuisse. *dict. l. nec magistratibus. ff. ib. Jac. de Aren. Corbmann. consil. 24. n. 15. vol. 3.* Id quod non occurrit in omni injusto arresto. Nam sæpè fit, ut errore aut alio modo Magistratus inordinatè, perperam & nulliter procedat in leges processus ordinati & legitimi peccans sine nocendi animo. Tunc non injuriarum actio, sed vel appellatio ad superiorem vel actio Syndicatus præfinita est. *Corbmann. dict. Consil. 24. n. 16.* In quo discrimine non observato Advocati non rarò labuntur, dum nimis properant ad injuriarum actiones contra Judices, in quibus tamen illarum animus non potest convinci. Præterea hic locum habebit, quod de Judice, qui per dolum vel gratiam aut imperitiam injustè judicavit, sicq; litem suam fecit, in Jure statutum est *pr. de oblig. quæ ex quas. delict. l. ult. ff. de extraord. crimin. tot. tit. C. de poen. Jud. qui mal. Nov. 8. & 17. Nov. 25. cap. 3. & Novell. 124. cap. 2.* Ut verò ea diversimoda est, prout causa, ex qua Judex malè ordinat, comparata fuit, prout pulchrè declarant *Cujac. in Paratit. Cod. ad tit. de poen. Jud. qui mal. Menoch. lib. 2. de A. I. Q. cas. 339. Vasqu. illustr. contror. 37. lib. 2. Mynsing. resp. 90. dec. 9. Roland. de Commissar. part. 1. lib. 6. cap. 7.* Ita nec eodem modo semper Judex ob arrestum injustum convenietur; Aliud statuendum, si precio corruptus, aliud, si ex gratia, aliud, si ex imprudentia decreverit, prout ea applicari hic debent, quæ in genere apud jam citatos traduntur. Quia igitur tam periculosa est Judici arrestatio, ut facilè per imprudentiam

tiam labi & sub specie recti. in alium injurius fieri queat, non modò illud eundem excitare debet, ut non sine exquisita circumspectione ad ejusmodi decretum se permoveri patiarur, sed etiam, ubi non satis certa est petentium iustitia, eà cautelâ utatur, quò protestetur, se non nisi periculo partis perentis arrestum velle indulgere, & juxta recipiat ante omnia à creditoribus cautionem de servando indemne tribunal Judicis & refundendo expensas, cum omni interesse in casu succumbentia, quam solitam, justam & utilem esse cenfer. *Coler. de Processu executiv.*

31 *part. 2. c. 3. n. 40. arg. c. suscitata X. de integr. restit.* Id arrestato integrum est, quando malignè arrestatio tacta fuit, quem convenire velit ob injurias sibi illatas, Judicem, an qui arrestum impetraverat. Nec enim in Jure, nisi saltem ubi ex culpa vel errore iniquum imponitur arrestum, fundata est illa aliquorum sententia, in subsidium saltem teneri Magistratum ob injuriosa decreta, si pars impetrans non sit solvendo, aut difficilioris compellationis. Electio hic actoris est. Ubi tamen Judex damnum ex actione passus fuerit, regressus ipsi patet contra impetrantem, cum præfatus usus fuerit cautelâ. Quà prætermisâ, nisi ad id, quod ex iniquo arresto assecutus est ille, cum ex injuria locupletari non debeat, nihil assequi potest, qui sibi imputare debet, quod cum parte prudentior esse debeat, tam in indulgendo iniquè facilis in alterius damno fuerit. Excipi tamen meretur ille casus, ubi de sub & obreptione partis patet, & Judex per falsa aut fucata narrata seductus in dispendium inciderit. Id quod ex actis dijudicabitur.

32 Cum etiam aliàs dici soleat, pro Judice & ejus processu militare justitiæ præsumptionem, *per 6. sicut nobis in fin. ex. de sentent. O. re jud. c. bona memoria. cl. 1. 9. contra vero. X. de Elect. potestat. l. 2. c. de offic. civil. judic. Gail. 2. observ. 1. num. 10.* hæc verò non aliter, quàm quoties judicialiter, servato Juris ordine auditisq; partium meritis, legitime procedit, *Gail. in Tract. de Arrest. cap. 11. num. 18.* minimè verò, si de facto & extrajudicialiter ad unius partis petitionem processerit, *Menoch. de Præsumpt. lib. 2. præf. 61. numero 42. Gail. 2. observ. 76.*

33 *num. 3.* ubi de iniquitate arresti quærela inducitur, probè ejus initium considerandum est judicanti, cui probationem aut deductionem eam jungat. Etsi quidem in ipsa impositione vitium vel omissum requisitum necessarium appareat, non juvatur amplius Judex aut pars præsumptione.

prione. Præceptum Judicis invalidum non excusat à pœna Juris. *Gail. de Arrest. cap. 14. § 1. in fin.* Sed cùm legitimus apparet processus, incumbit injuritiæ alleganti probatio. Nec ad eam condemnationem sufficit sola absolutoria sententia aut relaxatio arresti. Potuit enim ab initio iusta arrestandi causa apparuisse etiam iusto & prudenti Judici, vel aliud putasse arrestum petens, sed deinde in processu demùm innovisse aliquid deesse, ut non possit fieri condemnatio. Sicut ab expensis absolvitur, qui iustam litigandi causam habet, etsi succumbat. Ita qui ex ea arrestum affectus est, licet deinde causa ceciderit, cùm vel id non causæ vitio, sed aut artibus adversarii vel imprudentiâ litigantis contingere queat, non debet semper condemnari ad omne id, quod interest, multò minùs tunc Judicem periclitari fas erit. Id verò certum, ex absolutoria sententia præsumi contra arrestum & censeri iniquum, donec contrarium probeur. Ideoque quoad interitum rei relaxato arresto arrestantem semper teneri, suprà scriptum est, quia isti causam dedit, & ea temeritatis actionum pœna in Jure ordinaria est.

CAPUT XXIV.

De violatione Arresti & violati pœnâ.

SUMMARIA.

1. Arresta, ut sancta sint, omnino decet præcedere.
2. Violatores arresti severè sunt puniendi.
3. Arrestum spernens ut contemptor Judicis puniri debet.
4. Quomodo violatur arrestum.
5. Arrestum violans an pœnâ effracti carceris plectendus sit? ex.
6. Processus contra violatores arrestorum. (plicatur.
7. Quomodo citandi, qui ex arresto discedunt.
8. Per subsidiales literas citare discedentes ex arresto, quare non ex.
9. Citandi modus per proclamata aut carnificem. (pedit.
10. Urbanitas Judicum, antequam ad rigidiorum modum decurrunt.
11. Contumacia discedentium quomodo purgatur.
12. Pœnitentia non absolvit à violationis arresti pœnâ.

13. *Pœna violati arresti contra eos, qui se iterum sistunt.*
14. *Moderamen arbitrio Judicis traditur circa pœnam violati ar-*
15. *Multa cui applicanda.* (refl.)
16. *Quamdiu durat actio ob violatum arrestum.*
17. *Non valenti agere non currit prescriptio.*
18. *Qui citati non reuertuntur, proscriptione puniuntur.*
19. *Bannum contumacia quale sit.*
20. *Bannum imperiale differt ab alio.*
21. *Effectus banni contumaciae.*
22. *Leuius est crimen in committendo, quàm omittendo.*
23. *Sententia, quæ ob contumaciam fertur, non est definitiva.*
24. *Purgatio contumacia quandocunque locum habet.*
25. *Causa iusta purganda contumacia referuntur.*
26. *Qui iussu superioris emanet, pro contumaci non habetur.*
27. *Injuria arresti relevat à pœna violationis.*
28. *Ubi iustitia arresti dubia est, periculosè disceditur.*
29. *Ubi arresti iniustitia est notoria aut sufficienter probata, ex ar-*
resto discedens citatus redire non tenetur.
30. *Quomodo post allegatas discessus causas procedendum.*
31. *A banno contumacia absolutus ad cautionem tenetur.*
32. *Causa purganda contumacia juramento probatur.*
33. *Contumaciam non purgantis coërcitio.*
34. *Pœna violantis jurisdictionem Judicis arbitraria est.*
35. *Nihil interest, an arrestum quis non recipiat, an ex arresto disce-*
36. *Prætoris præcepta non contemnenda sunt.* (dat.)
37. *Qui ad discessum vel fugam auxilium vel consilium præbent,*
violati arresti rei sunt.
38. *Pœna opem consiliumve præstantium.*
39. *Explicatio l. quoties. C. de Exactor. Tributor.*
40. *Eximens iis beneficiis fruitur, quibus exemptus.*
41. *Quid contineat actio contra violatorem arresti.*

42. *Reditus arrestati non liberat eximentem à pœna.*
 43. *Per quos fit, ut non imponatur arrestum, hujus violati sunt rei.*
 44. *Ad quid hi tenentur.*
 45. *Misericordia & affectio in alterius perniciem nemini prodest.*

Sicut æquum est, pœnis refrænare arrestorum exorbitantias, ut qui
 ad incommoda aliorum iis abutuntur, certas sentiant pœnas, qui-
 bus aliorum malignitas aut inconsiderata temeritas in exemplum
 coerceatur; ita cum iusta sunt arresta & licita ejus, quod debetur, con-
 sequendi remedia, fas est severioribus ea munire sanctionibus, ne fiant
 elusoria & tam citò evadantur, quàm imponuntur. Necessitas, ubi iis
 iustè utimur, vult ea esse firma & inviolabilia, cum iis præprimis casu-
 bus decerni soleant, quando aliter aut non tam validè succurri poterit
 opem æquam desiderantibus. Quæ ratio usum arrestorum induxit &
 persuasit, eadem eorum sanctimoniam exigit. Nihil proficiet, & à
 fine pio multum aberunt, si spernere aut eludere unquam licebit. Qui
 arresta spernit, tanquam Judicis contemptor severè puniri debet. *arg.*
l. 1. ff. si quis jus dic. non obtemp. Mod. Pistor. consil. 60. num. 40. & 43.
Koppen. quæst. 35. num. 17. Violatio arresti est species contumaciæ e-
 jusq; gravioris, *Koppen. quæst. 15. n. 17.* & ob insignem contumaciam
 iusta in illam habentur æqua, nec unquam remittenda, ne necessarium
 & utile remedium evileseat. Non sine evidenti ratione fit, ut Magistratus
 & Judices nolint eam violationem aliquando esse impunem.

Violatur verò arrestum per arrestatos, primò discessu vel fugâ,
 quando sine venia Judicis aut creditorum abeunt, & frustrantur inten-
 tionem atque effectum decreti judicialis. Tunc vel semel transgressi
 semper emanent, aut verò aliquando in loco, ubi arrestati fuerunt, ite-
 rum comparent. Si contumaciter abierint & absint, nonnullis ea est
 opinio, rumpentem arrestum similem esse rumpenti carcerem, *Oldrad.*
consil. 65. Mindan. de Monitor. quæst. 8. num. 6. Tilm. de Benign. observ.
cameral. Pentec. 2. obs. 39. num. 6. idcirco statim & ipso jure incidere
 in pœnam effracti carceris, per *l. in eos. 12. ff. de custod. & exhib. reor.*
Menoch. lib. 2. de A. 3. Q. cas. 301. num. 11. Job. Andr. in addit. ad specu-
lulat lib. 2. part. 2. tit. de Presumpt. 5. species 2. num. 3. ideoque posse
 sine alio ulteriori processu banniri & proscribi. *Moller. ad Constit. sax.*
part. 1.

part. 1. const. 30. num. 19. Zobel. in addit. ad gloss. ordin. German. in Landrecht. lib. 1. artic. 58. num. ult. Ut ut verò ea in causis criminalibus non iniusta, ibiq; aliquando ob notoriam contumaciam recepta sine, quando levius tamen est ex arresto decedere, quàm violentà carceris effractione & sugà crimen fateri, tantò durius foret ob nudum arrestum violatum sine prævia admonitione statim ad tam rigorosa recurrere supplicia. Ideoque rationi & juri magis congruum visum est aliis, non statim discessum proscriptione plectere, sed discedentem prius citare, ut redeat discessumq; purget sub comminatione proscriptionis, daß/ weil er ohne Verlaß der Gerichte oder des arrestirenden Theils auß dem gebührl. angelegten arresto entwichen / in hiesu peremptorie bestimten termino erscheine / und mit dem Gerichte sich des verübten excessus und violirter jurisdiction absinde / daneben der prosecution des Arrests abwartet/ mit der Verwahrung / daß auff sein weiters ungehorsames aussenbleiben jetzt als dann und dann als jetzt er in die Land- oder Stadtfeste solle verdammet und erklæret seyn. *Modus citandi variat. Non*

6 *iisdem ubique moribus hac in re agitur. Boerius quæst. 215. num. 22. & ex eo Peck. de Jur. sistend. cap. 28. num. 11.* putat & ad morem se refert, citationem per plateas civitatis, à qua aufugit, ad tres breves dies fieri debere, visàq; contumacià eundem, etiam si citatio ad notitiam ejus non pervenerit, condemnari. Alii ex moribus suorum locorum,

7 *potius, quàm ex Juris præscripto scribes requirunt, ut Judex loci, cujus jurisdictio discessu violata est, per literas subsidiales requirat Judicem ejus loci, ubi arresti violator degit, quo eum compellat ad redeundum in forum, unde discessit. Coler. de Process. Executiv. part. 2. cap. 1. num. 101. & cap. 3. num. 164. Zanger. de Except. part. 2. cap. 1. num. 184. & seq.* Sed quia eà occasione requisiti Judices causam violati & impositi arresti ad suam cognitionem forumq; trahere plerumque allaborant, & inde inter Judices facilis exsurgit disceptatio, quà pendente lis partium & ipsa justitia moram patitur, non proficua remediis

8 *executivis sæpè reperta est hac via. Alibi expeditius agitur, & discedens ex arresto per publica proclamata portis urbium aut valvis templorum curiarumq; affixa citatur. Alibi receptum carnificem evaginato gladio ante portam, ex qua evasisse præsumitur citationem expedire, sicut ille modus in pl. risque his à Balthico mari sitis emporiis fieri consuevit.*

9

consuevit. Quis verò iste, præsertim adversus homines in dignitate
 aut aliquâ existimatione constitutos aliquando durus videtur, licet ju-
 stus sit, nec nisi ipsorummet contumaciæ aut temeritati imputandus,
 10
 iudices autequam ea publica citatio manderur executioni, solent reo
 notificare quid eo nomine petat pars actrix, ipsiq; integrum relinque-
 re an pœnitere & reverti seu etiam soluta violatæ jurisdictionis multâ
 arrestanti satisfacere malit, additâ tamen eâ comminatione nisi alteru-
 trum præster, non posse se facere, quin publicè solitam expediant pro-
 clamationem, quam sibi met accepto ferre velit. Istæ tamen literæ
 præambulæ magis urbanitatis quam necessitatis sunt, nisi ordo proces-
 sus aut moræ periculum consuetudinaria præcisè exigat. Ubi vero pe-
 riculum in morâ non est, haud intermittendas reor, quo minus causæ
 relinquatur citatis de rigore instituti contra se processus conquerendi.

Ex more jurisdictionis citati vel se sistunt vel planè emanent. Se-
 met sistentes in vel ante terminum, siquidem allatâ justâ causâ sui disces-
 sus contumaciam sufficienter purgaverint, impunes sunt, ut tamen do-
 nec discutitur arresti causâ, sine veniâ judicis aut creditoris non disce-
 dant. Quæ ea justâ causâ sit impunitatem præstans, infrâ hoc capite
 notabitur. Cæterum quando ea excusatio sufficiens & justâ non repe-
 12
 ritur, sed aliquid temeritatis & malitiæ subest, ipsa pœnitentia aut re-
 ditus non absolvit à pœnâ, sed ob violatam fugâ jurisdictionem exem-
 plum oportet dare supplicii, quod tamen arbitrarium est & plerumque,
 nisi insignior sit contumacia, multam pecuniariam non excedit. *Coler.*
de Process. execut. part. 3. cap. 11. num. 52. Joh. Monach. in Process. part.
20. cap. 7. num. 10. & seq. Peck de jur. sistend. cap. 28. num. 1. Judex
 13
 de eo statuet prout aliquid, parum vel nihil discessui prætexi poterit.
 Multa enim pro levisimâ offensione aut contumaciâ imponi potest.
Curt. ad l. 1. §. 1. num. 13. ff. si quis jus dic. non obtemper. In terminis
Peck. dict. tractat. cap. 29. num. 8. Aqua vero admonitio est Peckii
 14
dict. loc. x qui judicis officio incumbere justo temperamento ita in hac
 re & arbitrium constituere, ut neque nimium remissus neque nimium
 severus fuisse videatur, personarum & circumstantiarum habitâ ratione
 atque expensâ. Eo arbitrio opus non est cum impositioni addita est
 certa pœna, quæ aliquando apponi solet, ut sub eâ deterreantur arre-
 stati à violatione arresti & jurisdictionis. Applicanda verò est fisco non
 15

- parti, nisi statuto vel consuetudine aliud invaluit. *Peck. dict. cap. 29. num. 6.* Annuo verò spacio in hac causâ multis præscribitur *Peck. dict. tractat. cap. 30. num. 2.* sicut cæteræ quæ ob spretum iudicis præceptum vel mandatum irrogandæ sunt, ejus temporis præscriptione exstint. *ant. Guid. Pap. decis. 359. 306. Imbert. Instit. forens. lib. 1. cap. 33. & alias non ultra durant actiones pœnales prætoriz. pr. Instit. de perpet. & temporal. action. quarum species ea esse videtur, quæ descendit ex arresto.* Ita verò ea præscriptio intelligenda est, quando qui violaverat arrestum rediit & in loco arresti multæ causâ conveniri potest, aut quando ibidem bona habet, unde istam capere licet. Alias non valenti agere non currit præscriptio *l. 2. c. de Annual. Except. l. sicut c. de Præscript. 30. Annor.* nec fas erit per lapsum anni dare impunitatem ac adimere jus puniendi iudici, cui ejus sine culpâ suâ non relicta fuit licentia aut occasio. Ob accessum juramenti violationem arresti post annum quoque pœnis obnoxiam esse putat *Peck. dict. cap. 30. num. 5.* Idque rationabile admodum existimo, ob accedens perjurii delictum, quod intra vicennium non secus atque aliud aliquod delictum justè punitur.
- Quando qui ex arresto discesserunt citati in locum arresti redire renuunt, tunc potest eos iudex proscribere & relegare, sicut violati arresti ea pœna ordinaria est bannum seu proscriptio, dicit Land. oder Stadtschreibe in quam contumaciter post emanatam citationem emanantes statim sine alio processu condemnari solent, *fac. schultes in addis. ad process. termin. cap. 17. num. 25. hac formula Als V. D. nicht alle die aus den rechtsmässig angelegten arrest ohne Urlaub weggezogen / sondern auch der geschehenen Ladung ohn angesehen bißhero unwillig aufgeblieben / wird er hiemit in die Stadt oder (pro diversitate loci) in die Landschreibe erklehret und verdammet.* Id verò bannum contumaciæ est, quod pro tuendâ jurisdictione contumaci in terrorem aliorum infligitur ad refrenandam inobedientiam comparatum. *Francisc. Marc. decis. 263. Hoff. in Pract. crim. nal. tit. de Bannit. num. 3.* ideoque ob contemptam iudicis auctoritatem committitur, qui jurisdictionem suam pœnalibus mandatis tuetur. *l. un. ff. si quis jur. dicent non ob. temp.* Non tamen idem hujus effectus est, quem habet bannum delicti. In banno Imperiali ob violatam Cæsareæ & Imperii majestatis sanctionem hoc singulare est, quod sive ob contumaciam sive ob delictum

Cum infligitur, bannitus omnium offensionibus impunè exponitur & bona occupantibus conceduntur. *Gail. de Pac. Publ. lib. 2. cap. 9. num. 18.*
Autor decis. Cameral. verb. Bannum. §. 2. Cæterum ubi interiorum 21
 ab Imperatore Jurisdictio violatur, non tam severa banni executio est, sed vim nudæ relegationis saltem habet, præsertim in causis civilibus. In vitam verò personam & bona nihil potestatis aliis præter judicem, pro ratione contumaciæ, ubi copia ejus haberi potest; conceditur. Non enim tam graviter peccat contumax quam delinquens, cum contumacia omissum potius sit quam delictum, majusq; crimen sit, quod in committendo quam quod in omittendo consistit. *l. Metrodorum ib. gloss. ff. de Poen.* Inde etiam sententia, quæ ob contumaciam fertur 22
 non definitiva est, quia causam principalem non definit sed interlocutoria. *Gail. de Pac. Publ. lib. 2. cap. 6. num. 3.* quia magis ob ultimum inobedientiæ, quam propter jus partis fertur. *l. si ideo ff. de Eviction. c. cordi §. fin. X. de appellat.* hinc contumacia purgatur, eaq; purgata bannum, solvutione ejus quod interest etiam in viro adversario remittitur. *Gail. d. c. cap. 6. num. 4. Mynsing. §. Observ. 11. Pet. Frider. Myndan. de Process. lib. 1. cap. 27. num. 2.* Imò licet & ab initio contumaciam non purgaverit, post sententiam condemnatoriam tamen admittitur ut de innocentia pro obtinenda absolutione doceat. *Gail. de Arrest. cap. 10. num. 23. C. de Pac. Publ. lib. 2. cap. 8. per tot.*

Inter iustas causas purgandæ contumaciæ, ob quas aut contra arrestatos discedentes non decernitur proscriptio, aut decreta remittitur, hæc à Dd. referuntur, incendium, pestis admodum contagiosa, ruina, incursus latronum, insidiæ corpori structæ similisve necessitas aut periculi gravioris metus, *Coler. de Process. executiv. part. 1. cap. 8. num. 93. C. part. 3. cap. 11. num. 52. Boer. decis. 215. num. 22.* Poenitentia fugæ subita & ad locum unde aufugitur reditus antequam contumaciæ sit accusatio, *Peck. d. c. tractat. cap. 28. num. 5. Boer. d. c. decis. 215. num. 17. C. seq. Coler. d. c. tractat. part. 3. cap. 11. num. 53.* recursus ad superiorem pro impetranda medela gravaminis per arresti iniquitatem illati, *Peck. d. c. tractat. cap. 28. num. 3. Rebuff. ad Ord. Reg. Gall. tit. de Liter. oblig. artic. 6. gloss. 3. num. 71.* Jussus superioris, qui etiam juramento ab arrestato præstito relaxando sufficiens putatur. *Peck. d. c. cap. 28. num. 3. seq.* Injuria etiam arresti manifesta vii securum præstat injuriis 27
 arrestato

arrestato discessum, cum iniuste capto carcerem effringere & effugere liceat, *Bartol. ad l. relegati ff. de pœn. Jason. in l. admonendi rep. 2. num. 175 ff. de iureju. and.* sic eximit à pœna violationis arresti cum hoc violatum dici nequeat quia nullum est. Haud verò aliter suadendum est arrestato, ut sine licentiâ discedat, quam ubi palam & notorium fit, arrestum iniuste fuisse impositum. Si id non plane certum, periculosè disceditur, cum etiam ubi dubium, an iustâ ex causa discesserit nec ne, iudex nihilominus procedat ad declarationem banni, ne respubl. quotidianis istiusmodi violentiis, perturbationibus atque divexationibus distrahatur & commoveatur, *Peck. dict. tract. cap. 31. num. 8.* Tutius arrestatus antequam discedit causas iustas ad iudicem dederet, ut iis examinatis licentiam impetret.

Qui ex arresto discesserat vel res subtraxerat citatus utrum allegans arresti injuriam audiendus sit? in questionem venit. Distinguedum videtur an illam non alleget modo sed statim doceat, deq; ea iudici constare queat: An vero sit aliqua ratione ambigua & altioris indaginis. Quomodo de hac allegatio non potest efficere, ut non ad arrestum redeat citatus & ex illo deinde respondeat, ita notorietas injuritiæ prodest ipsi ad liberationem tam ab arresto quam ab ejusdem violationis pœnis. Nec propitio jure iudex poterit ab hoc violatum arguere & condemnare, ubi non debuisset imponi, aut impositum iniustum esse constat.

Eadem distinctio adhibenda est, quando queritur, an qui ex arresto discessit vel res subtraxit audiri debeat, antequam redit vel reducit. Quod enim existimatur eum qui arrestum violavit non audiendum esse antequam rediit aut contumaciam purgavit *prout de eo scriptum reperies nostram decisi. 71. per tot. pars. 4.* sic intelligendum est, nisi aut manifestam arresti injuriam statim doceat, aut iustis ex causis se abuisse ostendat.

Siquidem verò causæ discessus liquidæ fuerint, statim reputatur purgata contumacia & aut ultra non proceditur, aut si ad proscriptionem processum fuit, ea per sententiam remittitur. Ubi causæ non fuerint statim probatæ, examini ulteriori committuntur. Id verò iustum videtur ut proscriptus non aliter absolvatur à banno contumaciæ, quam præstita cautione de iudicio fisci & restitutione expensarum, damno-
rum

rum & intereff. c. quoniam. § fin. ib. gloff. & *Da ut lit. non conteft.*
Ma. ant. part. 6. de Contum. num. 14. & 20. Mindan. dicit. c. 27. num. 3.
 Ad probationem iustæ causæ in dubio sufficit iuramentum discedentis, 32
 quo asserat veri aitem ejus, quam præ tendit, causæ, cui etiam creditur,
 nisi aliud ex circumstantiis videatur Judici. *Peck. d. tractat. cap. 28. n.*
12. Hyppolit. singul. 115.

Quod si ante purgatam contumaciam debitor eo in loco, unde au- 33
 fugit, iterum deprehenditur, carcerari potest & arctiori custodiâ con-
 stringi, donec vel solvit vel sufficientem cautionem præstat. *Coler d. d.*
tractat. part. 3. cap. 11. num. 50. Boer. d. d. decis. 315. num. 22. Rutz. Ru-
land in tract. de Commissar. part. 4. cap. 6. num. 63. Præterea a Judice 34
 puniendus ob violatam jurisdictionem, quæ poena ejusdem arbitrio re-
 linquitur pro modo violacionis determinanda. *Peck. d. d. tract. cap. 28.*
num. 1. in fin. Plerumque verò pecuniaria est contra alios, quàm vi-
 hiores, quibus carcer injungitur.

Circa hæc, quæ hæcenus scripta sunt, perinde est, an quis imposi- 35
 to & semel recepto arresto discesserit, an verò recipere noluerit contra
 protestatus, tanquam si eo ob iniquitatem teneri nolit. Par contra re-
 fractarium processus & poena est, ac cùm post impositionem arresti au-
 fugitur. Decet enim Præto rem non contemnere, & si non recipiendi 36
 iusta causa, eam Judici approbare, non verò sibi met præceptis judicium
 desumere. *Peck. d. d. c. 28. n. 1.* Requiritur hoc loco, quod J Ctus in l. 2.
ff. si quis in jus vocat. scribit. Ex quacunque causa ad præto rem vel a-
 lios, qui jurisdictioni præ sunt, in jus vocatus venire debet, ut hoc ipsum
 sciatur, an jurisdictio ejus sit, & in l. si quis §. ff. de Judic. Prætoris e-
 nim est æstimare, an sua sit jurisdictio, vocati autem venire, privilegia
 sua allegare & non contemnere auctoritatem prætoris. Quocirca non
 excusandus est, qui causâ aliquâ frētus discedit, cùm possit & debeat
 eam coram Judice contestari & veniam impetrare.

Violati arresti iidem rei sunt, qui debitoribus aliisq; arrestatis sub- 37
 sidium, opem, consilium vel auxilium præbent, quò post imposuim
 arrestum facilius elabantur, sicq; arrestum legitime imposuim sallant.
 Quà in re sicut ad eludendam jurisdictionis atque legitimi remedii vim
 pravi sunt & injusti, sic etiam iusta est ad deterrendam ejusmodi vafri-
 tatem poena. Nihil verò æquius visum est, quàm ut qui effecit, ut alter 38

ab obligatione de facto eximeretur, & creditor sui consequendi inopiam aut difficultatem inde sentiret, in eandem obligationem nec dat, eodemq; modo atque ipse debitor arrestatus creditori perinde ac si fideiussorio nomine obligasset, solvere & prestare cogatur, *Peck. de jur. fustend. c. 33. num. 1. per text. in l. quoties. c. de Exactor. tributor.*

39 non saltem de debitore fisci, sed de quolibet ex rationis similitudine & verborum tenore accipi debet. *Bartal. Angel. & Castrens in l. sed eximendi. §. 1. ff. ne quis eum, qui in jus voc.* Id vero integrum relinquitur eximenti ope aut consilio arrestatum, ut non minus atque fideiussori hoc licet, iis exceptionibus contra materiam & formam arresti, & ob quam illud imponitur, causæ utatur, quibus ipse arrestatus ad declinandum, moderandum vel perimendum iudicium trui poterat. Nec ipsi obijci potest, quod exceptiones sunt de jure tertii, cum ex isto contra illum agatur, ideoq; nec denegari debet, ut & de ipso excipiat. Si

40 verò præterea arrestantis quidquam interlit, non factam esse & eadem arresto, id ubi prior poena locum non habet, nihilominus liquidari & peti potest. Sicut & ab initio liberum esse puto creditori, an malit sibi debitum petere, an verò quanti ea res æstimari potest, quod aliquando latiore condemnationem, aliquando strictiorem habet. *Id per alium. §. fin. ff. ne quis eum, qui in jud. ib. Castrens. & Dd.* Præter illam verò poenam, quæ solvitur arrestanti, Judex aliam statuere potest, contra defraudatores jurisdictionis suæ. Nec privati interesse solutio solvit, aut demit supplicium, quod iudicii violata autoritas in exemplum &

42 terrorem expolcit. Etsi verò arrestatus rediit, is qui semel exemit aut ope consiliove effecit, ut abiret, non absolvitur ab interesse vel poenâ, in quam semel incidit. Durat obligatio prævo facto semel contracta, indeq; quæsitum jus poenitentia non magis deletur, quàm quis poenitendo improbus esse definit. *Boer. decis. 27. 22. Angel. ad l. quoties. c. de Exactor. tributor.*

43 Non disparis conditionis illi sunt, qui scientes prudentesq; illos, quibus arrestum nondum quidem imposuitum est, imminere tamen norunt, faciunt effugere aut occultari, ut arrestum ipsis imponi & intimari non possit, veluti si debitorem admonent, ut statim, quia arrestatio præstò sit, discedat, si equos ad fugam commodant, si cum eum præsentem in suis rebus fiant, ministro arrestaturo, discessum prævium-

menti-

memorantur, vel aliter jam arrestandum occultent, ut jurisdictio eum ferire non possit &c. Ceterum ut hi succedanei sint debito, idq; solvant, legibus non expressum est, perinde ut in priori casu, idcirco nec de eo id sentiam, *de quo plura vid. ap. Peck. dict. cap. 33. num. 3. seq.* Ut tamen actione in factum ad omne id, quod arrestantis, interest, tale quid non fuisse admissum, teneantur, extra dubium est. *per text. in l. 1. §. 1. ff. de eo, per quem fact. erit. Jason in l. 1. §. quod Prater. ff. ne quis eum. Hippol. de Marfil. singul. 137. Strach. in tract. de Deco. cap. 3. num. 23. Et 29. Jason ad §. parricid. q. 103. Inst. de Acti.* Non excusat misericordia in alienum tendens incommodum, *l. 1. & eleganter. §. item labca. ff. de dol. mal.* nec singularis aliqua affectio, nisi forte uxoris. Haud enim sicut mortis reos occultantibus ob eam venia datur, sic etiam in civili causa ea speranda erit, *uti ea discernit Peck. dict. cap. 33. num. 4.*

CAPUT XXV.

De Disolutione & Relaxatione arresti.

SUMMARI.

1. **M**ors solvit arrestum personae.
2. Res sub arresto remanens, etsi arrestatus moriatur.
3. Causam arresti contra heredes proseguere licet.
4. Ut heredes ad processum arresti continuandum citentur intereſt, an lis sit contestata, nec ne.
5. Creditoris voluntate relaxatur arrestum, quod limitatur.
6. An arrestum exspiret voluntate creditoris invito debitorum arrestato.
7. Instantia invito adversario non licet renunciare.
8. A lite non potest discedi cum adversariis prejudicio.
9. Cum arrestans cessat proseguere arresti causam, in contumaciam ejus sententiam ferri petit arrestatus.
10. Arrestans tota causa renunciare potest invito adversario, quod declaratur.
11. Judex ex justa causa relaxat arrestum, adq; probanda.

12. Dimit-

12. *Dimittens arrestatum sine justa causa, arrestanti ad quid tenetur.*
13. *Citatio impetrantis arrestum quando necessaria, sub distinctione exponitur.*
14. *Referuntur justae relaxationis causa.*
15. *Appellans ab arresto relaxari debet, si illud fiat legitime.*
16. *Solutione dissolvitur arrestum.*
17. *Quando creditori satisfactum dici debeat, ut solvatur arrestum.*
18. *Judex alium debitorem creditori invito obtrudere non debet.*
19. *Injustum arrestum relaxari debet à Judice invito arrestante.*
20. *Quod praesens impedire nequit, id absente & non citato eo rectè expeditur.*
21. *Quae per Judicem de facto processerunt, de facto tolli queunt.*
22. *Iniqua maturè revocanda sunt.*
23. *Cum pendente lite apparet iniquitas arresti, hoc statim relaxan-*
24. *Ob denegata alimenta arrestum finitur. (dum est.*
25. *Quo processu tunc ad relaxationem veniendum.*
26. *Termino arresti prosecutioni praefixo elapso annullatur arrestum.*
27. *Permissa ad certum tempus post illud prohibita censentur.*
28. *Differentia termini à lege vel à Judice praefixi.*
29. *Terminus legis semper est peremptorius.*
30. *Parit exceptionem arrestato, nec opus est accusatione contumacia.*
31. *Judex terminum à lege praefixum in alterius prajudicium non potest prorogare, nisi causa pragmatis accedat.*
32. *Terminus Judicis non nocet, cum elapsus est, nisi accusatà ab adversario contumacià.*
33. *Cessio bonorum liberat ab arresto & quando.*
34. *Similiter ab obstagio, quod est carceris species.*
35. *Ad cessionem non admittendus debitor, nisi audito de super creditore.*
36. *Quamdiu lis est super admittenda cessione, arrestum perdurat.*
37. *Jure Saxonico & Lubecensi non liberat cessio ab arresto.*
38. *Qui-*

38. Quinam in illo loco, ubi hoc Jus valet, cessione ad impetrandam arresti relaxationem gaudeant.
39. Arrestum rerum ab cessione bonorum non relaxatur.
40. Indultum monachorum quando ab arrestu immunitatem tribuit.
41. Nec refectiuitum amilicium fit arrestum.
42. Cautionibus relaxantur arresta.
43. Interest inter debitum plane liquidum & quod aliquantulum con-
troversum est.
44. Camialitio arbitrium praestat auctori securam.
45. Iudex sub cautione arrestum relaxare tenetur.
46. Contra eum rogantem relaxationem iuste sunt querela.
47. Mandata sine clausula decernuntur contra denegantes relaxa-
tionem sub cautione.
48. Iudex tenetur injuriarum actione, ob recusatam relaxationem
iustam.
49. Quomodo arrestatus impune discedit post oblata cautionem.
50. Cautionem adiudicantur iudex, sed audito creditore.
51. Iudex ob acceptam ineptam cautionem in subsidium tenetur.
52. Ex officio non potest imponere cautionem.
53. Acceptam tamen potestam & quando.
54. Pro arrestato absente alius intervenire potest.
55. Per aliquem gradum cautionem idoneam acceptare recusant.
56. In mora est, qui male litigare iniquè, quam rem restituere.
57. A tempore recusatae iustae cautionis periculum rerum arrestato-
rum est penes creditorem.
58. Quid pro relaxatione arresti cavendum.
59. Circa cautionem usus semper inspiciendus est.
60. In Camera Imperiali cavendum de iudicio fisci & iudicatu solvi.
61. In foro Saxónico & Lubrensi quid observetur.
62. Ex ratione communis sufficit cautio iudicio fisci.
63. Non alia cavendum, quam quod ipso arresto continetur.

64. De iudicio fisci cavens liber est sistendo.
65. Cautiones non imponenda duriores quam necesse est.
66. Ad interesse tenetur, qui non filius, cum opus est, arrestatum.
67. Iudex ex causa potest annectere, cautionem iudicio fisci.
68. Expedit certam exprimi summam, pro qua caveatur.
69. Ubi requiritur cautio, ibi regulariter fisci debet, qui relaxatur.
70. Cautio variorum species.
71. Qualis ad arrestum relaxandum sufficit.
72. Quando idonea aut sufficiens requiritur cautio, non sufficit nuda repromissio.
73. Statutaria cautiones, quae iudicii causam requiruntur, Prætorio equiparantur.
74. Hodie rigor prætorianarum stipulationum observatur.
75. Nota idonei fidei iussoris.
76. Referuntur aliquot bonorum species, quorum nullam deducenda fidei iussoris idoneitate habeatur ratio.
77. Bona vera & fama non sufficit, ubi spectantur facultates.
78. Fidei iussor idoneus non est, qui non est de iurisdictione iudicis arrestantis.
79. Forensis cavendo non censetur renunciasse fori privilegio.
80. Mox ex civitate discessuri non sunt fidei iussores idonei.
81. Difficiles conventui in valida fidei iussione prevalendo arresto.
82. Qui censentur conventui diffidit.
83. Circa fidei iussiones spectanda vera & fama spondentis.
84. In dubio non praesumitur fidei iussor idoneus, sed probari debet.
85. Cautio an sit idonea nec ne, pronuntiatione iudicis definiendum.
86. Stipulatio fidei iussorum necessaria.
87. Fidei iussio non contrahitur nisi inter praesentes.
88. Quomodo stipulatio pro arrestato cadenti recipi debeat.
89. Siutum est se committere de versarum opinionum periculo.
90. Obsequantia fori refertur.

91. *Præsentia debitoris in causantibus jure communis exigitur, sed ex usu forensi.*
92. *Morte arrestati quatenus expinet cautio.*
93. *Fidejussor arresti non ultra obligatur, quam ipse arrestatus.*
94. *Fidejussio non obstringit durius, quam præcedens obligatio.*
95. *Rebus alienis arrestatis, qui pro relaxatione cadet, non obligatur, si ille non tenentur.*
96. *Differt fidejussor arresti ab eo, qui de judicio sistit & judicatum solvi fidejubes.*
97. *Cautio non liberat arrestatum à processu.*
98. *Fidejussor arresti in locum arrestati succedit quoad processum.*
99. *Pignoratitia cautione impetratur relaxatio arresti.*
100. *Qualis hypotheca ad cautionis securitatem sufficit.*
101. *Ex rebus arrestatis tantum relinquendum, quantum debito sufficit.*
102. *Juratoria cautio an & quando locum habeat pro relaxando arresto.*
103. *Ulla quandoque in subsidium admittitur, licet lex exigat pignoratitiam vel fidejussoriam cautionem.*
104. *Relaxatione arresti factâ, ubi causa agitanda est, qua sub eo continetur.*
105. *Differentia arrestorum imperii & aliarum specierum.*
106. *Quando arrestum diu habet prorogandi jurisdictionem, non fit cause remissio.*
107. *Persona contra arresta singulariter privilegiata post præstitam cautionem remittenda ad suum forum.*
108. *Quoad causas criminales discrimen faciendum inter crimina, quæ poenam corporalem & non corporalem requirunt.*
109. *Quando debitum est liquidum & statim executioni mandandum cautione non relaxatur.*
110. *Nemo tenetur cautionem acceptare pro solutione.*

111. Per sententiam condemnatus cautionem pro solvendo offerens.
112. Declaratur ea sententia. (non auditur.)
113. Subterfugiens iudicium non admittendus ad cautionem.
114. Una arresti causa cessante cum altera perdurat, manet arrestum.
115. Utile per inutile viciatur in individuis, locus in dividiis.
116. In peram plus petitionis relaxari debet arrestum.
117. Ob plus petitionem reus absolvitur ab instantia.
118. Exceptis plus petitionis quo tempore opponenda.
119. Major summa comprehendit minorem.
120. Ex una causa arrestatus si relaxetur, ob aliam tamen sub arresto destinari potest.
121. In Prætorio pignus obtinet L. un. C. etiam ab chirograph. caus.
122. Ab uno arrestatus licet relaxatur, ab alio creditore iterum arrestari potest.

1. **M**ultis modis arrestum legitime impositum dissolvitur. Primo perimitur morte, quæ omnia solvit. Dehinc si enim arrestato in cadaver ejus nihil juris aut actionis habet creditor vel arrestans, sed non obstante ullo arresto sepultus est injungit pia humanitas, sicut *supra cap. 8. num. 225. scriptum est.* Si quis tamen bona in loco impositi arresti reliquerit, ea causa arresti subjacent, nisi expressè illorum in impositione non facta fuerit mentio. Cujus enim corpus arrestatum fuerit, ejus bona simul intelliguntur arresto obnoxia. Eatenus etiam mors non tollit arrestum, ut non liceat contra heredes proseguere causam ejus occasione agitatam in iudicio. Si enim arrestatus licem contestatus fuerit, aut quod ejus loco haberi solet, fecerit in loco arresti impositi, post mortem ejus heredes citandi aut cum denuntiatione soliti invitandi sunt ad reassumendam causam de sancto ceptam. Et si compareant nec ne, justè promunciat quod justum causaq; congruum est. Ante licem contestatam aliud sentiendum, majoremq; vim in perimendo arresto habet arrestati obitus.
3. Secundò creditoris voluntate ac permissione fit arresti relaxatio, nec opus est eà impetratâ iudicis assensum requirere, *Coler de Process. Executiv. part. 1. cap. 8. num. 36. articuli Pract. Consul. part. 1. cap. 52. num. 26.*

nam si nisi præter partis seu creditoris interesse in arresti impositione simul versetur jus publicum, quod pactis privatorum immutari non debet. *l. fur publicus. d. ff. de pact.* Id vero non extra dubium est, an, si creditor, qui sub prætextu certi alieni sui debiti aliquem fecit arrestari, eoq; nomine Judicium suscepit, invito arrestato liberationem obtrudere & à prosecutione desistere possit? Ego discernendum esse reor, utrum arrestans instantiæ saltem renunciet, sicq; ab hac desistendo arrestatum relaxare velit, an vero una cum lite omni suo Juri simul nuncium mitterat. Priori casu licet expensas solvere veller arrestans, attamen arrestatus mallet sine litiis expectare, id eoq; prosecutionem legitimam urgeret, hic audiendus erit, donec iste, simul se utilis ab arrestato eo nomine petiturum declaret, sicq; toti causæ renunciet. *Pact. de Jur. sistend. c. 48. n. 3. in fin.* Non licet invito adversario renunciare instantiæ, nisi simul renunciatur liti & toti causæ. *Barrol. in l. postquam. c. de pact.* Etsi enim dici solet, eum, qui liti cedit, solum damniari in impensas, *Barrol. in Auth. contra qui propriam c. de non numerat. pecun. & una actione missa saluum remanere jus proponendi aliam. l. cum fundum §. fin. ff. de vi & vi armat. Barrol. in l. edita. c. de edict.* Haud tamen aliter id accipiendum est, quam si id fiat sine præjudicio adversarii. *Barrol. in d. l. edita. Petr. de Ferrar. in Practic. tit. de form. libell. q. 68. agit. ut pact. serv. coll. ult.* quod maximum imminere arrestato videtur, cuius interest semel inchoatam litem potius tunc absolvi, de Jure suo decidi, certumq; quid pronunciari, quam pericula novæ arrestationis, aut instantiæ alterius incommoda metuere vel subire; Imò si quid damni, injuriæ vel ignominie impostum arrestum intulisse putatur, refert id vindicasse sub sine litiis. Quocirca si renunciationem arrosti pars arrestata acceptare nolit, nec tamen arrestans totam causam abdicare malit, ad illius instantiam Judex sub pœna contumacie hunc adiget, ut causam vel penitus remittat, vel ad finem peragat. Eo vero desistente absolver arrestatum, pronunciato simul, quicquid merita causæ quoad expensas & damna exegerint. Nec desistente arrestante, petens prosecutionem arrestatus tenetur probare interesse liti finiendæ, sed ad solam petitionem procedet Judex mandando, quæ ad consummandum Judicium pertinent. Altero casu, ubi arrestans liti & causæ in totum vult renunciare, id licebit invito adversario, si

modò solvantur litis impensæ, *dict. l. postquam. l. destitisse ff. de Jud. Reck. dict. c. 48. n. 6.* nisi alià ex ratione intersit, tunc hic audiendus erit, sed necesse est ab eo probari, quid referat, & non renuciari. Non enim ut in priori casu hic sufficit voluntas illius.

- 11 Tertio Judicis autoritate & dimissione relaxatur arrestum: Sed non ex mero arbitrio, verùm si iusta relaxandi causa subsit, quam relaxari petens, proferre & demonstrare tenetur. *Cothman. Consil. 40 num. 62 vol. 2.* Ubi causa deficit, quæ relaxationem iustam mereatur, Iudex arrestatum vel eum ejus dimittens invito adversario, litem suam facit, & si eum denuò non sistit, tenetur ad debitum principale seu ad arrestantis interesse. *Fab in §. fin num 6. Inst. de Actiõ. Coker. de Process. Executiv. part. 1 cap 2 num 117.* Estimandum tamen non ex eo, quod petitur seu intenditur, sed ex eo, quod verè interfuit, arrestum non esse relaxatum, quod est in damno arque impendiis. Quocirca Magistratus exceptio, tam non interest arrestum manere, siye tanti non interest, 12 competit, qualis etiam hæc existit, arrestum fuisse aut injustum, aut: lià ex causâ relaxandum. Hæc verò actio saltem subsidijaria est, quâ Magistratus convenitur. Idcirco non comperit contra eundem, nisi arrestatus non solvendo sit *Moller. lib. 2 semest. cap. 4 num. 10. Besold consil. 276 num. 1 vol 6.* Id quod constat ex excussione, quæ exactam requirit inquisitionem Judicisq; pronunciationem, *Caroc de Excuss. part. 2 quest 23. num 8.* vel si quis in persona & rebus, arrestatus alibi difficulter aut non sine maximo dispendio conveniri queat, qui casus inopie in Jure æquiparatur. Ideoq; qui conveniendi facultatem relaxando adimit, eo nomine non immerito convenitur. Ita verò Magistratus est obnoxius, si in relaxando lata aut levis ab eo culpa committatur, quæ ab ille censetur, si non affectatum superioris mandatum accesserit, *uti in terminis tradit Besold. d. consil 276.* Ad relaxationem arresti utrum partis adversæ citatio necessaria sit? diversis sententiis per JCIOS contenditur, ut videre licet ex ijs, quæ utrinque allegat *Carocius in tr. de sequestr. part. 3 quest 26.* quorum argumenta referre atque examinare super vacuum existimo. Mæx tantùm quid sit, paucis exponam. 13 Puto autem distinguendum esse, utrum relaxatione arresti per arrestatum petitâ proferatur, quod istam sine omni dubio mereatur, veluti si notoria sit arresti iniustitia, vel si de cessione bonorum seu excitato concursu

causa creditorum communi docetur, vel ubi arrestum magna incommoditas affert, pro eo evitando sufficiens cautio offertur: An verò aliquæ circa eam dubitatio, vel ratio, cur putari queat vel debeat, ad illam non properandum esse. Circa primam speciem faciliè consentimus omnium citationem, ubi hanc fieri nihil refert: Nam aliàs ea omittitur in Actibus, quæ in vtrâ alterâ parte expeditur, sicut etiam in notoriis eâ opus non est. Quando autem non est manifestum, arrestum esse iniustum aut injustum, vel aliâ ex causa necessario relaxandum, tunc haud rebedendum est à regula, quod in omni actu citatio ejus, cujus interesse potest, necessaria sit. *l. in unoquoque. 47. ff. de Re Judic.* Præstat audire creditorem, quàm illud periculum incurrere, quod eo non audito subesse potest, tum ipsi, ne quid de iudicio circa res suam sentiat, tum Judici, ut hoc ipsum per suam præcipitantiam lucro opus non habeat. Dubio careret, sicut ob injustè denegatum, ita ob malè relaxatum arrestum Judicem teneret, cujus interfuit, non relaxari. Non autem unquam Judio esse velim, ut ad relaxationem properet, nisi citato prius impetrante, præterquam in eo casu, ubi res eam moram non patitur. Etiam ubi Jodex putat causam ejus justam adesse, potest tamen etiam esse, quod altera pars non injustè opponat. Justæ autem causæ relaxationis plures sunt, ob quas, etsi contradicit arrestans, legitime tamen à Jodice fit arresti relaxatio. Contradictio partis non justificata nihil operatur. Paria sunt permittere seu non contradicere, & sine justa causa contradicere. Potiores referam. Primò, si ab arresto ad superiorem iusta fiat provocatio, eiq; ex Jure aut more Judicii deferri debeat vel soleat, non modò sine venia Judicis impune discedet arrestatus, sed etiam hic non rogatus creditoris voluntate veniam dabit, *de quo tamen vide scripta suprâ cap. 7.*

Secundò solutione vel præstatione ejus, quod debetur, sicut tollitur obligatio & actio, ita extinctio fundamento extra dubium est, arrestum ultra non subsistere, ideoq; demonstratâ ad oculum satisfactione, quidquid poenitentis aut iniquitas creditoris inferat, non attendet Jodex, sed etiam reluctante, qui impetraverat, justè relaxabit. Hic verò attendendum, quod Jurisconsultus in *l. si rem alien. §. omnis. ff. de Pignor. act.* ait: Omnis pecunia exsoluta esse debet aut eo nomine satisfactum, ut debitor confessus vel convictus libereur, satisfactum accipimus,

- pimus, quemadmodum voluit creditor, licet solum non sit, si ve-
gnoribus sibi caveri voluit, si ve alio aliquo modo, licet in hac sit de com-
18 *pus. l. tutor. de usur. l. acceptam. C. eod.* Quare si arrestatus alium
arrestanti voluntate ejus delegaverit, vel si tertius mandato debitoris
ex consensu creditoris se in libro creditoris debitorem constituerit, san-
tisfactum intelligitur. *l. delegare. l. si quis. ff. de mort. tant. sen. con-
sil. 7. per tot.* Si vero debitor forte in judicio alium obtulerit, qui so-
lutionem facere spondet, nihil sciens & acceptante creditore, adven-
ti non debet, ut relaxetur arrestum. Id periculo Judicis tria, non credi-
toris, cui alius debitor obtundi non debet, nec queritur contra delega-
tam actio. *l. cum res. C. de Donat. Peck. dicit. tract. 6. fin. num. 5.*
- 19 Tertiò, si de facto antepositis iniquum improbum sit arrestum, ita
ut nullitas ejus ob omnia vel non reperta, quæ ad arrestum dantis vel
moribus requiruntur, Judici sit evidens, nec exenti queat, relaxatio
non potest modo, sed & debet Judicia præcepto statim fieri, parte non
tunc non assentiente, sed etiam non vacat. *Peck. dicit. tract. cap. 45.*
- 20 *num. 21. Gail. de Arrest. Imper. cap. 2. num. 15.* Qui præfens actum im-
pedire nequit, eo magis ablenit & non citato expediri potest. *l. 1. l. 2. §.*
videamus. ff. de Bideam. lib. 1. qui potest ff. de Reg. Jur. l. recusari.
ff. ad Sc. Trebell. Gail. lib. 1. de Dec. publ. cap. 5. num. 12. Paris. consil. au-
num. 39. vol. 1. qui scribit, non opus esse citatione, ubi certum est, ab
- 21 *sententi nullam competere actionem.* Et quæ per Judicem injuste & de-
facto processerunt, possunt etiam de facto absque partis citatione revo-
cari. *socii. in tract. de Citation. artic. 7. n. 66. Gail. 2. observ. 76. n. 194.*
seq. Et sicut factis fuit in perperam concedendo, ita quoque facilius
& debet jussu revocando. *l. 1. §. 1. ff. si mand. vocat. non. Bald. in c. ab*
- 22 *excommunicato. num. 6. X. de rescript.* cum illicita & quæ de facto fu-
erunt, nulla iusta exceptione defendantur. *l. 1. §. denique. ff. quod vi aut*
clam meliusq; sit, mature revocare, quam remorando justitiam in per-
nam sumptusq; arresti iniqui tandem incurere. In quo Juez & sibi de
parti consulere tenetur. Nec tantum si ab initio non subesse, sine qui-
bus nulla sunt arresta, sed & si pendente processu abesse appareat, di-
mittendus est, qui injustè dampnat, & abruptenda iniquæ arrestatio-
nis tela. Nec cautione docendum arrestans, quem ipso Jure tutum vi-
det Juez. *corp. q. in partiprad. Motum. dicit. part. 1. consil. 29.*
defin. 30.

de fin. 20. Non infrequens est in hoc error Judicum, quòd imposito arresto, cum ejus iniquitas arguitur, & ideo relaxatio petitur, statim ad cautionem injungendam properent, nec istam sine hac decernendam putent. Prius de ista cognoscendum atque statuendum. Siquidem illa vel non statim apparet, vel dubia est, rectè hæc injungitur, antequam relaxetur, *quò pertinent scripta sub hoc capite num. 48.* At ubi post aliquam causæ indaginem & cognitionem arresti injustitia eminet, tunc nec cautio exigenda, nec arrestum finendum, sed velut eo non imposito decernendum erit. Nam & in hac specie providendum, ne quisquam supervacuis cautionibus oneretur, aut iniqui arresti aliquavis sit, de quo æquissimum est monitum *Carocii in tr. de sequestr. part. 3. quest. 11 in fin.*

Quartò, si arrestato, cum de suo se alere non possit, alimenta denegantur aut non præbentur, Judex eum licetè dimittit. *Boer. decis. 309. n. 2. Coler. part. 1. c. 3. n. 118.* Arrestatus de suo victum sumere debet, si habet. At quando semet sustentandi mediis caret, qui arrestari curat, præstare tenetur, si nolit dimitti. *Coler. de Process. Executiv. part. 2. cap. 6. num. 106. & seq.* Ne tamen creditor habeat, quod conquerasur, ubi arrestatus eguerit, mandare debet prius, ut sumptus litis & necessaria alimenta porrigat sub comminatione relaxationis. Cui mandato si non pareatur, & quidem uno vel altero saltem die ad relaxandum progreditur. Nec remorabuntur disputationes adversarii prætendentis fortè ipsi arrestato suppetere victus occasiones, nisi eadem manifestè statim doceat & Judici approbet.

Quintò, justa est arresti relaxatio, ubi terminus arresto persequendo à lege, consuetudine vel Judice præfixus elapsus fuerit. Quia permissum ad tempus post illud censetur prohibitum, & lapsus termini tacitam inducit Juris renunciationem. *Bald. in l. ad ea. c. de usur. tirraguell. in tract. de retract. convention. §. 1. gloss. 2. num. 32.* Multum verò refert, utrum tempus aliquod inchoandæ finiendæve causæ arresti præstitutum sit à lege, an à Judice. Siquidem lex vel consuetudo tempus aliquod determinat, sicut frequentia ea sunt civitatum statuta, quòd arrestandus primà die Juridicà, quæ arrestum factum sequitur, aut alio tempore præfinito causas arresti proponere & allegare debet, tunc eo termino legis elapso, qui semper ipso Jure peremptorius est, *l. final. 29*

M m

berum.

- berum. §. stichum ib. Barol. ff. de Legat. 2. arrestans non amplius au-*
ditur. l. ob commissam c. de Adulter. l. Julia. §. si quis bonorum. ff. ad sc.
rebell. ib. Jacob. de Arenas, qui per ill. text. d. ut fortiozem esse exclu-
 30 *sionem termini legalis, quàm repudiationis. Per modum enim præ-*
scriptionis statuitur, ideoq; exceptionem parit arrestato, nec contrà da-
tur reparatio. Blarer. in l. Diffamari. cap. 8. num. 25. Nec eget accusa-
tione contumacia, cùm sola arrestantis negligentia accedente legis au-
toritate liberet arrestatum. Uced minus dubium sit, quodd, cùm sine
 31 *petitam veniam discedere possit impune post finitam periodum, à Judice*
à statuto præfixum in præjudicium arrestati producere & prorogare,
Novell. 22. cap. si vero solum. Peck. dict. tract. cap. 37. num. 1. nisi iusta,
legitima eq; apparens causa adsit, veluti si constet, arrestantem morbo,
necessarià absentia, aliove inevitabili casu impeditum, ut per ipsum
 32 *non steterit, quod minus prosequeretur arrestum. Peck. dict. tract. cap.*
38. num. 6. Terminus à Judice præfixus minoris potentia est quàm le-
gis, ideoq; eum ex illo non perinde exceptio præscriptionis defendat-
reum, non aliter liberabitur, quàm si eà ipsà die, quæ præfigitur, arre-
stus causas arresti proponi & allegari petierit, eo non facto, se ab isto
relaxari. Contumacia enim non nocet alicui, nisi quando adversarius
in termino comparere & contumaciam accusat. l. properandum. §. & si
quidem ib. Jaf. Bald. salycet. c. de Judic. .
- 33 Sexto, inter causas relaxandi arresti refertur cessio bonorum.
 Quod de Jure civili seu communi dubio caret, *Peck. dict. tractat. cap.*
45. num. 19. Coler. de Process. executiv. part. 1. cap. 7. num. 18. quando-
quidem origo & causa beneficii cessionis illuc collimat, ut quæ ad me-
ram debitoris afflictionem corporisq; molestias tendunt, cessione o-
mnium bonorum declinare liceat. l. 1. l. fin. c. qui bon. ced. Novell. 135.
 34 *in pr. & cap. 1. Corbman. Consil. 19. num. 1. vol. 1. Sicut in simili com-*
munius existimatur ab obstagio, quod carceris species est, Gail. de Pi-
gnorat. obs. 9. num. 4. & seq. cessione relaxari itidem debitorem. Gail.
 35 *2. observ. 45. num. 6. Id verò prærequiritur ante relaxationem, ut con-*
stet vel probeatur à debitore, nihil obstare, quo minus ille ad lamenta-
bile illud beneficium admittatur, statimq; se iis, quæ ad cessionem bo-
norum Jurisprudencia vel consuetudo loci, ubi degit, requirit, in eo,
 ubi

ubi id fieri debet, foro satisfactorum. Quod tamen licet se praeftitutum debitor asserat vel juret, haud tamen relaxari debet arrestum, nisi audito desuper creditore, an quid habeat, quod opponat cessionem, ad quam provocat debitor. Quò pluribus enim malitiosorum debitorum fraudibus tegumentum praebere solet cessio, eo tardius consideratiùsve ad eam permittendam consentiet Judex, praestantiusq; est creditorem audire, cui sortè notiores esse queant quæsitæ aut quærendæ ambages. Singulis creditorum ex rationis similitudine permittendum est, quod omnibus excitato concursu licet, ut contra cessionem intimatam exceptiones, cur ad illam debitor permittendus non sit, ablegare queant. Interim dum litigatur, an cessionis beneficio gaudere debeat nec ne in carcere vel arresto remanere vel detineri debet. *Aufser. ad Decis. rbo-los. 28.* Si verò eventilatà causà appareat ad cessionem eam admittendum etiam invito creditore relaxabit arrestum Judex, ubi omnia ita comparata reperit, ut post cessionem ultrà debiti causà nihil irrogari justum vel in ea terra consuetum sit. Nam ubi ista ab actione non liberat, nec ab arresto liberum faciet. Unde Jure Saxonico id non effe- 36
adeò expeditum ait *Coler. dict. cap. 7. num. 18.* Ex isto et si omnibus bonis cedere vellet, in carcere, multò magis in arresto remanere debet, *Zang. de Except. part. 2. cap. 15. num. 15. Moller. ad Constit. saxon. 22. num. 1. part. 2. per illam expressam legem.* cum ejus virtute exclusà cessione bonorum ad instantiam creditoris, si solvere reus nequeat, carcer anteadjudicatio ad manus creditoris decerni soleat, à qua cum non eximitur debitor, cedendo bonis, utique nec evitabit arrestum, quod longè mitius malum est. Idem de Jure Lubecensi sentio, quod in hac specie Juri Saxonico congruit. Liberum quippe ex isto est creditori, an debitorem ad cessionem admittere, an aliis severioribus remediis coerceri suumq; quærere malit. *artic. 1. tit. 3. lib. 1.* Sed quomodo hoc accipiendum sit, in Commentario *ad dict. artic. 4.* explicui, quò cupidum Lectorem remitto. Id verò hîc admoneo, si civis ejus loci, ubi 37
Jus Lubecense observatur, vel forensis, qui in tali loco ex contractu statutis obnoxius est, arrestetur, eum non juvari provocatione ad cessionem, nisi illæ adsint conditiones, sub quibus eam obtinere & creditoribus obtrudi posse, loco suprâ citato scripsi. Hæc verò ad arresta personarum saltem pertinent. Rebus arrestatis subsequuta arrestum cessio 38
39

nihil proficit, sed ubi debitum liquidum fuerit, rerum sit adjudicatio, canquam quæ à debitore in solum cessæ vel derelictæ sint, uti sæpius pronunciatum scio. Eri enim cessio semel facta urgente uno creditore cæteris creditoribus præjudicat & prodest. *l. 4. ib. gl. & Dd ff de cess bon. covarruv. lib. 2. var. resol. cap. 1. num. 5. Guid. Pap. consil. 124. num. 7.* arrestum tamen non tollit, & si alii creditores isti non adhererent, qui cessione nondum declarata vigilavit, hoc diligentia præmium meritò habet, ut ex re arrestata dimittatur. Sed hæc non pertinent ad eum casum, si cessionem semel factam subsequitur arrestum, *de quo vide scripta sup. cap. 8. num. 148. & mult. seqq.*

40

Septimò, si debitor literas dilatorias seu quinquennales, vel rescripta & statuta moratoria impetraverit, ab arrestis securus est, & si impositum arrestum, eorum exhibitione facta relaxabitur. *Peck. de tract. cap. 45. num. 20.* Sed diligenter considerandum est, anne indultum moratorium ab eo concessum, cui id jus comperit, an etiam eos obliget, à quibus vel ad quorum instantiam impositum est, anne causa, quæ agitur, inter exceptas sit, an, quod petitur, isto dilatum sit. Nam si hæc secus deprehendantur, non relevat ab arresto beneficium moratorium. Sed de iis prolixius agere non est hujus loci. Consule eos, qui de Rescriptis vel statutis ejusmodi scripserunt.

41

Octavò, idonea cautio causa relaxationis arresti est iusta & frequentissima. Unde ordinaria arresti medicina vocatur. In disceptationem autem venit, utrum, quæ de necessitate relaxationis arresti oblata & præstita cautione ab JCtis traduntur, tantum ad illicita arresta pertineant, num ea etiam in licitis sic statuenda & observanda sit? Qui petitæ relaxationi exceptionem liciti, ideò non relaxandi arresti opponerebat, præcipue nitebatur textu Constitutionis Imperii Im. R. A. III. Regenspurg de Anno 1594. §. Und so viel die ungleiche Meynungen. explicante sensum Constitutionis de arrestis in Recessu Spirensi de Anno 1570. §. Wann auch die arresta. & cum in hac oblata satisfactione relaxatio esset constituta, inter licita atque illicita distinguente & ad hæc constitutionem restringente. Verum ea nihil obstante sentiebamus, non minùs, quando arrestum licitum, quàm cum illicitum est, cautione idonea oblata relaxandum esse, modò cujus causâ arrestum imponitur finis hinc, per illam sine mora & difficultate sit obtinendum. Ita JCtorum

rum generalis & indefinita est sententia. Est in utraque specie eadem ratio, similis aequitas, ut non sine causa personæ vel res attentionibus vexentur, ubi arrestantes satis securi esse queunt. Iniquum foret concedere alteri, in quo tantum malitiam suam expleat, contra *l. in fundo. ff. de rei vindic.* Nihil arrestantis tunc interest, ut arrestum daretur. Sola in affligendo alium intentio, sed improba est. Frustrâ illud in eo ponitur, quod per arresti durationem debitor citius ad iusta adigeretur, dum Juris via post relaxatum idem consequi licet. Si quid extra eam arrestans molitur, injustum erit. In praxin communem venit illa sententia, sic ubique sine discrimine ex arresti qualitate observari. Tantum de eo Iudex est sollicitus, si invitâ parte relaxat, ut sufficiens sit cautio & fini suo congrua. Non habet aliud allegata Imperii Constitutio, quæ certam definit speciem in arrestis Imperii, quorum in multis aliam, quam cæterorum arrestorum esse rationem, sub nostro tractatu sæpius monitum reperies. Dum autem ad illam constituta pertinent, non excluditur quidquam eorum aliàs non improbum à cæteris arrestorum speciebus, de quibus nihil illa prohibet, sed omnia sub communis Juris, consuetudinis aut rationis providentia relinquit. Nec alter ille Recessus Ratisponensis cum arrestorum facit discrimen, ita quæ relaxationem eorum sub cautione discernit, sed tantum quæ fundationem Jurisdictionis & processum in Camera circa illa, quæ ab immediatis Imperii Statibus non Jure officii Magistratus ad instantiam partium, sed quæ pro afferendo Jure suo proprio extraordinaria potestate imponuntur. Ad cautionem verò offerendam vel recipiendam multum interest, an id, quod ab arrestato præstari debet, liquidum & extra controversiam sit positum, ut statim executionem requirat, an adhuc aliquo qualiter illiquidum & à debitore controversum. Siquidem res planè aliqua sit & ab arrestato negetur, aut in controversiam vocetur, arrestum sub cautione relaxari potest atque debet, cum ea superveniente actio & victoria arrestanti sit securæ. *per l. 3. Consultat. ff. de offic. Prefecti. l. si sit de possor. c. fin. ff. qui satisd. cog. l. libris. c. de Agric. & consue. Presb. de Jur. sistend. dict. cap. 45. num. 2. & seq. Bapr. Caccialup de debitor suspect. quest. 6. num. 13. & quest. 9. num. 1. Coler de Processu executiv. part. 3. cap. 11. num. 93.* Nullus enim tunc arresti effectus est, quando arrestans sit asscuratus, ut in casu victoriæ tam tertius sit de,

recipiendo suo, imò aliquando per cautionem certior atque per arrestum. Cùm igitur malitiæ foret, nolle dimittere arrestatum, quando caveret, isti Judex indulgere non debet, sed admissio æquipollenti, quod non nocet creditori, prodest tamen debitori, hunc dimittere.

- cur. de sequestr. n. 67. Mandos. in tract. de Monitor. quæst. 10. num. 2.*
- 45 Nihil Juris ex ista amittit arrektans, qui permutatione quadam pro re arrektata cautionem accipit, quoad de jure suo certus fiat: Si interim ille mallet de facto alium de jure suo dejici, hoc barbarum & humanæ societati contrarium foret. *tit. de benign. Apopsism. synag. 4. dec. 2. vpl. 2. num. 9.* Quod si Judex oblata idonea & sufficiente cautione arrektum relaxare nolit, debitor justam causam habet, hoc per viam querelæ & supplicationis deferendi ad superiorem, *Schurff. Consil. 15. num. 16. cent. 3. Rutz Ruland de Commissar. part. 4. lib. 4. cap. 6. num. 6. schultes ad Modestum. Pistor. quæst. illustr. 110. num. 13. part. 3.* qui ad
- 47 narrata oblataz satisfactionis mandatum cum clausula justificatoria plerumque decernit, eoq; productio tanquam in causa evidencis nullitatis sine litis contestatione summarie procedit pronunciando, daß Vellager der die angeborne caution anjunehmen und ihm den Kläger darauß lossu lassen und zu relaxiren schuldig / vel etiam tali casu mandatum sine clausula sub certa poena decernit, uti in Camera Imperiali hoc observatur. *Gail. lib. 1. Pract. observ. 26. num. 7 & 6* & convenit Recessui Imperii Ratisponensi de Anno 1594. §. Von den Arresten seyn ebenmessig.
- 48 Imò etiam injuriarum actione conveniri potest Judex, qui spreto legitimo medio arrestum non relaxat, cùm id nullo Jure sine justa causa tantùm ad alterius ignominiam & damna faciat, *Peck dict. cap. 45. n. 3. schultes ad dict. quæst. 110. num. 14. Moller. lib. 2. semestr. cap. 4. n. 10.*
- 49 & ipse arrestatus impunè discedere vel res arrestatas transferre; Cùm securitate ista superveniente ipso Jure arrestum cesserit. *l. si fidejussor. §. fin ff. qui satisd. cog. Evider Mindan de Mandat. lib. 1. cap. 41. num. 1.*
- 50 In quo tamen advertus pericula protestatione apud Judicem, cujus ea cognitio est, sibi prospiciat discedens, ne violati arresti reus videri & argui queat. Cautio idonea offertur & interponitur apud Magistratum vel Judicem, qui arrestum imponi jussit, cujus hoc arbitrium esse debet, an sit sufficiens nec ne; *ex Raph. Cuman. Consil. 157. Peck. dict. cap. 45. num. 5.* haud verò decernet quidquam, nisi vocato & audito eo, qui

qui arrestum impetravit, cujus maxime interest idoneè caveri, si dimit-
tendus sit arrestatus. Postquam, qui arrestum obtinuit, citatus ad re-
spondendum super cautione oblata, vel hanc assensu suo admittit, vel
contra eam exceptiones opponit. Admittente eo nihil ultra Judicis est,
quàm ut relaxet. Semel consentiens poenitere aut aliam cautionem ex
prætextu inidoneitatis alterius exigere nequit. Nec enim oportet per
singula momenta aliquem, à quo satis petitur, onerari, nec, cum semel
satisfactum, iterum caveri. *l. si is 15. §. 1. ff. ut in poss. legat.* Si contra
istam opposuerit, ad discretionem Judicis pertinet, utrum quidquam
faciant ad eam improbandam nec ne, & prout reperiet, ex arbitrio suo
statuet. Hoc verò consideratè attendere debet, quod fini conveniens,
ut satis cautum sit. Si verò Judex eum super oblata cautione audire
prætermiserit, eo periculo eam acceptabit, ut, si pars sibi aliqua in re
non satisfactum demonstrabit, in eo suam litem fecerit, ad interesset
præstandum obnoxius, *Pock. de B. cap. 45. num. 19.* sicut ob acceptos fi-
dejussores inidoneos semper incantus Judex in subsidium aliis etiam in
casibus obligari dicitur. *l. fin. ib. Dd. c. de Magistr. Conven. Menoch.
consil. 245. num. 07. Joseph. Ludov. decis. Lucens. 33. per tot.* Hoc qui
evitare cupit Judex, cautus & diligens sit, nec admittat aliquam cautio-
nem, antequam citet adversam partem, cui præstanda erit, ad viden-
dum satisfdari, vel opponendum legitimas exceptiones. Eo, cujus per-
sona vel res arrestantur, cautionem non offerente, sed sine ea allegatà
arrestu injustitià relaxationem petente, Judicis est super hac decernere,
non ex officio cautionem ab illa poscere. Nec enim ea res aliter, quàm
parte unà offerente, alterà citatà ad nobile Judicis officium pertinet.
Idèò eum à decretis cautionem imponente pars appellabat, putabatur,
non sine gravamine esse, ut cautio non offerenti injungeretur, qui pos-
set malle personam & res sub arresto relinquere. Iphius enim gratià
cautio relaxandi causà sit, idèò invito non obrudenda. *l. invita. ff. de
R. j.* Deinde magis gravatus erit, si velut ex officio cautionem injun-
gat, cum rationes sint, cur sine cautione relaxatio fieri debeat. Pro qui-
bus discutiendis processus appellatorios decernere placuit. Ad cautio-
nem oblatam parte citatà, sed non comparente, aut sufficientes exco-
ptiones non opponente, Judex ex officio cautionem pro idonea acce-
ptare reodj, injungere potest, ut eam debito modo præstet. *Hering de*

Fide.

- Fidejussor. cap. 8. num. 36. ubi præjudicia camera Imperialis refert.* Perconrumaciā pro præsentē & consentientē habetur, atque petinde est, ac si approbasset, inde Judex securus erit, etsi in eo erraverit. Ut
- 54 arrestatus præsens sit & ipsemet caveat, non opus est. Sufficit quem actum eo absente, sciente vel ignorante, pro eo intercedere & fidejuberē. *Peck. dist. cap. 45. num. 5.* Civili juxta & naturalirationi congruum est, alterius etiam inviti & ignorantis conditionem meliorem reddere.
- 55 *L. solvenda. ff. de Negot. gest. l. solutionem. ff. de solut.* Quod si creditor tam durus & iniquus sit, ut relaxationi sub cautione obsteret, hancq; opportuno tempore oblatam acceptare recuset, id pro poena iniquitatis sustinet, ut in dolo & mora esse censeatur. Moram enim committit,
- 56 qui mavult iniquē litigare, quā rem restituere, *l. nemo rem. §. 1. in 3a sententia. ff. de verb. obligat. Gail. 1. Observ. 24. n. 3.* idcoq; ab illo tempore ad interitum, damna, interesse & expensas tenetur, *arg. l. quod te. ff. de reb. cred. l. mora. ff. de usur. Gail. de Arrest. Imper. cap. 15. n. 2.* Atinēda de Process. lib. 1. cap. 39. num. 11. nec inspicitur in hoc, ut alibi circa definitivam sententiam, arresti iustitia, bene an malē impositum sit; sed factum prohibitum, quia arrestum præstitā cautione idoneā relaxandum, & qui contrā nititur, rem illicitam facit. *Gail. dist. cap. 15. num. 12.*
- 58 Sed quid continet illa captio, sub qua relaxabitur arrestum? An sufficiet sola de iudicio fisci, an verō etiam iudicatum solvi? Variant hoc in puncto Jurorū sententia. Communior & in foro serē receptior habetur illorum sententia, qui de iudicio fisci & iudicatum solvi simul ante relaxationem satisfari desiderant. *Schurrff. Consil. 15. num. 15. cent. 3. Koppen. decis. 36. num. 19. seq. Coler. de Process. executiv. part. 2. c. 11. num. 99. Moller. lib. 1. semestr. cap. 4. num. 12. seq. Monach. in Process. part. 20. cap. 7. num. 7. Godem. consil. 106. num. 22. seq.* Hi tamen Dd. allegari magis ex usu fori, in quo vixerunt Juraq; tractarunt, quā ex communi ratione eam communem esse sententiam testantur, ut fragile sit, inde velle ad alia separata loca, in quibus mores certum quid
- 59 non invexerunt, inferre & concludere. Ego opinor, semper hīc pridē inspicendum esse, quid usus recepit & observat. Ubi mores fori non consentiunt captione solā de iudicio fisci, sequi oportet, quid requirunt, *Neak. dist. cap. 45. num. 7. in fin.* In h. arrestum, quod Imperii
- 60 vulgo

vulgo vocant, personis, quæ immediate imperio subsumt, imponitur, illæq; in Camera Imperiali relaxationem petunt, non decernitur mandatum de relaxando sine clausula, nisi arrestatus offerat se ad utramque satisfactionem de iudicio fisci & iudicatum solvi. *Reichs Abscheid zu Speyr de Anno 1570. §. Wann auch die arresta. Gail de Arrest cap. 4. num. 9. Mandat. de Mandat lib. 1. cap. 38. & 41.* In foro Saxonico perinde receptum est, utramque exigi & præstari. *Coler. d. tract. part. 2. cap. 3. num. 46. & part. 3. cap. 11. num. 93.* Iis in locis, ubi Jus Lubecense, quod partim ex Saxonico desumptum est, observatur, imitatur usum Saxonico-rum Iudiciorum, & quæ pro relaxatione arresti præstantur cautiones, eum intellectum habent, quod fidejussor vel pignus teneatur, pro utroque casu, sive res fisci debeat, sive iudicatum solvi. Cæterum ubi ex consuetudine vel stylo Iudicii nihil certi obtinet, sed ex Jure Civili vel ratione ea quaestio decidenda est, existimo veriorum esse illorum opinionem, qui non nisi de iudicio fisci cavendum putant, idq; sufficere, licet ultra de iudicatum solvi non caveatur. *Roderic Suarez in declarat. l. 2 for. V. lib. 2 tit. de les emplazamientos cap. incip. Quod de jure communi. numero 4. Peck. dict. cap. 4. numero 8. Modestus Pistor. illust. quæst. 110 ibi schultes numero 20. Fab in §. sed hodie. numero 8 & 9 inst. de sarnat.* Per cautionem enim nihil aliud quaeritur aut constitui debet, quam adesset, ubi arrestum non relaxaretur. Nam si arrestatus non præstita cautione maneret sub arresto, creditor contentus esset: cogere-tur ejus personâ, si res arrestata relaxantur, quanti valere possunt, satisfatur, nec ultra estimationem hæc extendenda. Ubi cautio in co-scuritatem præstat, iniquus est creditor, qui ultra quidquam exigit. Deinde nemo tenetur ad majorem cautionem dandam, quam sine eâ obligatus est debitor & creditor eâ non præstita habiturus esset. Cæterum, non habens, unde solvat, implet in persona sua, quam fidejussor sistendo merito ab alia præstatione liber esto. Quare & sic argumentari licet: Quidquid præstat arrestum, id demum continere debet cautio, quæ in illius relaxati locum surrogatur. Sed cum illud de solutione iudicati non reddat securam arrestantem, ubi arrestato ea media non suppetunt, utique nec in cautione illud exigendum erit. Curare etiam Iudex debet, ne cautiones in duriores causam, quam actus necessitas postulat, exigantur. *l. Greco. §. illud ff. de Fidejussorib. l. 1. §.*

Na

si quis

- si quis sub ff. ut legat. nom. carv* Unde nec aliter, quàm secundum naturam actus, super quo interponuntur, intelligi debent. *l. si stipulatus.*
- 66 *in pr. ff. de usur. Gail. de Arrest. Imper. cap. 3. num. n.* Satis verò ista arrestanti prospectum est. Si enim, qui de iudicio fisci cavit, non præsenteret, quoties opus erit, debitorem, tenebitur ad totum verum interesse, quantum verè debetur. *l. 2. §. in fidejussorem. ibi. gloss. ff. qui satisd. cog.* Ubi eundem exhibuerit, tunc arresto & cautioni satisfaciat,
- 67 ut nihil habeat, de quo conqueratur. Arbitrio tamen judicantis hic aliquid relinquitur, ut, si aliquo casu cautione iudicatum solvi opus esse putet, eam simul exigit, veluti is subesse putatur, quando debitor vagabundus est, vel de fuga suspectus. *Barb. caccialup. in tractat. de Debitor suspecti quasi §. princip. num. 2. & seq. Celer. d. d. tractat. part. 2. cap. 1. num. 83.* Sed non video, quæ ratio sæpè ad id movere possit, eum solus de iudicio fisci cautio id præster, quod ex arresto posset accedere arrestanti, ultra quod non onerandus est arrestatus, nisi consuetudo vel statutum aliud requirat. *Vide & de his aliqua inter Decisiones nostras part. 4. decis. 36. & 37.* Id verò integrum iudici, ut fidejussorem de iudicio fisci jubeat cavere expressâ summâ loco interesse solvendâ, si non sistatur, quod evitentur disputationes difficiles de eo, quod interest. Idedq; & pars arrestans aliquando id petere solet, quò iudicium sit eò certius minùsq; obnoxium intricatis litibus. Stipulabitur verò de
- 69 stando jure in ea civitate, ubi arrestatus est, *Rebuff. ad Ord. Reg. tit. de Lit. oblig. artic. 6. gloss. 3. num. 55.* nisi in casibus, ubi ad forum competens remittendus ex lege vel privilegio.
- 70 Sed cùm cautionum plures sint species, aliæ fidejussoribus, aliæ pignoribus, aliæ juramento, aliæ nudâ re promissione expediatur, quar-
- 71 ritur, quænam illarum ad relaxationem arresti exigatur? Omnes in eo consentiunt, cautionem hic requiri idoneam, plenam & sufficientem, idedq; non aliam nisi fidejussoriam aut pignoratitiam admittunt. *Celer. d. d. part. 3. cap. 11. num. 95. seq. Peck. d. d. cap. 45. num. 8. Gail. 2. observ. 44. num. 10. Mysing. centur. 5. observ. 35. Monach. d. d. tract. part. 20 cap. 7. num. 2. Moller. lib. 2. semest. cap. 4. num. 13.* Quoniam enim in aliquo actu idonea aut sufficiens requiritur cautio, tunc non de alia id accipitur, quàm de fidejussoria aut pignoratitia. *l. si mandati. §. 9. ult. ff. Mandat. l. 4. §. addici. ff. de Fideicom. libers. Gail. 1. observ. 26. num. 6.*

num. 6. Cothman. consil. 18. num. 490. Guid. Pap. decis. 349 num. 1. Et
 cum plerumque ex statutis, quæ arresta approbant, istæ cautiones or- 73
 tum habeant, idcirco statutarie vocentur, hæ verò, si judiciales sint, &
 Judicii gratiâ recipiantur, stipulationibus prætoris æquiparari soleant,
 non minus quàm prætorie fidejussores requirere putatur. *l. 1. ff. de*
Prætor. stipul. Gail. de Arrest. Impen. cap. 3. num. 8. Hodie per Ger-
 manie consuetudinem rigor iste prætoriarum satisfactionum, ut non 74
 nisi datis fidejussoribus fiant, sublatu est, & perinde est, cum sufficien-
 tibus pignoribus caveatur, modò ad illum finem, in quem cavetur, om-
 nia secura sùnt, qui est cautionis finis. *Novell. 96 c. 1. Novell. 113. cap. 2.*
 Quo obtento nihil refert, quomodo caveatur. *Menoch. de Arbit. Jud.*
Quest. cent. 2. lib. 2. cap. 142. num. 2. Aque idonea habetur, quæ pi-
 gnore, quàm quæ fidejussure sit. *l. si fidejussor. 7. §. 1. l. sciendum. 15. ff.*
qui satisd. cog. l. ergo. 4. §. addici. 8. ff. de fideic. libert. Circa arresta
 etiam discrimen illud non attenditur. Hoc tantum adhibetur, quod
 cautione per fidejussorem præstita nihil ultra desideratur, sed ille Pro-
 curatoris vice est, si causam agendam simul suscipit, ut facit, qui simpli-
 citer pro arresto cavet, non tantum de judicio liti, vel judicatum solvi.
 At pignore tantum supposito, arrestans desiderante hoc impetrante,
 opus habet Procuratorem cum plena potestate apud acta constituere.
 In quo sæpe sibi impetrantes non bene prospiciunt, cum eam petiti-
 nem negligunt. Cum verò fidejussores non recipiantur, nisi vocatà 75
 & audità parte arrestante, uti supra scripsi, magna exoritur in Judiciis
 altercandi materia, qui pro idoneis habendi? In quo raro non exsur-
 git inter debitores & creditores contentio illis, quos afferunt idoneos,
 laudantibus, his plerumque rejicientibus. Ex quatuor notis, quæ con-
 currere debent, idoneitatem fidejussorum dijudicandam reor. Primò
 ex opum qualitate, ut tantum habeat, quantum qualitatem debiti, quod
 petitur, usuram, item & litis sumptuum æquare videatur. Qui tan-
 tum in immobilibus vel mobilibus non habet, pro idoneo fidejussore
 habendus non est. *l. si quis 41. ff. de petit. hered. l. 5. §. qui pro rei. ff.*
qui satisd. cog. l. 2. §. ult. ff. ut in posses. legat. l. 2. ff. de fidejussor. Nic-
ola ad l. habere 188. §. cautum num. 5. ff. de verb. signif. Peck. dict. cap.
45. num. 12. Chassane. in Consuet. Burgund rubr. 6. §. 6. in verb. en-
brillant. num. 1. Jeq. Franc. de Fidejussor. cap. 4. conclus. 1. per tot. Quà
 Na 2 de

- 76 de causis non injuriâ rejiciantur, qui vel multis talia bona possident, quæ non sunt in pleno possidentium dominio, aut Jurisdictioni Judicis arrestantis non obnoxia, veluti quæ ad uxorem, quæ nec ex contractu vel statuto pro marito obligatur, (aliâs enim secus erit) pertinent, quæ litigiosa, quæ aliis jam hypothecata, sterilia, vilia, absque titulo malâ fide possessa, merè feudalia, ex conventionione vel lege obligari vel alienari prohibita *Bald. ad rub. ff. Judicat. solv. num. 6. Alberic. Alexand. & Socin. in l. 2. ff. qui satisd. cog. suarez. in thesaur. Comm. opinion. tit. num. 134.* Sicut & illi, qui bona habent, sed multo ære alieno onerata, quæ pro bonis non habentur. *Peck. d. d. cap. 45. num. 12.* Licet verò integræ vitæ, sanæ & existimationis sint, cum tamen deest, quod ad indemnem servandam relaxationem requiritur, pecunia nempe mediocris causæ suffectura nihil proficit, ut admittantur, *sicut prolixius hoc comprobat Hering. in tractat. de Fidejussor. cap. 8. num. 50. & seqq.*
- 78 Secundò ad qualitatem idonei fidejussoris requiritur, ut in eo loco, ubi fidem pro alio interponere debet, incola vel civis sit Jurisdictioni Judicis arrestantis suppositus, & sub eodem tot vel talia immobilia vel mobilia possidens, quæ ad valorem causæ ascendunt. Qui non sunt de isto foro, nec ibi possessiones habent, pro idoneis fidejussoribus non habentur, *l. 1. ib. gloss. & Dd. ff. si quis in jus voc. non per Gomez. var. resolut. lib. 2. cap. 12. num. 8. Peck. d. d. cap. 45. num. 12. & 13.* ubi usum & mores hæc approbata dicit, nec usu inde recedendum esse. Idem in Camera Imperiali observatur, ut cautio exigatur per possessionarios Imperii subditos. Forenses igitur, nisi ab arrestante spontè recipiuntur, (quo tamen casu non censentur renunciâsse fori privilegio, *d. d. l. 1. §. si quis in jus voc. l. 7. in pr. ff. qui satisd. cog. Peck. d. d. tract. cap. 15. Ausfrev. ad capell. thelos. decis. 180.*) non sunt idonei fidejussores, sicut nec illi, qui mox discessum ex civitate in alterius Magistratus territorium, sic ut cives amplius esse nolint, adornant. *gloss. in l. si ita stipulatus. §. possum. ff. de v. o. Hippel. de Marsil. in rubr. de fidejussor. num. 28.*
- 81 Tertiò in fidejussore spectanda conveniendi facilitas. *l. 2. in pr. l. 7. in pr. ff. qui satisd. cog. l. 2. ff. de Fidejussor.* Qui faciliè conveniri nequeunt, pro idoneis fidejussoribus non habentur, nec invitis obtrudantur, quales sunt viri nobiles & potentes, contra quos processus & executio admodum difficilis. *suarez. d. d. tract. lit. F. num. 132. Carpan.*

parum tenent. Medialan. part. 1. cap. 4. ubi dicitur. Grat. de Absent. 27.
num. 25. Magistratus, Judices, Consiliarii curiae, Advocati & Procuratores Clerici, Scholares & similes. Bariff. de Pacto de Syndico. verb. fidejussor col. 2. Boer. decis. 519. num. 2. Rutg. Roland. de Commissar. part. 4. lib. 6. cap. 4. numero 8. Peck. d. d. cap. 45. num. 17. Quae non 83
habetur pro idoneo fidejussore, nisi qui praeter sollicitudinem est etiam vir & tamz honesta, non levis, nec perditus, nec infamis, nec avarus.
Peck. d. d. num. 17. Robuff. ad verba Regu. rom. 2. rubr. de Sent. exeat. artic. 1. gl. 16. num. 17. Secundum haec requirita examinetur cum Ju- 84
dex, cum creditor, qui ad satisfaciendum offertur. In dubio autem
fidejussor non praesumitur idoneus, sed talis cum suis qualitatibus pro-
bari debet, Carpan. in sent. Medialan. d. d. cap. 44. num. 19. Pajon. de
Probat. lib. 1. cap. 84. num. 19. idq; a debitore idoneitate allegante &
in eo fundamentum intentionis collocante. Celer. d. d. tract. part. 1.
cap. 6. num. 147. Marten. in l. si vero. §. qui pro rei. cum in §. qui sa- 85
vis cog. Ubi super hoc non conveniunt, ad Judicem spectat, habita-
maturâ praedeliberatione & scrutinio, pronunciare, an cautio idonea
sit necne. Quomodo vero in eo procedi possit & debeat, prolixius
reperies tractatum apud Hering. de Fidejuss. cap. 8. num. 76. & mult.
seq. Approbatores vero fidejussores curabit creditor debito modo sibi 86
in judicio stipulari, sicq; solemniter obligari, Peck. d. d. cap. 45. num. 17.
in quo non levis pars securitatis contineri videtur, si rationem & subti-
litem Juris Civilis respexeris, ex quo stipulatio forma fidejussionis
habetur, l. 5. §. satis acceptio. ibi Jansen. ff. de verb. oblig. idemq; sine ista
non valet. l. blanditus. C. de Fidejussor. Hartm. Hartmann. Pract. Ob-
serva. in eis de Fidejussor. Obj. 4. Franc. de Fidejussor. cap. 1. num. 7.
Eadem verò ut non nisi inter praesentes solemniter contrahitur, l. 1. in 87
pr. ibi glossa & d. d. ff. de v. o. l. 3. C. de inutil. stipul. ita & fidejussionis
contractus utriusque contrahentis praesentiam desiderare reputatur.
per v. l. qui decem. §. idem respondit. ff. de solut. Carpan. in sta-
tu Medialanens. part. 1. cap. 131. num. 335. Grat. Const. 120. num. 6. vol. 1.
Male putant sufficere, quod arrestatus, qui sub cautione relaxari cupit, 88
fidejussores Judicis offerat, & ubi idonei ingenti summa, coram actis Ju-
dici promittant pro illo, etsi creditor, qui arrestum impetaverat, prae-
sentem non teneat. part. 1. cum essendinus. §. fin. ff. de Fidejuss. Tutor. Car-
dinal.

- final. in olem. l. ib. Ancharan. num. 4. Bon f. num. 31 de procurat.* Sed alii in contrariam sententiam abeunt, *Joh. de Immol. in d. d. cap. 1. num. 19. Bartol. in d. d. l. cum ostendimus.* existimantes, eas inter absentes fideiussiones singularibus in casibus utilitatis publicæ gratiâ receptas non valere extra istos, sed præsentiam desiderari. Stultum esse ait *Peck. d. d. num. 17.* qui se opinionum periculo committit, ideoq; suadeo creditori, ut observet stipulationis sollemnitate. Id quod iidem suaserim iis in locis, ubi ex Jure communi saltem agitur, nec moribus aliud invaluit, veluti in nostris foris, ubi Jure Lubecenſi utimur, sicut & ferè per universam Germaniam hoc frequentatur. Satis erit, stipulationem factam esse à fidejussore coram Judicio annotatione ejus factâ in libro seu Protocollo Judicii. Ibi non curamus subtilitatem legum civilium, & securè confidit Judex creditor tali cautioni. Sic etſi aliàs in cautione debitè præstandâ præsentia debitoris exigitur, *l. de unoquoquo. ff. de re judic. Ant. sola ad Constit. antiq. Sabaud. rubr. de sent. execut. gloss. 3. num. 1.* hic tamen nec id opus est, sed sufficit, aliquem pro debitore arrestato intervenire in Judicio & stipulari de Judicio liti. In executivis enim non expectatur ejus præsentia. *Rebuff. ad Constit. Reg. antic. l. gl. 15. num. 3.* Quia autem in hac cautione fidejussores, nisi usus aliud induxerit, uti suprâ scriptum, non nisi de Judicio liti cavere tenentur, captio ita præſta exspirat morte caventis. *l. si decesserit. ib. Jason & Costat. ff. qui satisd. cog. l. sancimus. §. seu autem. c. de fidejussor.* Etſi verò vel usus, vel aliàs conventio fidejussorem de iudicato solvendo obliget, si tamen is non aliter caverit, id quod tanti fidejussores exprimere solent, quàm solvere creditori id, quod apparebit, debitorem debere collectis rationibus vel subducto calculo, vel ad quod finitâ lite condemnatus fuerit, si debitor moriatur ante sententiam vel subductas rationes, fidejussor liberabitur. *Hippol. de Mansil. singular. 204. Schaft. Medic. in tractat. Mors omnia solvit. part. 2. conclus. 45. num. 126. Coler. Decis. German. 29. num. 16.* Unde *Peñus d. d. cap. 45. num. 18.* eam cautelam tradit, quòd creditor ante omnia excusationem rationem & subductionem calculi mutare & urgere debeat. Id enim notandum est, fidejussorem, quem vocamus den Arrest. Vürger/ etſi indefinitè aut generaliter de Judicio liti vel iudicatum solvi caverit, non tamen vel aliter conveniri & processu exagitari, nec aliter condemnari

demnari debere, quàm condemnatio fieret, si persona vel res arrestata præsentis foret, nec ob cautionem dimissa. Fidejussio enim non alterat præcedentem obligationem vel Judicium, *Johan. Rouchegall. in L. 6 §. duo rei. num. 22. ff. de duob. reis.* nec fidejussor ad durius tenetur aut aliud, quàm in suam fidem recipit. *Munda. in tit. de Pignor. c. quib. mod. hypoth. n. 66 arg. l. Gracè. §. si Stichum. l. fidejussor. 9 ff. de Fidejuss.* Unde rebus alienis arrestatis, si alius præstitit cautione de Judicio fisci & judicatum solvi arresti relaxationem procuraverit, etsi possessor earum debitor fuerit reverà, tamen, quia pro illo relaxando non intervenit, sed pro rebus, sicut id judicandum saltem est, quod judicaretur rebus præsentibus, ita nec in aliud condemnandus est fidejussor. Processus verò arresti institutus adversus arrestatum quoad causam principalem, non ita tollitur per subsequentem cautionem de Judicio fisci aut judicatum solvi, quò minus in Judicio principali denuò arrestatus cogatur citationi contra eum institutæ respondere, sed, quoties opus est, comparere teneatur, aut fidejussorem stipulationi reddit obnoxium. *Hering de Fidejussor. cap. 15. num. 32.* De eo genere fidejussorum, qui pro relaxatione arresti cavent, notandum, quòd differant à fidejussore de Judicio fisci & judicatum solvi. Qui non tenetur ejus causam, pro quo intervenit, agere, aut pro principali respondere, sed Judicium contra illum habetur, citatur & comparere opus habet, tantùm si non compareat, quanti interest adfuisse, deinde judicatum cavens præstare tenetur. At qui arresto eximit seu personas, seu res, suam facit litem, ad eam, quoties opus, vocatur, agit vel defendit, deinde contra eum veluti contra arrestatum pronuntiatur. Multùm inde refert, quomodo & quâ formulâ eantur sit. Quod si accadat, cur arrestatum in persona præsentem esse oporteat, nec eo per aliamungi liceat, sit ejus in Jus vocatio personalis, non attento, quòd fidejussor cautionem præstitit, veluti si Juramentum tale sit præstandum, quod per Procuratorem jurari nequit. De eo verò incidit quæstio, illo per sententiam injuncto, decretumq; ad principalem citationem, utrum istam fidejussori instituari sufficiat, an ad ipsum arrestatum mittenda sit? Prius decretum erat per Judicem, nec injustè, quia vicem ejus sustinet fidejussor iste, & ex sponsione sua obstrictus est ad significandum decretum reo, interest quoque ipsius, ut fiat. Tantùm, quia adhuc incertum erat, quomodo fide-

97 fidejusserat, negante eo, ad se hoc onus pertinere, tenor fidejussionis fuit explorandus. Moribus tamen nostris fidejussor, dei Arrest-Würge/ succedit in locum rei, & toto processu, si ita Judex vel pars adversa velit, desungi tenetur, unde & ex consuetudine Procuratoris, qui pro Domino litis post litem contestatam habetur, vices sustinet. Executio etiam contra eum sine ullo alio processu paratissima est, *uti supra scripsi cap. 22. num. 23.*

98 Aque pignoribus atque fidejussoribus caveri potest, ad impetrandam relaxationem arresti. Pro sua verò securitate creditor attendet, ut obligentur pignori bona causæ quæ sortem, usuras & expensas sufficientia, præterea sub imperio vel jurisdictione illius loci, ubi arrestatio facta est ista. Nec alia tenetur admittere, aut Judex ipso invito recipere debet. *Peck dict. cap. 45. n. 14. seq.*

99 In quo idem processus observari debet, quem in idoneo fidejussore acceptando supra notavimus. Id quoque curabit, ut sibi ea bona nominatim hypothecæ subjiciantur

100 & obligentur, quò facilius meliusq; ipsi sit prospectum, cum non solum ad debiti securitatem, sed etiam ad conveniendi facilitatem arrestum pertineat. *Peck dict. cap. 45. num. 11.* An generalis hypotheca omnium bonorum sufficiat, pro qualitate causæ & personarum Judicis arbitrio relictum est. *Mindan dict. tractat. cap. 41. num. 2. in fin.* Offertur aliquando hic cavendi modus, cum pro credito non valeat magno multa magnæ precii res arrestantur, quòd arrestatus ex iis tantasq; quæ debiti sepi actioni pares sunt, vel deponere, vel apud debitorem suum relinquere velit. Et quomodo malitæ foret plus quàm sufficit, cum incommodo alterius sub arresto supervacuum detentum fore, ita non indulgendum, sed inriso etiam & reluctante arrestante à Judice permittendum, quod superat auferri. Malignè contradicit, qui satis securus est. Arbitrio Judicis relinquendum, quantum satis erit.

101 Juratoria verò cautio ad relaxationem arresti regulariter non sufficit. *Peck dict. cap. 45. num. 8. & seq. Caccialup. de debitor. §. 1. ff. de q. v. ff. 1. num. 1. seq. Celer de Process. execut. part. 3. cap. 11. num. 94. Moller, 2. semestr. cap. 4. num. 14. Gail. de Arrest. Imper. cap. 2. num. 10.* In quo omnes consentiunt. Sed si arrestatus fidejussores aut pignora non inveniat in eo, quo arrestatus est, loco, alias verò extra territorium, ubi detineretur, bona habeat, & ad juratoriam cautionem se admitti petat, an tunc

an tunc audiendus sit, non caret dubio. Ego, ut non semper eam admittendam, ita nec semper rejiciendam esse, existimo. Situm verò id erit in æquo Judicis arbitrio, quòd eo casu merito admitter juramentum loco cautionis, quando arrestatus est vir honestæ atque probatæ vitæ, & integritatis opinione conspicuus, nec vel ob debiti quantitatem vel ex cæteris circumstantiis metuendum, ut fidem fallat. Hunc communis Dd. opinio ad juratoriam cautionem admittit. *Peck. dict. cap. 45. num. 10. Hering. dict. tract. cap. 18. n. 107. Cothman. Consil. 18. num. 497. vol. 1. Mynsing cent. 2. observ. 11. Petr. Frid. Mindan. de Mandat. lib. 1. cap. 41. num. 1. Koppen quæst. 35. num. 22. Coler. dict. tractat. part. 3. cap. 11. num. 9. seq. Gail. 1. observ. 48. num. 6.* qui omnes de praxi Camera Imperialis aliorumq; Judiciorum attestantur. Et generaliter existimatur, quòd ubi lex vel statutum requirit cautionem fidejussoriam, cum si persona egregia sit ac probatæ vitæ, nec tamen fidejussores aut pignora reperiat, juratoria in subsidium admittitur. *Fira. quell. de pen. leg. temperand. caus. 51. num. 34.* Pro majori cautione tamen & illud observandum, ut, qui ex juramento relaxationem impetrat, simul etiam bona sua, quæ in loco domicilii habet, oppignoret, quod ad creditoris securitatem maximopere pertinet. *Coler. dict. cap. 11. num. 102. & seq. Schultes in addit. ad Loc. Commun. Bruno à Sale verb. arrestum. n. 18.* Quòd si etiam alicubi statutum sit, veluti exemplum ex Colonienſi urbe refertur, quòd extraneus, cum quo civis litem habet, ubi repertus, arrestari possit, donec fidejussorem civem præstet, is verò eum habere non possit, sed juramento cavere offerat, hoc admitti, ne ad impossibilia teneatur, veritas humaniusq; censet *Hering dict. tractat. cap. 18. num. 96. ubi præjudicia Camera Imperialis pro relaxando eo casu arresto refert plura.* Arresto sub cautione relaxato in qua-
tionem incidit, ubi causa, quæ arresto occasionem dedit, agitari debeat? Scio non dispositum saltem, sed & judicatum fuisse, causam principalem ad Judices competentes ratione domicilii, contractus, delicti vel rei sitæ spectare, ideòq; eò remittendum, ut ibi justitia vel injuria arresti, si altiore indaginem requirat, disceptetur. Sicut ea formula pronunciandi solita est: *Dass die Hauptsache darumb der Arrest angeleget / auff bestatete caution an ordentlich Recht / wie sich gebühret / außzufügen remittiret und hingewiesen werde.* Is verò, a quibus huc
O o
scribitur,

scribitur, sic scribunt de Arrestis Imperii, de quibus Anno 1570. in Constitutionibus Spirensibus peculiaris condita est constitutio, *inter quos est Gail. de Arrest. Imper. cap. 2. num. 7. & seq. & cap. 3. num. 12.* Ceterum sicut ista casum omnino singularem pro tranquillitate Imperii Romani determinat, ut, si à statu Imperii alterius status subditus in persona vel rebus arrestatus sit, præstita satisfactione relaxatio per mandatum sine clausula injungatur, & ne privilegio primarum instantiarum quidquam in fraudem statuum detrahatur, ordoq; jurisdictionum confundatur, causa ibi decidenda sit, ubi forum competens est, ita non debet extendi ad alia arresta eorum, quibus aliunde competens est Jurisdictio. Quare si ex statuto, privilegio vel consuetudine alicubi arresta prorogant Jurisdictionem, quia locus arresti exinde forum competens est, non aliò ad domicilium nempe remittenda decisio, sed in isto ordinanda. Nec sine præjudicio Juris, quod arresto tribuitur, aliter procedi potest. Est enim, ut supra scriptum, cautio relaxat ab arresto, non tamen liberat à processu. Si quæ tamén personæ arrestata contra arresta singulariter privilegiata sunt, vel Jure revocandi domum fruuntur, in iis id observandum, ut, nisi præstita cautione relaxentur, remissa causâ ad forum, cui subjæctæ fuerint. Cæteri utut alieni territorii subditi non gaudebunt exceptione fori, cui derogat Jus arrestandi. Hoc expressius ordinavit Jus Lubecense *artic. fin. tit. 12. lib. 5* Es müssen die Besetzung oder Arrest im Land mit dem Richter/ dardinnen sie geschehen/ verfolget/ entfaget oder gefreyet werden.

Scripta de relaxatione arresti pro præstita idonea cautione multi restringunt ad causas civiles. In criminalibus aliud servari volunt, ab his omnem relaxationis necessitatem excludentes. Tantum volenti Judici & parti indulgent, ut illorum venia sufficienter caventes ex arresto dimitti queant, si crimen capitale pœnam non mereatur. Pro ea sententia quod adducunt, potissimum est, quod Constitutio Imperii de arrestis præstita cautione relaxandis ad civiles tantum causas pertinet, in criminalibus non observatur, idè in his Camera Imperialis processus non decernit. *Gail. de Arrest. cap. 4. n. 16.* At errant illi, & à consuetudine fori praxi multum aberrant. Constitutio Imperii indefinite loquitur, nec facit discrimen inter causas civiles & criminales. Quod autem in Camera juxta eam in his processus non decernuntur, inde oritur, quod in cri-

in criminalibus Camera Jurisdictio præterquam ob nullitatem processus non fundata creditur, uti hanc rationem reddit *Gail. lib. 4. cap. 4. n. 6.* De quo cum non sit consensus Jurorum Germaniæ, qui etiam Camera multum Jurisdictionis in criminalibus addicunt, discrimen facientes inter eas, quibus agitur de pœnis corporalibus vel non corporalibus, uti latius exponit *Petr. Frider. Mindan. de Process. lib. 1. cap. 9. per tot.* in his eandem statuentes, non possunt non quæ mandata arrestatorum relaxatoria secus sentire. Utur sit, hoc remanet, ut in Judiciis, quorum criminalis est Jurisdictio, de-arrestis ob causas criminales statuendi & mandandi potestas sit. Id quidem lubenter concedimus, quando delicta merentur corporalem pœnam, arrestatis, utcumque idoneè satisfacere offerunt, relaxationem non deberi, *l. 1. §. fin. ff. de extraordin. crimin. uti post multas allegationes id sequitur Hering. in tract. de Fidejuss. cap. 10. n. 408. seq.* præterquam ubi ex actis & attestatis arrestati defensio atque innocentia ita elucet, ut dubitandum non sit, eum, qui detinetur, dimitti debere. Istæ circumstantiæ permittunt non modò, sed etiam æquum faciunt, non detineri, qui de proximo est relaxandus. *Frans. de Fidejuss. cap. 3. n. 334. seq. Bertazol. Consil. Criminal. 367. n. 2. lib. 1. Clarus in §. fin. quest. 45 n. 10.* Jure Lubecensi *art. 2. tit. 11. lib. 4.* de eo sic cautum: *Welcher eine übelthat begehret / daß er an Leib und Leben zu straffen / der kan seine Bürgen genießen / sondern muß nach dem Befängnis gehen / es erlasse ihn denn der ganze Rath.* Quæ ultima verba exceptionem addunt ex Senatûs arbitrio, quod tamen non ita accipiendum, atque si pro placito possit recipi fidejussio, sed quemadmodum juxta rationem rectè pièq; fieri potest. Ut enim non est absoluta veniæ seu gratiæ potestas, nec quæ competit, porrigenda est ad crimina, quæ DEUS puniri jussit, aut Reipubl. salus atque honestas publica non vult relinqui impunita, ita nec relaxandi talis facultas esse debet.

Causas criminales non capitales, seu ubi criminum pœna non est corporalis, quod attinet, in iis arresta idoneâ cautione præstitâ relaxari nihil impedit, nec æquitati aliud convenit. Quo jure vel ratione detinendus est, quem retineri nihil refert. Est manifesta differentię ratio. In his finis Judicii obtinebitur, etsi reus absit, cum cautum fuerit. Si enim pecuniaria pœna urgebitur fidejussores solvent, si relegatio, & ea in absentem decerneretur. Quod secus, ubi corporalis pœna indigenda.

Est itaque ut veritas, sic communior & in toto recepta sententia, ob er-
 608 mina, quorum poena non est corporalis, arresta cautione praestita relaxari. *Brans. dict. tract. de Fideiuss. c. 3. n. 191. seq. Wesembec. in parat. ff. de custod. rer. n. 5. Coler. de Process. execut. cap. 3. n. 58. seq. Gomez. nov. resol. tom. 2. cap. 9. n. 8. seq.* Non aliter tamen in Praxi locum reperiens, ac si de delicto causa adhuc sit ambigua atque altioris indaginis, idem ulterioris processus indiga. Alias non ad relaxationem, sed ad poenam properandum est, si de delinquente & delicto res certa est, veluti si arrestatus de eo confessus vel convictus, *Hippol. de Marsil. in Praxi. crim. §. attingam. n. 4.* vel ubi est in crimine deprehensus, *Coler. Decis. 29. n. 18. & Decis. 107. n. 1. seq.* vel si delictum est notorium, *Menoch. de A. 3. Q. lib. 2. cas. 303. n. 13.* vel si processus criminalis consequi devenit, ut mox sententia sit ferenda. *l. 2. §. 1. ff. de custod. rer. c. 1. X. de frigid. & malefic. Hippol. de Marsil. dict. §. attingam. n. 3. Menoch. dict. cas. 303. n. 8.* De quo ut & quā relaxationem arresti omnem, arbitrio Judicis statuendum, quod convenit. *l. 1. ff. de custod. rer. Jason. Consil. 27. in fin. lib. 2.* Quod tamen in ea specie minus liberum est, quando arrestum ad instantiam accusatoris decernitur, quo non audito, ut & invito, relaxatio non fit, nisi lis frivola & injusta appareat. *Perr. Brider. Minden. de Process. lib. 1. cap. 40. n. 2.* Ejus multum interest reum arresto detineri, qui ab eo liber difficiliorem prolixiorēq; litem facturus est. Id quod etiam Judicem consideratum movebit, ne statim relaxet, ubi illam meruit. Tantum itaque, si de delicto non constat, vel defenso rei verisimilis id faciet. *Minden. dict. cap. 48. n. 1.* Quod si ambiguum sit, quā poenā delictum sit afficiendum, aut si poena Judici est arbitraria, tunc arbitrio Judicis res ea relinquitur, qui juxta circumstantias de eo statuet. *Menoch. dict. cas. 303. n. 32. seq. Gædd. in ex. de contrab. stipul. cap. 6. concl. 23. n. 428.*

109 • Ceterum quæ de relaxando sub cautione arresto hactenus scripta sunt, ad primum supra definitum casum pertinent, ubi debitum nondum liquidum est, vel ubi ob litem adhuc agendam arrestum imponitur. Quod si verò debitum omnino liquidum sit ex instrumento guarantee, vel ex propria rei confessione aliove modo legitimo, ipsamq; tempus solvendi inest, arrestum autem ob moram adjunctæ solutionis imponitur, quia debitum statim executioni mandandum, arrestus

Naturæ sub sufficienti cautione relaxationem petens non auditur, sed debitum omnino solvere tenetur, si vult relaxari. *Schurff d. d. Consil. 15. n. 15. cent. 3. Coler. de Process. executiv. part. 3. cap. 11. n. 94. Beck de Jur. justend. c. 4. n. 4. Koppen deo 35. n. 24.* Cautionem enim pro solutione nemo acceptare tendit. *l. si se non obediit. §. ait praetor. ff. de re judic. l. promissor Stichus. §. constituto. ff. de Constit. Pecun. l. quid si non solvere. ff. de Pignor. actio.* Et arrestum non datur tunc ad finem satisfaciendi cautionis loco sit, sed ad finem solvendi, unde solâ satisfactione resolvitur. *Schurff. dict. consil. 15. n. 15.* Quare, si quis per sententiam condemnatus fuerit, & solvenda rei judicata causa arrestetur, et si idoneos fidejussores offerat de judicatis solvendo, non auditur. *Mand. de Mandat. d. d. l. 1. c. 41. n. 5. Gail. in tract. de Arrest. c. 11. n. 7. & seqq.* Illud enim requiritur ad revocandum arrestum, quod requirebatur ab initio, ne imponeretur. *Castrensis. in l. qui si ditionem. c. de agris. & censit.* Quod tamen ita restringendum puto, si & statim, nisi solvatur, executio fieri debeat. Plerumque ex lege vel consuetudine, aliquando etiam ex pactis in debito plane liquido; ad quod solvendum condamnatio facta fuit, spacium indulgetur creditoribus, eoq; durante cautio idonea locum habet, sic ut eo elapso statim sine ullo processu executivo fiat contra fidejussorem. *Schultes. in not. ad Modest. Digest. quæst. 10. n. 48.* Jus Hamburgense *art. 7. tit. 17. part. 1.* eam acceptandæ sufficientis cautionis necessitatem etiam in eo restringit, qui restatquam facto vel vi sibi ereptas arrestari curavit. Non sine ratione, quæ etiam aibi idem observare admonet. Alios casus vide relatos apud *Koppen. illustr. quæst. 35. n. 27.*

Id quod de relaxatione arresti dictum, eidem limitatur, si h, qui eam petit, obstinatè vel calumniosè differat vel subterfugiat iusto iudicis mandato parere, unde causæ vel negotio, si dimitteretur, insignè detrimentum imminet, veluti, si quis arrestatus, ut ad articulos vel positiones mediante juramento respondeat, vel iuramentum calumnie præstet, vel ut testimonium perhibeat, inq; his aut similibus refractorius sit, tunc, ne malitiis, calumniis aut contumaciis janua aperiat, statim præstet, ad quod tenetur, aut remaneat sub arresto. *Mand. in tract. de Monis. quæst. 10. Ab. 3. Beck. d. d. c. 43. n. 6.*

Disceptatur in hac materia de exceptione: An, si quis ex duabus

causis arrestatus fuerit, veluti ob centum, quæ debet ex mutuo, & mille, ad quæ ob contractam emptionem obligatus dicebatur, una verò illarum saltem probetur, ex altera tanquam non verificata arrestum viciosum appareat, annon ex utraque relaxari debeat? Negativam tenet & tenet *Peckius dict. tract. c. 47. per 499.* cui stipulor. Una enim arresti causa cessante, si altera perdurat & iusta est, non potest illud magis sustelli quàm hæc, in qua fundamentum illius remanet. Una enim causa sublata, quamdiu alia subsistit, non perit effectus. *l. si non lex. ff. de hered. inst. Riraquell. in tract. cessante causa. limis. 22.* Est verò in rebus individuis utile per inutile vitiari solet, *l. 1. §. illud. §. prob. ff. de Aq. quot. & asir. l. si ego. ff. de Injust. Testam.* in dividuis tamen & separatis contraria obtinet regula, quod utile per inutile non vitiatur. *l. sancimus. §. si quis autem. C. de Donat. l. pecunia. l. placuit. ff. de asir. Riraquell. in tract. de Retr. Corn. ad fin. tit. n. 148.* Ideoq; cum pro summis obligationibus vel actionibus diversis, nihilq; inter se commune habentibus, diversa censeantur remedia, etsi conjunctim proposita, unius iniustitia non potest absorbere alterius iustitiam. Si Judex videns ex mala causa actum esse, ex alia tamen bona agi potuisse & reum condemnari debere, absolvere non debet, *Jason in §. omnium. §. cavere. Inst. de Action.* multo minùs ubi duplicem causam duplicis actionis sed jure discrepantem cernit, jus seponet propter diversæ petitionis iniquitatem. Quoad eam tamen causam, quæ malè sub arrestum deducta est arrestans impunis non esse debet sed condemnari in expensas, si arrestans aliquas ratione illius facere coactus est, quas alias facturus non fuisset, *Peck. dict. cap. 74. n. 8.* Ut enim altera causa iusta per iniquitatem alterius non absorbetur, sic nec hanc delet & perimit, quia temerariam litem pœnam subeat arrestans, sic tamen ut discernatur à Judice quid damni vel sumptuum ex causâ inique in litem deductâ propriè & solùm exoriatur...

116 Quid verò sentiendum erit, ubi ratione summa una quidem causa est, quæ sub arrestum deducta fuit, sed re plus petita, veluti si quis debitorem vel res ejus arrestari fecit pro centum, cum tamen non debeantur nisi quinquaginta vel sexaginta, anne tunc arrestum malè vel iniquè factum dicetur, & non attento, quod tamen aliquid debeatur, debitor relaxabitur? Ita putat *Peckius dict. c. 47. n. 8.* cui stipulor, ob pœnam

poenam plus petitionis. Sicut enim reus, à quo summa major petitur, 117
quàm debetur, opposita exceptione plus petitionis, absolvitur ab in-
stantia vel observatione Judicii, condemnato actore in expensas & da-
mna litis, si de ista vel ex confessione adversarii aut instrumento debiti
Judici satis constet, *l. 1. c. de plus petit. §. tempor. 11. Inst. de Except.*
Aug. in §. appell. n. 57. Inst. de act. 2 Aug. de except. part. 2. c. 11. n. 12.
ita multò magis ab arresto, quod peti non debet, nisi ubi certus sit arre-
stans de debito. Ceterùm id ita accipiendum puto, si statim hoc à de- 118
bitore opponatur, petatq; poenam plus petitionis decerni. Ubi verò
hoc ipsi arresto statim non opponitur, sed debitor litem contestatur vel
facit, quod ejus loco haberi solet, tunc absolutio fieri non debet, sed in
quantum deberi constat, condemnari reus. Minor enim summa inest 119
majori, *l. 1. §. si stipulanti. ff. de Verb. oblig.* quod plus est, continet in-
se quod minus, *c. plus. de R. 3. in 6.* totum petens quamlibet ejus par-
tem petere dicitur. *l. si quis cum totum. ff. de Except. rei judic.* Quo-
circa hic meritò discernitur inter eos casus, ubi aliàs ob exceptionem
plus petitionis debitor absolvitur ab instantia, aut istà non attentà ad
verum debitum solvendum condemnatur.

Etià verò, qui ex una causa expressa saltem arrestatus est in persona 120
vel rebus, per sententiam aliove modo relaxatur & dimittitur. Si ta-
men idem creditor sibi ex alia causa aliquid deberi prætendat, sub arre-
sto non injurià detinetur. Arrestum enim pignus prætorium tribuit,
Sicut igitur pignus non modò conventionale, legale aut judiciale, sed 123
etiam prætorium ob chirographariam pecuniam retinetur, *l. an. c. et-
iam ob chirogr. pecun. Neguzant. de Pignor. part. 1. membr. 2. part. 5.*
princip. n. 48. Moller. l. 2. semestr. c. 23. n. 11 & seq. ita etiam arrestum, 122
etiam unà ex causà, cujus gratià impositum est, dissolvitur, ex alia durare
aut reinchoari putatur. *Berlich. conclus. 50. n. 32. part. 1. Carpzov. in*
Jurispr. Romano Saxonis. part. 1. const. 29. n. 5. Multò magis verò,
qui ad petitionem unius creditoris arrestatus fuit, ob aliud debitum ab
aliis creditoribus postea emergentibus, justè detinetur. Sicut enim plu-
res creditores possunt immitti in possessionem bonorum debitoris, *l.*
 finita. §. cum autem plures. ff. de Damn. infect. ita nihil impedit, quod
debitor etiam à pluribus recommendari queat. *Zaf. ad l. 2. n. 22. ff. de*
in juo vocand. Peck. dict. tract. c. 49. n. 8.

TRACTATUS
CAPUT XXVI.
De Arrestis Imperii & eorum
Constitutione.

SUMMARIA.

1. **T**ria singularia arrestorum genera referuntur.
2. Ratio & occasio Constitutionis Imperii de Arrestis.
3. Tenor constitutionis refertur.
4. Requisita ejus in narratis supplicationum & decreto Judicum exactè consideranda.
5. Contra Status Imperii saltem processu ex ista Constitutione competunt & quare.
6. Immediate subiectis tali provisione opus non est, & quomodo illis contra arresta prospectum.
7. Qualitate immediata subjectionis in arrestante & arrestato non probata processus nullus est.
8. Nihil inest, an ipse Imperii Status arrestet, an ejus nomine alius.
9. Quid juris, ubi duorum communis est jurisdictio.
10. Pro arrestante habetur, qui opem prestat arresto.
11. Secundum Constitutionis requisitum.
12. Ob subditum arrestatum Dominus ad relaxationem agit, quod declaratur.
13. Quando ob subditorum damna Domino competit actio, nec ne.
14. Rei propria verè non est arrestum, ideoq; lege Imperii non coërcetur.
15. Ob jus in re vel persona aliena arresta sunt licita inter Imperiis.
16. Litigiosa rei arresta aequè ut aliena sunt illicita. (Status,
17. Tertium requisitum.
18. Arresta facti non iuris constitutione prohibentur.
19. Quartum requisitum.
20. Crimine

20. *Crimine statim non probato relaxanda sunt arresta.*
21. *Quintum requisitum.*
22. *Finis cautionis pro relaxando arresto.*
23. *Quomodo ea offerenda.*
24. *Quis processus in causis arrestorum Imperii.*
25. *Causa principalis non dijudicatur circa relaxationem arresti, sed remittitur ad competens forum.*

Postquam generatim arrestorum materiam tractando percurri, oportet pretium me facturum teor, si aliqua de nonnullis speciebus arrestorum in Romano-Germanico Imperio consuetis singulatim addam. Qualitaria præsertim singularia occurrunt, nempe arresta, quæ Imperii vocantur, ea, quæ in foro Saxonico, & quæ in foris Lubecensi Jure utentibus frequentantur. In his enim notanda quædam sunt specialia, his, generatim in præcedentibus tractata sunt, non perinde consona.

Et quidem quod attinet arresta Imperii, de quibus Gailius rerum Cameralium observator accuratissimus peculiarem conscripsit Tractatum; cum usu præteritorum seculorum competentum esset, quantum turbatum & discordiarum inde nasceretur, quod Status Imperii arrestis personarum & rerum pro Juribus suis tuendis utebantur, ubi vim sæpè provocabat, ut dum unus contra alium niteretur, publici motus communem patriam inquietarent, his periculis Maximilianus II. Imperator consilio & consensu Imperii Ordinum in Comitibus Spirensibus Anno 1570. in posterum prævenire voluit inter alia arrestis modum & remedia præscribens. Cujus constitutionis ibi hæc sunt verba: Wann auch die arresta, wie die Reppessalien generaliter in Reich verboten / bevorab dar auff angebotene caution judicio fikt & judicatum solvi dieselbige nicht wollen relaxiret werden / welches in so beschwerlich / als das thürklich pfanden zu achten: Demnach haben wir der Churfürsten / Fürsten und gemeiner Stadt / Ständer auch der Abgesandten rechtlich Bescheiden darüber angehöret / und uns mit ihnen verglichen: Sehen / ordnen und wollen / daß in solchen Fällen / da einer dem Reich ohn Mittel unterworfen / durch sich selbst oder die seine / einem andern dem Reich gleicher gestalt ohne Mittel unterworfen / dessen Güter

und Untersahnen / oder deren Güter arrestiren würde / mit solch arrest auff angebotene geblühliche caution, de judicio liti & judicatum solvi, nicht wolle aufgegeben werden / daß alsdann solcher arrestirter am Kaiserl. Cammer. Berichter / auch mandat ohne clausul, mit angeheffter Ladung ad docendum se paruisse, vel ad videndum, &c. sollen und mögen geben / und außbracht werden : Da dann demselben mandat Gehorsam geleistet / soll die Hauptsach / darumb das arrest angelegt / an ordentlich Rechte / wie sich gebühret / anführen remittiret und hingerichtet werden. Ex quibus patet, pro conservatione pacis publicæ arresta regulariter inter Imperii Status esse prohibita. Si verò imponuntur, pro relaxatione mandata sine clausula in Camera Imperiali decernenda esse. Certa ejus sanctionis requisita sunt, tam à petentibus quàm decernentibus exactè notanda. Nisi enim isti ea narrent & allegent, ubi mandatum de relaxando sine clausula petunt, non impetrant rogata, nec hæ decernunt, sed si aliàs fundata sit Cameræ jurisdictio, solummodò mandatum cum clausula, quod vim nudæ citationis habet.

Et primò quidem requirit præfata de arrestis constitutio, ut utraque pars tam arrestans quàm arrestata immediate Imperio subdita sit, *verb. in solchen Fällen / da einer dem Rechte ohne Mittel unterworfen.* Quando enim Status Imperii ceteriq; immediate subditi non superioritatis aut Magistratus jure arrestant, ut appellatio extrajudicialis competat, sed merà violentiâ & facti viâ in eos, quos jurisdictioni suæ obnoxios non habent, arrestando procedunt, sicq; non modo Imperatoris ordinariam jurisdictionem invadunt, sed etiâ sæpè resistendi necessitatem aut occasionem inferunt, opus fuit singulari remedio, ne Imperatoria majestas & pax publica violaretur. In mediis id non necessarium, cum, si arrestant injuriis eorum per ordinarium seu mediatum Judicem coerceri debeat, si verò arrestantur, siquidem subditi, ad superiorem appellare debeant, si non subiecti, præstitâ cautione mandata relaxandi de jure communi impetrare queant. Atque hæc quatuor, ut tam arrestans quàm arrestatus immediate Imperio subiectus sit, tam necessariò adesse debet, ut eâ non probatâ exceptio nullitatis ex defectu jurisdictionis Cameræ & qualitatis personarum objici possit, easq; partitionem & relaxationem arresti impediat. *vid. Gail. de Arrest.*
 Imper. cap. 7. per tot. Id verò quoad immediate subiectos arrestantes non

non refert, an ipse arrestent, an illorum nomine praefecti & officiales.
verb. Durch sich selbst oder die seinen. Gail. de Arrest. Imper. cap. 4. n. 8.
 ubi notabiliter addit, dummodò iubentibus vel ratum habentibus ipsis
 factum sit. Cum alias ex officialium factis illicitis non teneantur, atque
 isti coram illis tanquam Iudicibus competentibus conveniri debeant.
 Eodem modo si duo ius commune & pro indiviso habeant, unus eo-
 rum arrestum imponat, alter, siquidem alterius arrestum ex facto su-
 perveniente ratificet, aequè ex ista constitutione tenetur, ipsiq; relaxa-
 tio impugni debet, perinde ac primam arrestum. Quod tamen secus
 est, ubi arrestationem non approbat, *pro ut ratione & praedictio con-*
firmat Petr. Frider. Mindan. lib. 1. de Mandat. cap. 38. num. 6. Arre-
 ctus verò dicitur, ut ex constitutione mandatum sine clausula contra-
 eum impetrari debeat, non ille saltem, qui ipse arrestum imposuit vel
 decrevit, sed & qui opem praestitit aut occasionem dedit, *arg. l. si quis*
uxori. in pr. & §. si quis de manu. ff. de fure. l. qui occidit. §. fin. l. si
servus. §. si quis. ff. ad l. Agrii. vel qui scivit suo nomine imponi ar-
 restum, & cum possit, non prohibuit. *L. 1. seq. ff. de noxal. action. Min-*
dan. dict. cap. 38. num. 3. & 4. Quia verò contingit, ut Status Impe-
 rij sepe dominia cum castris, villis & subditis sub aliena iurisdictione
 possideat, & in illis à Domino loci, ubi sita sunt, arrestum imponatur,
 an & quatenus mandata de relaxando in Camera ex constitutione ar-
 restorum peti & impetrari debeant, vide prolixiùs apud *Gail. dict. tract.*
6. 6. per tot. Mindan. dict. cap. 38. n. 3. Schramm. lib. 1. de Process. cap.
13. num. 9 seq.

Secundum constitutionis de arrestis requisitum est impedi-
 tum personae vel possessionis alterius, in qua arrestans nihil iuris habet,
 ita injectum, ut personae discedere, aut possessionis commoditate frui
 non liceat absque adversarii relaxatione, *Mindan. dict. tractat. cap. 39.*
num. 1. Id quod mandata rogantibus in narrando, & decernentibus
 examinando probè notandum est. Ob personas & res arrestatas
 perinde hoc iure utimur. Ita enim verba constitutionis habent, da el-
 ter dem Reich ohne Widerstande / dessen Güter und Unterthanen
 arrestiren mache. Quare si subditus alterius status ab alio statu
 Imperii impeditus sit, ejusve bona arrestata Dominus pro suo subdito,
 non verò ipse subditus immediate in Camera ad relaxationem agere
 & cau-

- 23 & cautionem offerre potest. Id quod discretè accipiendum, nec aliter procedit, quàm ubi superioris interest, arrestationem non esse factam, veluti cum ad ipsius damnum vel præjudicium devertit, *Gail. dist. tract. cap. 2. num. 2. & seq.* ubi interesse primum requiritur, ut injuria subdico facta contemplatione Domini illam censeatur, & in ejus incommodum redundet. Quod si non reperitur expresse ostensum, denegantur processus. Liser enim Dominorum inter se subditos pacatè & quietè vivere, tamen ratione illius secundarii interestis Domino sine expresso mandato de rebus subditorum nulla competit actio. *l. fin. c. de acquirend. poss. l. cum aliquis. c. de jur. debitor. Henning. Godefr. consil. 32. num. 5. Innocent. in c. dilectis de Appellat.* Quatenus tamen pro eorum aliis judiciis intervenire possit, scripti *cap. 19.*
- 24 Id verò supra requiritur, ut persona vel possessio arrestata sit aliena. In re propria arrestatio locum non habet. Ideoque si quis eam detinuerit vel apprehenderit, quis rei sue incumbit, ideoq; nemini factæ injuriam, non à mandato sine clausula inchoandum, sed turbatus vel spoliatus ad ordinariam juris viam, in qua remediis retinendæ vel recuperandæ possessionis ordinariis utatur, remittendus est. *Gail. dist. tract. cap. 5. num. 2.* Addidit nec arrestator juris quidquam in personis vel rebus arrestatis habeat, veluti si reæ tributarie aut censuales sint, tunc arrestatio pro censu exigendo licita, ideoq; non vià mandatorum, sed solutione ejus, quod debetur, tolli debet. Ita cum semihypothecata, aut cum persona ad servitium obligata vel simili modo aliquo detentionis permittæ sunt, de quibus vid. *Gail. dist. tract. cap. fin. num. 10. Mindan. dist. cap. 39. num. 4. & seq.* cessant mandata sine clausula. Eo ipso autem, quod res litigiosa est, litigans nullum jus in re habet, ideoq; si in ea fiat impedimentum, nihilominus in Camera mandatum petitur, quo in iungatur relaxatio, causâ principali ad ordinarium judicium reservatâ. *Mindan. dist. cap. 39. num. 3.*
- 27 Tertium arrestorum requisitum est ad fundandam Camere jurisdictionem, ea non esse jura & licita, qualia sunt judicialia, per sententiam & rem judicatam in contumaciam judicatum non facientis facta, item conventionalia, seu quæ ratione contractus debiti confessati, re judicata, pacti, transactionis, consuetudinis & simili ex causâ detrahuntur. Quæ expresse littera Constitutionis in. 8. 2. in Regensburg de Anno

de Anno 1594. §. Und so viel die ungleiche & s. seq. excipit. Ea enim
arrestis juris, non facti sunt. Hæc verò sola sub constitutione conti-
nuitur. *Mindau. diß. cap. 39. n. 7. Gail. diß. tr. Clar. cap. 3. per totum.*

Quartò constitutio de arrestis obtinet saltem in causis civilibus. 19
Quando ob delictum personæ vel bonæ sistitur ad eam effectum, ut
probatò delicto pœna suo vel parti solvatur, non injungitur relaxatio
& iniqua iniquè speratur, *Mindau. diß. trakt. an. 40. n. 1.*
dummodò cerò de crimine constet, nec alia, quàm persona nocens
aut ejus res arresantur. Si verò nulla criminis probatio clara præsum-
ptaq; addit, tunc perinde ut in civili causa per mandatum sine clausula
subveniri solet arrestato, nec auditur excipiens de causa criminali, nisi
crimen factum probabile faciat, ut loquitur *Mindau. diß. cap. 40. n. 2.*

Quintò constitutio exigit, antequàm arrestum relaxetur, offerri 21
idoneam & sufficientem cautionem de judicio listi & judicatum solvi
verb. auff angebotene gnugsame caution. Cujus is est finis, ut arresta 22
eor de jure suo, ubi in ordinario judicio obtinuerit, secuti sint, nec
relaxentur in eodem tergiversari queat. Quis ea esse debeat, traditur
in præced. capite. Id verò officio verò in supplicantiæ præ 23
dicto de relaxando narrandum est, eam esse oblatam, quod oblatò desu-
per confectio Notarii instrumentò confirmari solet, et si necessarium,
non sit, vel supplicantem ad eam præstandam situm paratum. Hoc
ipso eandem offerre tenetur. *Reces. Imperii Ratisbonens. de Anno 1594.*
§. dergewissen. Si a Judice non reperitur idonea, & tamen periculum 24
in mora est, solet supplicanti auff Erbietung gnugsame caution sub soli-
ta hypotheca omnium bonorum mandatum decerni, ut rursus in re-
productione processus magis idonea præstetur, de quib. vid. *Mindau.*
diß. trakt. cap. 40. n. 3. & seq.

Hæc requisita possunt in libello supplicis narrata sunt, parti solet 25
mandatum pœnale sine clausula, & unà citatio ad decendam particio-
nem cum finali comminatione, si inter mibo non doceatur. Si in ter-
mino compareat arrestator & exceptiones opponat, vel partitionem
docere velit, sed non sufficientem, celeriter proceditur, ne relaxatio ar-
resti longis arbitribus & disputationibus diu multumq; extrahatur.
Et quis non consideratur arresti iustitia, bene an male impositum sit,
sed tantum factum, post relaxationem ipsa causa principalis omnesq;

exceptiones tam respicientes ad Iudicem competentem remittuntur,
ut ibi arrestator viâ ordinariâ agat. *Saxi de Arrest. cap. 3. num. 12. &*
cap. 13. num. 18.

CAPUT XXVII.

De singulari specie Arresti in foro
Saxonico consueti.

SUMMARIA.

1. **C**ontra obâratos creditores cavendi modus ex Jure Saxonico.
2. Saxonicum arrestum solâ nititur consuetudine.
3. Ad nudam petitionem creditoris conceditur.
4. Non magis momenti habetur, & quare.
5. Probatio crediti prærequiritur.
6. Debitorem obâratum esse ostendi debet, antequam imponatur ar-
restum.
7. Juramento probatur inopia debitoris.
8. Quis competens Iudex.
9. Omnia debitoris bona complectitur Saxonici arrestum, nisi specia-
tim petatur in certis.
10. Bona futura non comprehendit.
11. Modus discernendi.
12. Citatio debitoris non est ad arresti impositionem necessaria.
13. De prefatione Arresti Saxonici remissum.
14. Effectus arresti.
15. Hypothecaria actio nascitur ex arresto.
16. Ex arresto nascitur jus prelacionis ratione temporis.
17. Regula, quod prior tempore potior est jure, valet in tacita &
legali hypothecâ.
18. Ex quo tempore pignus ex arresto incipit.

19. Condi-

19. *Conditio retrotrahitur ad tempus contractus.*
 20. *Quo ordine in sententia prioritatis locandi arrestantes.*
 21. *Non facit arrestum Saxonicum bona litigiosa.*
 22. *Arrestatus retinet possessionem & dominium, quod declaratur.*

Quando debitor obligationi suae satisfacere cessat, creditorque metuit, ne fortasse ab his etiam graviore aere alieno obstrictus sit, hiq; cum praeventant, in foro Saxonico illud cavendi remedium pro isto usitatum est, ut perat arrestum sibi adversus omnia debitoris bona concedi. *Coler. de Processu executivo. part. 1. a. 2. n. 184. & seq.* Juri communis modus arresti ignotus est, venit saltem ex jure non scripto, id est, ex consuetudine Provinciarum, quae Jure Saxonico reguntur, *Coler. dict. tract. part. 3. c. 11. n. 54.* ratione tamen jura receptus, & ex eadem, si casus ita ferat, alibi non immerito observandus.

Ad rogandum verb. vel imponendum tale arrestum non magna requiritur sollemnitas, sed nuda preces petentis cum modicis sollemnibus sufficiunt. Modici enim praeventus esse reputatur, cum reus medio tempore, licet distante arresto, & Dominus & possessor rerum arrestatarum remaneat, ideoq; illi parum impositio noceat. *Coler. dict. tract. part. 3. c. 8. n. 44.* Id solum exigi solet, ut creditor creditum, 4r cujus causa arrestum imponi petit, instrumento, aut chirographo vel etiam testibus Judici approbet, cum pro illo stans, et de eodem arrestum a tanto Judice indulgeri solet, *Coler. dict. tract. part. 3. c. 11. n. 77.* ubi ait, id ab incautis Judicibus non observari. Deinde ut idem ostendat, debitorem multo aere alieno esse obstrictum, vel labi facultatibus, metuendumq; esse, ne non solvendo fiat. *Moller. ad Const. Saxon. part. 1. const. 29. n. 10. Jacob Schultes in addit. ad loc. comm. Bruns. de sollemn. arrestum. n. 31.* Cum enim arrestum non leviter contingat & opereretur debitorum opinionem, haud facile eo tanquam inopes diffamandi sunt, antequam eos id mereri constet. Quia vero hoc probare difficile est, cum qui minimum bonorum possident, curatius patrimoniorum recessus regant, admissi solent praeventus ad juramentum, quo asserant egestatem aut dilapidationem. *Moller. ad dict. Const. 29. n. 11. Coler. dict. tract. part. 3. c. 1. n. 74. Koppen. decis. 29. n. 10.* Quoties de his duobus Judici aliquantulum constet, non remoratur diutius impositio-
nem,

- mem. Competens Judex in hac arresti causa in terris Saxonie est Judex inferior, der die Erbgerichte hat/ non vero superior. *Coler. dict. tractat. part. 2. c. 1. n. 146. & seq. Berlich. pract. concl. 50. n. 45. part. 1.*
- 9 Extendit se hoc arrestum consuetudinarium indistincte ad omnia debitoris bona, siue mobilia siue immobilia sint, quaecunque in loco domicilii debitoris existunt. Nisi in petitione arresti certa tantum bona per actorem designata sint. *Coler. dict. tract. part. 3. c. 11. n. 58.* Licet hoc petenti, ut specificet, in quibus bonis arresto sibi tantum velit pro credito, & ea saltem afficit. Ubi autem speciatim non designantur bona, in quibus imponatur, tunc ad omnia pertinet, nempe presentia,
- 10 & sub jurisdictione imponentis reperta. Ad bona futura non extenditur. Unde si omnia debitoris bona arrestentur, quae postmodum ad eum perveniunt, libera sunt. *Modest. dist. illustr. quest. 136. per tot. ib. Jacob. schult. n. 14. & seq.* Ita, quae sunt extra jurisdictionem, non comprehenduntur impositione utitur generali. *Schult. quest. pract. 41. n. 1. & seq. part. 1.*
- 11 Cum rogaverit creditor arrestum, Judex illud decernere solet consistendo ei arrestum. Quae confessio instar decreti est, quo mediante obligantur bona debitoris arrestati in vim taciti cuiusdam pignoris & hypothecae, quam introduxit consuetudo. Haec confessio registratur ad acta iudicii, simulque ejus recognitio tribuitur arrestanti pro testimonio & fide quaesiti & impetrati arresti, ut constet, quo pacto &
- 12 quo tempore illud fuerit indultum. Nec requiritur ad ea omnia ulla arrestati citatio, sed eo etiam absente, in scio & ignaro peragantur, nec
- 13 citatur nisi post tertiam interpellationem seu renovationem. Ut verò plenum effectum sortiantur arrestum, legitima prosecutio opus est, cujus formam praescripuit Elector Saxoniae Augustus in constitutione 29. part. 1. & explicat prolixius ibi Moller. & Coler. dict. tractat. part. 3. cap. 8. num. 41. & seq. Berlich. pract. conclus. 50. num. 71. & mult. seq. Rantbor. part. 1. quest. pract. 3. per tot. quas consulas, cujus id posse refert.
- 14 Peracta legitime prosecutione, in arresti ejus consuetudinarii effectus primum est, quod tactam hypothecam constituit in rebus arrestatis, quae inducitur quadam quasi fictione juris non scripti, ut, licet nullus contractus intercesserit, debitorque absens vel ignarus sit, tamen pignus

pignus tacitum de jure reale, etne *Englische Verordngt* constitutum videatur. Sicut enim lex pignus tacitum constituere valet, ita quæ legi aliàs comparatur consuetudo eundem effectum habet, eademq; hy-
potheca ad quemcunque successorem tam singularem quam univer-
salem transiit, cujus vi hypothecariâ actione experitur creditor adversus
tertiûm possessorem, excusso tamen prius principali debitore, *proat*
hac omni. las. expl. col. dict. tr. par. 5. c. 11. n. 27. & mult. seq. Nec
est aliqua differentia inter pignus conventionale & illud, quod ex ar-
resto competit, sed ab illo ad hoc valet argumentum.

Secundus effectus est, quod arrestum consuetudinarium tribuit
jus prælationis contra alios creditores, dummodo hi privilegio ante-
rioris hypothecæ vel expressæ vel tacitæ non gaudeant. *Wes in Par. ff.*
tit. de Priu. cred. n. 9. Ex communis juris ratione in concursu plu-
rimûm creditorum arrestum nihil præferentiæ tribuere supra scripti, sed
singulare hoc est ex Jure Saxonico, quod etiam creditor ex eo præla-
tionem habet ratione temporis, quæ impositum est. Inde in arrestis
valet regula pignorum, quod qui prior tempore potior jure est. Ea
enim etiam in tacita & legali hypotheca obtinet, *l. hac edit. 6. c. de*
secund. nupt. Neguz. de Pign. memb. 2. part. 4. princip. n. 9. qualem
arresto iudicam jam notavi. Et licet arrestum effectum capeat, ante
quam causa ejus consuetâ prosecutione fuerit absoluta, & tunc demum
ubi legitimè prosecutum & à Iudice post causæ cognitionem pronun-
ciatum sit, validum tacti pignoris effectum tribuit, *Schurff. consil. 15.*
n. 9. & seq. cent. 2. quando tamen ea conditio, sub qua initio imponi-
tur, nempe, si appareret, inde id jure subsistere per sententiam, fuit
purificata, retrahitur ad tempus & momentum petiti primi arresti,
& ex eo jus & prioritas pignoris incipit, *arg. l. qui balneum. 9. §. 1. l.*
potior. 11. ff. qui potior in pign. Celer. dict. tr. par. 3. cap. 11. num. 85.
Moller. lib. 2. semestr. cap. 44. idcirco qui post tempus decreti ar-
restum impetrant, si posteriores sunt prius impetrantibus. Etenim ve-
rò ea sententia, quod qui antè arrestum impetravit in foro Saxoni-
co, præfertur hypothecario posteriori creditori, usu recepta sit & infi-
nitis præjudiciis confirmata, *vid. col. dict. tract. part. 1. c. 2. n. 10. &*
part. 3. c. 1. n. 124. Moller. ad consil. Saxon. part. 2. consil. 28. n. 78. &

- seq. Webner. in Pract. observ. verb. Arrest Rammert. vñf. Jure Saxoni-
co. Reinhard part. 4. different. Jur. Civil. & saxon. 58. haud tamen du-
bio caret, de quo latè disputat Raubbar part. quæst. 4. per tot. part. 1.
Privilegiatis igitur creditoribus, seu qui merè personale privilegium
habent, etiam præfertur, exceptis certis solummodò creditis, veluti ob
res depositas, pias causas & alimenta, quæ arrestis præferuntur. Augu-
stinus Elect. in Novell. constitut. 28. part. 1. ubi vid. Dan. Moller. in Com-
mentar. De eo quoque in foro-Saxonico disputari solet. An arrestum
21 bona arrestata efficiat litigiosa, ut deinceps sint inalienabilia, & si de-
facto alienentur, alienatio revocetur? Et veriùs asseritur, non fieri li-
tigiosa. Coler. dict. tract. part. 2. c. 3. n. 403. Johan. Monach. in Process.
part. 20. c. 6. n. 4. Si tamen alienata fuerint ratione pignoris, quod ar-
resto inducitur, hypothecaria competet, uti *suprà* scripsi.*
- 22 Arrestato, ante finitam causam arresti & adjudicationem, arre-
stum quà possessionem & dominium nihil obest, rebus enim suis æquè
frui & desuper disponere potest ad adjudicationem usque, ac si arresto
nunquam factò, nisi fortè plures concurrant creditores & arrestatores
bonaq; arrestati censeantur non solvendo, vel hic bona dilapidet, tunc
ne intermedio tempore, donec de prioritare certetur, bona pessum-
cant, curator dari solet, qui administret pro creditorum utilibus. Coler.
dict. part. 2. cap. 11. num. 47. & seq.

CAPUT XXVIII.

De Specie Arresti Jure Lubecensi
definità.

SUMMARIÀ.

1. **O**beratorum debitorum tria solatia.
2. Creditorum in præoccupandis oberati bonis solertia.
3. Creditori licet sibi vigilare.
4. Jura vigilantibus scripta sunt.
5. Jus Lubecense restringit vigilantiam creditorum & quomodo.
6. Immis-

6. *Immissio ex primo decreto omnibus proficit creditoribus.*
7. *Boni debitorum possessoris non licet uni creditorum sibi solutionem querere.*
8. *Arrestum unius de Jure Lubecensi proficit ceteris creditoribus.*
9. *Quibus casibus bona obaratorum pro possessoris haberi debent.*
10. *Ex eadem ratione ad similes casus extendi debet statusum Lubecense.*
11. *Quandiu durat bonorum communio inter creditores.*
12. *Ea pendente ab omnibus immisssionibus & adjudicationibus abstinendum.*
13. *A quo tempore incipit.*
14. *Arrestu impetrati prosecutiones intra annum & diem cessant.*
15. *Qua ratione omnes creditores de Jure Lubecensi dicuntur aequales.*
16. *Intra annum & diem privilegiati creditores nihil precipiunt.*
17. *Exponuntur casus, quando Judex ex aequo & bono notorie privilegiatis ex bonis communibus aliquid solvere potest.*
18. *Qui res suas vindicant, non remittendi sunt ad commanionem.*
19. *Quomodo pendente anno & die bona administranda.*
20. *Curator bonorum constituitur & quomodo.*
21. *Vidua obaratorum quatenus gaudeant jure retentionis.*
22. *Post annum & diem advenientes creditores non audiuntur.*
23. *Quomodo usus aliud substituat pro observantia statuti, & quo effectu.*
24. *In Judicio arbitrio est, an creditores velit astringere ad observantiam statuti, an alium prefigere terminum.*

Quando debitorum res eo conditionis deveniunt, ut creditoribus non sufficiant, obaratorum in morte, fuga aut cessione bonorum refugium est, his remediis quietem à creditorum exactionibus & molestiis accipientes aut redimentes. Ubi moriuntur, nullum præter creditores heredem habent, onera hereditatis obarataz proximi-

- 2 mis quibusvis reformidantibus. Unicum, quod creditores in rebus
 iuris facultatibus solentium reliquum habent, sic prosequi solent,
 omnem diligentiam adhibeant, quod alios praeveniant, suumque sibi q
 rant. Uri cupiant arrestorum remedio, quo primò detineatur, quidq;
 ex reculis reliquum, deinde primò venienti, exclusis cæteris, ad judi-
 3 cetur. Etsi verò creditori ad suum consequendum vigilare licet, *l. sum-*
ma. 22. §. sed est quæ. ff. de Pecul. ut ut is, qui debitam pecuniam ac-
 cepit, sciat debitorem non solvendo esse, *l. qui autem. 6. §. sciendum ff.*
quæ in fraud. credit. quoniam alii creditores omittam etiam rationem
 4 suæ negligentia expensam serte debeant, eam jura vigilantibus scripta
 sint. *l. pupillus. 24. ff. quæ in fraud. credit. l. fin. C. de Alim. et Alim.* Jus ta-
 5 men Lubecense, quando bona debitorum in eo statu sunt, ob res alie-
 num à debitore ejusve hæredæ, quasi pro derelicto habeantur, noluit
 arresto eam vim permittere, ut primò impetrans inde suum accipiat,
 posthabitis cæteris, quibus iusta contra eundem petitio est, sed bona
 ista eo loco habet, atque si jam à creditoribus communiter possessa sint.
 6 Ideoque sicut unius immissio ex primò decreto omnibus creditoribus
 proficit, *l. cum unus. 12. ff. de bon. autor. jud. possid. l. cum apud. 10. l.*
ult. C. cod. l. si cui. §. 2. ff. ut in poss. legat. vel fideicom. Neguzant.
de Rignor. 2. memb. 3. part. num. 10. Puid. Meindau. lib. 3. de Cont. in
 7 *caus. cap. 15. num. 1. & tunc uni præ altero non licet solutionem sibi*
conquirere, sed accepta dolo videatur, ideoque restituenda. d. l. quod
autem §. sciendum ff. quæ in fraud. credit. l. creditore. 14. §. 1. ff. de
 8 *reb. aut. jud. possidend. Caroc. decis. cas. 109. num. 23.* Ita id arrestum,
 quod tunc impetratur, quando bona deserta ab omnibus possideri de-
 bent, etiam cæteris creditoribus non præjudicat aut nocet, sed multò
 magis proficit, ut post arrestum bona possessa habeantur, *uti provisum*
lib. 3. tit. 1. artic. 10. & lib. 3. tit. 12. artic. 3. & 8. Unde apparet, quo-
 modo pro paribus constitutor, bonæ esse possessio, & in eâ esse conditio-
 ne, ut communiter possideri debeant. Idcirco communia sunt omni-
 1 bus creditoribus, ut, donec in puncto prioritatis subsequitur decisio,
 nemo ex iis sibi quicquam arrogare debeat.
 9 Pertinet autem hæc statuti dispositio ad eos saltem casus, quando
 bona debitorum in ea sunt conditione, ut tanquam vacantis ab omni-
 bus possideri possint & debeant. Quorum tres speciatim hic expressi
 repe-

reperiuntur in *dict. artic. 3.* Nempe (1) mortuis obzatis, nach todter Hand / puzt Scheperson addit, qui successat in locum & iura defunctorum, ut consequi possit creditoribus, (2) Debitorebus fugitivis, an die debitoren fächig werden. (3) Quando hi bonis cedunt, ihre Güter den Creditoren cediten und aufliegen. Si qui his similes sint, 10 ex eadem ratione statuto comprehensos existimabimus, ut generatim concludere liceat. Quando debitorum bona sunt derelicta & vacantia, ex hoc statuto iudicandum esse.

Terminus vero præfixus huic communioni seu communi possessioni, cui nulla arresta præiudicare debent, annus & dies, Jahr und Tag. Intra istum nulla ex secundo decreto impulsiones, adjudicationes, 12 divisiones aut similes adus in gratiam unius vel alterius creditoris fieri, sed non secus atque ex ratione juris communis lita super cessione bonorum inter creditores pendente, ea præjudicia resq; ad constitutum prioritatis ordinem cessare debent. Id est, quod *dict. artic. 3.* ait: Sonst kein gemeldeter Güter allen Creditoren zum besten Jahr und Tag 13 belegen bleiben. Tempus illud incipit à momento mortis vel fugæ debitoris, aut si bonis cedat, ex illo tempore, quando sciatur, eum non amplius solvendo esse, modo id notorium sit. Aliæ enim creditoribus nihil imputari potest. Si verò palam de eo non constet, incipienda est computatio ab illa hora, quâ debitor ad cessionem provocat, aut eo etiam omisso, ubi primatus meus non sufficientiam debitoris facultatem arrestum super hisdem impetratur. Hoc est, quod *dict. artic. 3.* 14 definitur. Haud prosequi potest primò impetrans arrestum pro suo consequendo, qui intentionem in incipis debitoris fundat, cum ille au- 15 fugit vel bonis cedat, quia tunc bona ab omnibus possideri debent, quod ius habetense perinde æstimat, atque si bona possessa sint. Intra illud tempus diligentiz creditorum præstitutum omnes ii, qui arrestum impetrant, aut impetrato adherent, seu ut *dict. artic. 8. dict. tit. 12.* exponit, welche in gebührender Zeit auff seine Güter Besetzung gerhan / hoc est, qui nomina coram iudice allegarunt, ex bonis arrestatis sibi suum adjudicari petentes, sunt æquales, seyn alle gleich so wol die letzten als die ersten. Intellege hoc ipsum ratione possessionis, administra- 16 tionis, curæ & inspectionis, ita ut nulli ex iis prætextu prius impetrati arresti aliqua prærogativa attribuenda, aut aliquid adjudicandum sit, 17

- antequam præfinitum elaboratur tempus, quo inter omnes fiat bonorum
 16 distributio. Illa tamen adjungitur exceptio, nisi aliqui adsint maxime
 & notoriè privilegiati, *verb. Doch mit Unterscheid der privilegiirten*
und nicht privilegiirten creditoren. Quod non sic accipiendum reor,
 quasi intra annum & diem illis fieri debeat adjudicatio, sed quòd ea æ-
 qualitas & communio, de qua textus loquitur, ita deinde discernenda
 sit, ut in distributione bonorum ratio habeatur privilegiorum, quibus
 17 singuli creditores gaudent. Nisi fortè appareat, aliquos à creditori-
 bus ratione creditorum iis gaudere privilegiis, ut ante ceteros suum
 consequi, aut etiam pendente concursus iudicio fructus aliquos perci-
 pere debeant, veluti si viduæ improles bona sua & inde victum, pupilli
 ob malè res suas administratas debitum, republ. collectas tributa aut
 ex contractu præstanda, Ecclesiæ & loca pia sibi solvenda exigant, cer-
 tumq; sit, aliquos iis non fore anteriores, nec alii creditores præroga-
 tivam negent vel in dubium vocent. Tunc puto iudicem in eo di-
 spensare posse, ut privilegiati ex bonis communibus suum præcipiant,
 ne aliorum notoriè posterioribus petitionibus iniquè differantur. In
 quo tamen non levis iudicis cautio requiritur, ne in periculum inci-
 dat, contra quod si non consentiant concreditoribus ante omnia sibi ca-
 18 veri curabit. Ad eos tamen hæc non pertinent, qui res suas vendicant.
 Hi enim supra omnia privilegia sunt, *l. si veneri. 24. §. in bonis. 2. ff. de*
reb. aut. jud. possid. & rei vindicatio superat omnes actiones perso-
nales & hypothecarias. l. Procuratoris. 5. §. sed si dedit. 18. ff. de tribus
action. l. de posui. 18. in pr. ff. de Pecul. Quocirca intra annum, quod
 in debitoris bonum alienum est, ut vindicari possit, restitui oportebit.
 19 Ut verò interim communi creditorum bono facultates debitoris
 serventur & administrantur, in inventarium redigenda sunt curæ credi-
 torum, penes quos erit convenire de eo modo, quo id fiat, & descripta
 administrantur. Si ita placeat, recludi & consignari debent; si aliud
 20 è re videatur, eorum placitis iudex obtemperat. Frequentius curator
 bonorum constituitur, qui ea, quæ moram non ferunt, distrahatur, cæte-
 ra administret, de quo constituendo ejusq; officio non aliud observabi-
 tur, quàm *tot. tit. ff. de curat. bon. dand. præscriptum reperimus.*
 21 Uxor aut vidua obærat, siquidem improlis, gaudet jure retentionis.
juxt. artic. 13. tit. 5. lib. 1. uti id in commentario explicui. Si verò libe-

ros ex marito superstites habet, *ist sic verber* quia obnoxia est juxta statuta Lubecensia ari alieno mariti, nec præcipit quidquam, præter expressa *artic 10. tit. 1. lib. 2.* nec retentionis jure utitur, sed bonis excedere tenetur.

Post annum & diem nec arresta amplius contra bona obzati debitoris decernuntur, nec expectantur alii creditores, quàm qui intra illud tempus nomina sua professi sunt, cum non proficientes suæ incuriosæ negligentiae imputare debeant, quòd suum non quæsierint; statim igitur fit prioritatis decisio, & juxta constitutum ordinem solvitur his, qui credita petierunt. Et licet, qui credita præfixo tempore petierunt, in persona prioritatis diutius inter se contendant, id tamen serò venientibus proficere haud debet, sicut aliquando decisum fuisse reperi.

Quia tamen & ipsi creditores non raro cum citiorem tùm securiorem post bona debitorum cessa processum expetunt, & propter longè absentes aut indefensos æquius videtur Judicibus ex solo temporis lapsu non præcludere petendi viam creditoribus, cum ex his multi occurrant, quibus nulla negligentia imputari possit, usu serè discessum est in multis locis ab hoc præscripto statuti, & ubi casus eveniunt, quibus concursus creditorum necessarius sit, citantur ad liquidandum & deducenda prioritatis creditores per publica proclamata aut edictalem citationem præfixo termino peremptorio sub poenâ præclusi. Et ubi in illo non comparuerint citati, proceditur, uti jam dictum, interim quæ ex statuto intra annum & diem observanda fuerunt, à creditoribus juxta & iudicibus adhibentur. Terminus Judicis, qui publicatur, succedit in locum termini legis, eundemq; effectum habet, integram tamen Judici puto, quem admitti velit, id quod prudenti ejus dispectioni relinquendum erit. Cui & liberum, an creditores velit remittere ad observationem statuti, si illi non reperiat derogatum.

His concludo Synopticam de Arrestis tractationem. In qua si reperiuntur, quæ contemplativis Jctis non arident, haud miror nec moror, quia in Praxi forensi fundamentum & ratio potissima hujus materis residet; Sed suspendant judicium, donec forum usu, unico ejus securè discendi remedio, intelligere incipiunt. Interim fori in hoc studia principia hinc addiscere non dedignentur.

F I N I S.

SOLI DEO GLORIA.

INDEX.

INDEX

eorum, quæ in hoc tractatu reperiuntur.

Prior aut cum unus numerus ponitur,
 paginam, secundus paginæ numerum,
 denotat.

A.

- A**cademici an. ab arrestis immunes 61. 95. eorum ministri arrestis
 sunt obnoxii 62. 100.
- Acceptatio arresti non est necessaria 173. 10.
- Actio in causis arrestorum quomodo instituenda 204. 22.
- Actio quæ ab iniquo arrestum iusta & utilis 243. 11. & seq.
- Adhæssio tertii in causis arrestorum quomodo fiat, quid præstet, & quia
 circa eam processus 209. 11. & seqq.
- Advena, contrahens quando rectè arrestatur 44. 14. & 50. 53. cui se-
 mel habita est fides, arrestari non debet 106. 181. limitatur 106. 183.
 seq. ligatur statuis ubi contrahit 154. 8.
- Alienationem prætendens, apud quem res arrestatur, quando audien-
 dus 118. 9. in fraudem factæ effectus 241. 27.
- Alimenta an & quotenus debentur arrestato 177. 18. & seq. iis denega-
 tis egenti relaxatur arrestum 273. 24.
- Annotatio bonorum est species arresti 6. 23. 45. 23.
- Appellatio non admittitur in causis ad sepulturam pertinentibus 114.
 226. ab arresto & de superatis sententiis an & quando valet 229. 2.
 & seq.
- Arrestus nomen unda & quana varie acceptum 3. 8. seq. definitio 4. 12.
 diverse species 8. & seq. species carceris est, sed à vero carcere diffe-
 rens 5. 19. & seq.
- Arrestum est remedium extraordinarium, aliis deficientibus locum ha-
 bens 13. 11. & seq. quibus ex causis sit licitum. ibid. 14. ex conventionem
 quando

INDEX.

quando imponi potest 14. 16. & seq. statuto & consuetudine recipitur 15. 21. jus ejus privilegio tribuitur 16. 24. consuetudine num. 26. regulariter prohibitum 18. 33. infamia aliquid continet, praesertim in mercatoribus 22. 4. privata auctoritate non imponendum 27. 1. & seq. ex pacto quando licet & quis ejus effectus 28. 3. quomodo arrestatum obstringit 170. 1. & seq. simile est missioni ex primo decreto 177. 23. pignori pratorio 221. 21.

Arresta sunt ex jure gentium 12. 5. non sunt juri communi contraria, nec per se odiosa, sed saltem ratione causa & processus 17. 29. & seq. constitutione Imperii non sunt prohibita 19. 40. caute imponenda, & qua circa impositionem observanda, pag. 21. justa non facile deneganda nec iniqua decernenda cum periculo partis 23. 11. & seq. a quo Judice imponenda 32. 7. sunt mixti imperii, ibid. 8. in civilibus non decernuntur a Judice nisi implorato, secus in iis, qua ad rem publicam pertinent 38. 26. & seq. requirunt justam causam, & qua talis, exponitur prolixè pag. 41. & seq. a quibus rectè petantur pag. 58. & seq. an ab his, quibus lege administratio bonorum defertur 60. 19. an per Procuratores 61. 22. & seq. an & quando per conjunctas personas 63. 33. an a sociis pro socio 63. 36. an a consorte litis 64. 38. quinam illis obnoxii sint pag. 76. & mult. seq. qui ab iis immunes 88. & seqq. quibus rebus rectè imponuntur nec ne pag. 117. & seq. certis bonis imposita non extenduntur ad alia 132. 63. debitum praequirunt & quale pag. 98. & seq. non probatio debito non sunt decernenda 140. 32. & seq. non precipitanda sunt, ne quidem cum periculo partis 140. 32. illicita sunt, cum debiti injusta est petitio 148. 1. quando in feriis locum habent 148. 3. in nundinis quando permissa nec ne pag. 149. & seq. quomodo & per quem imponuntur, pag. 158. & seq. quo in loco 151. & seq. in dubio quomodo imponenda 159. 14. per quos pag. 163. & seq. inducunt jus pignoris pratorii 177. 22. rerum non excludunt arresta personarum 182. 48. continent mandatum de non alienando 183. 53. prorogant jurisdictionem Judicis cumq; efficiunt competentem, ibid. 54. & mult. seq. ubi & quomodo ea prosequi

INDEX

- prosequi oportet, pag. 191. & seq. ante omnia justificari debent in processu 204. 24. non efficiunt peculiare iudicium, sed saltem iudicii qualitatem 205. 28. iis non subsistentibus Iudex ad ulteriora procedere non debet 208. 5. relaxantur non obstante adhaerentis contradictione 219. 14. non immutant rationem iusti 225. 2. iniquorum poena, pag. 255. & seq. iniqua relaxantur invito arrestante 272. 19. regulariter prohibita & quomodo hoc intelligendum 8. 9. & seq.
- Arrestandi ius quam variis ex causis exoriat, pag. 12. & seq. an cedi possit 58. 7. competit fideiussoribus 59. 13. ex diverso fonte diversum fit 78. 14. non exerceri debet sine fori competentia 155. 15. nemo sibi sumere debet sine auctoritate Iudicis 159. 9. an iustum juris remedium 12. 1. & seq.
- contra Arresta in dubio pronuntiatur 9. 9.
- Arrestatio extra territorium Iudicis an & quando licita 165. 11. & seq. modeste peragenda 166. 14.
- Arrestandi modus varius 166. 15.
- Arrestatus ad quid obligatur, late exponitur 174. n. 11. 12. 13. 14. 15. 16.
- Arrestato tota civitas pro carcere est 14. 19. non gaudet remedio L. Diffamari 179. 30. ad aliud forum ne trabatur, utitur exceptione litis pendens, quod explicatur ibid. 31. & seq. condemnatus ante satisfactionem ex arresto discedere nequit 234. 1. post oblatam cautionem an impune discedat 278. 46. ex una causa relaxatus ob aliam detineri potest 295. 120.
- penes quem arrestantur res, loco debitoris habetur & ad quam diligentiam tenetur 178. 26. & seq. quomodo de interitu illarum tenetur 235. 8. ad quid condemnatur & quomodo interventione utitur 237. 19. & seq. non exhibet res arrestatas nisi refusus expensis 240. 28. ubi huius potius ius apparet, quomodo arrestanti consulitur 238. 21.
- Arrestata res manent sub dominio arrestati, sed ut alienari & obligari nequeant 182. 151. pendente iudicio cuius sunt periculo 235. 4.
- ex Arresto sine venia discedere non licet 172. 6. qua discedentium poena, & contra eos quis processus 255. 7. & seq.
- Arrestum

INDEX.

Arrestum ne imponatur facientes, quibus condemnationibus obnoxii sunt 262. 43. & seq.

Arrestu iniquitas relevat à pœna violationis 259. 27.

Arresta relaxantur ob non ritè factam in termino prosecutionem 195. 15.
quomodo eorum relaxatio fiat 204. 26. cum omni causa fieri debet 226. 9.
contingit mortè arrestati 268. 1. voluntate creditoria, ibid. 5. Judicis au-
toritate 270. 11. quando & quibus ex causis indito creditore 271. 14. solu-
tione, ibid. 16. ob repertam iniquitatem 272. 19. etiam pendente proces-
su 23. post lapsum termini ad prosecutionem præfixi 273. 26. ob cessio-
nem bonorum 274. 33. ob indultum moratorium 276. 40. præstita suffi-
ciente cautione, de qua latè pag. 276. & seqq.

Arrestu causâ dubiâ quid faciendum 202. 42.

Ab arrestu impositione rectè appellatur 229. 2.

*Attentatum non habetur, quod fit ob metum fuga vel dilapidationis pen-
dente appellatione* 229. 7.

B.

*Bannum quotuplex & quale ob arresta eorumq; violationem decernitur &
executioni mandatur* 258. 19. & seq.

C.

Cadavera mortuorum non arrestanda, quod declaratur 113. 225.

à Carcere ad arrestum quomodo non valet argumentum 105. 174.

Causa arrestu, quando cautio præstita est, ubi agi debet 278. & seq.

Cautio quando præstanda à petentibus arrestum 24. 15.

*Cautio ab executione debiti liquidi non liberat, in illiquidis ad relaxatio-
nem arrestu proficit 276. 41. cum idonea à creditore vel à Judice ex offi-
cio admittenda 279. 50. & seq. quid continere debet 280. 58. non exce-
dit id, quod relaxat 281. 63. ejus diversa specès 282. 70. qua ex his ad
relaxationem arrestu requiritur, ibid. 71. qua idonea 285. 86. quomodo
retipitur. ibidem. pignoratitia ad relaxationem sufficit 288. 98. jurato-
ria an & quando admittitur 288. 102. & seq. quibus casibus cautio non
sufficit ad relaxationem arrestu* 202. 109. & seq.

INDEX.

- Cautionis praestatione non renunciatur exceptioni fori declinatoria* 209. 8.
Cautionis de iudicio sisti effectus 242. 35. *illa non censetur remissa injuria-*
rum actio 250. 22. *qua ejus obligatio* 282. 66.
Cautela pro eo, cujus subsidiales non admittuntur 201. 10.
Cessio juris in personam privilegiatam an valet 66. 54. *non praesumitur ex*
sola possessione instrumenti 136. 6. *quomodo probanda* ibid. 7.
Cessionarii utuntur omni jure creditoris, & quomodo circa arresta 58. 7.
& seq.
Cessio bonorum an & quando tribuit immunitatem ab arrestis p. 100. & seq.
ubi & notatur, qua legitima & quos pariat effectus. Nisi auditis credito-
ribus admitti non debet 274. 34. & seq.
Citatio debitoris in impositione arresti non requiritur 158. 2. *nisi certis casu-*
bus 26. 21. *Subditi extra territorium quomodo fiat* 200. 6. *quomodo con-*
tra non subditum decernitur & executioni mandatur, ibid. 7. ad totam
causam valet, & quis ejus effectus 198. 18. *qualis contra eos, qui arresta-*
ti sine venia discedunt 256. 7. & seq.
Citationi edictali locus est, ubi Judex rogatus subsidialibus non vult deferre
 202. 13.
Cives emigraturi pro decimis arrestantur 45. 24. *pro satisfactione etiam ob*
cepta judicia & initos contractus. ibid. n. 26. an arrestandi privilegio uti
possint ob cessa sibi nomina 66. 53. *a concivibus non arrestandi* 88. 78.
quod limitatur 89. 84. *an & quando ex contractu civitatis obligantur,*
ut conveniri & arrestari queant 109. 204 & seq. *renunciatione juris ci-*
vitatis quomodo liberantur a debitis 112. 220. *suscipientes jura civitatis*
simul recipiunt ejus onera ibid. 222.
Clausula in quantum de jure in arrestis & alibi non facile a Judice usur-
panda 25. 17. & seq. *de solvendo, non obstante arresto, quid praestat* 124. 46.
Clerici an arrestis obnoxii, & quando executivus processus contra eos valet
 90. 86. & seq. *bona illorum ista non gaudent prerogativa, qua persona* 91. 93.
Commissarii gaudent jure revocandi domum, & ab arrestis sunt immunes
 94. 19.

Compe-

I N D E X

- Competentia exceptio quatenus contra arresta obtinet* 105. 1732
Compensatio quando in arrestis locum habet 239. 23.
Concursus creditorum differt à cessione bonorum, nec semper liberat ab arrestis per se 102. 160. & seq.
Concursus duorum specialium odiosus est, nec facile admittitur 231. 14.
Consiliarii Principum an & quando ab arrestis liberi 95. 123. & seq.
Consuetudo Imperii de Arrestis quando locum habet & quid requirit pag. 296. & seq.
Consuetudo arresta justificat 35. 23. *strictè accipienda est* 18. 34. *patrisfamilias loco mandati habetur* 138. 17. *arresti licentiam sine probatione debiti tribuens est prava* 140. 33. *quomodo contractu subintrare dicitur* 154. 10.
Contrahentes in dubio intelliguntur se voluisse conformare legibus loci contractus 153. 6.
Contumacia iusta est arrestandi causa 43. 12. *in subditis & rusticis* 47. 31. *pro renuntiatione instantia habetur* 180. 36. *ob eam quomodo in causis arrestorum proceditur* 204. 25. *ex arresto discedentium quomodo purgatur & quibus ex causis* 259. 24. & seq.
Conventio licentiam in quocunque foro condendi concedens arrestandi facultatem tribuit 144. 20.
Creditor in dubio presumitur ignorasse facultates defuncti, vaxi nocte latens debitoris paupertas 100. 145. *qua ante contractum praefert, non potest abjicere debitor* 107. 187. *ei non committenda arresti impositio* 163. 3. *recusans admittere idoneam cautionem quomodo coercetur* 281. 52.

D.

- Damni & impensa ratio quando non habetur* 227. 10. *in re arrestata quis sustinet* 236. 15. & seq. *patitur qui locum amittit* 248. 15.
Debitorum quinam arrestari queunt nec no pag. 76. & seq.
Debitorum obeiati quando arrestandi 44. 14. *eorum turpis defensio* 51. 59. *quinam cessione liberantur ab executionibus* 103. 168. *inditi an ab arresto per creditorem relaxantur* 269. 6.
Debitor debitoris ejus de bona, seu quod debet, an & quando arrestari possint 107. 189. *ante diem an arrestetur* 138. 20. & seq.

Debitum arresti fundamentum est 135. 1. quæ in eo consideranda, ut arresti locus sit 137. & pag. seq. ante arresti impetrationem probandum & quomodo	140. 32. & seq.
in Decisariis litis attenditur jus loci, ubi negotium gestum, & quæ illa 225. 5.	
Denunciatio in arrestis dimittationis habet, & quomodo fieri solet 203. 16.	& seq.
Depositarum culpa creditorem an debitorem feriat	236. 14.
ex L. Diffamari agens arrestari non debet	210. 14.
Dilationes non attenduntur ab iis, quorum gratia indulgentur	206. 34.
Diligentia premia referuntur	222. 29. & seq.
Doctores an arrestis obnoxii	92. 103.
Domini in arrestis rusticorum recte interveniant & quomodo	217.

E.

Electio unius remedium quando alia non excludat, exponitur 181. 43. & seq.	
ordinaria via excludit petitionem executorum.	ibidem.
Exceptio inhabilitatis petentis nullo tempore excluditur 136. 8. plus petitionis non tenetur rejecta per generale statutum 138. 22. non servati requisi arrestorum fori destinatio est 208. 2. litis pendens itidem 209. 2. ratione causa principalis non competit reo contra fideiussorem 242. 34.	
plus petitiones quando opponenda	295. 118.
Exceptiones quæ & quomodo contra arresta proponende pag. 208. & seq.	
Executiva remedia quare introducta & quando iusta	3. 5. 6.
Executivus est remedium unius electio alius viam non precludit 179. 43. in iis qualis qualis petitio pro libello est 204. 23. aut iis non appellatur 232. 15.	
Executio parata non tribuitur non nominatis in instrumento 136. 4. alibi quam in foro competentem non est interveniendum 155. 17. nisi prævia citatione fieri non debet 158. 4. fideiussori contra debitorem competit 241. 29.	
ad Executionem non facile inchoandus est processus, nisi deficiente aliâ ratione sui consequendi 22. 3. prius item finient prius impertienda 222. 26. quando facienda, cum lis super prioritate creditorum pendet 222. 28. contra fideiussorem ex sententia contra principalem lata quando fiat	241. 29. & seq.
	Execm.

I N D E X.

Exemplum instrumenti ad impetrandam executionem non sufficit 145. 48.
Eximentes alios arrestis quomodo pñuntur 261. 37. & seq.
Exteri quatenus obligantur per arresta 175. 17.

F.

Factores ex suis, non ex Dominorum contractibus arrestandi 88. 76. obli-
 gant Dominos, & quatenus 137. 16.

Die Faust von jemand nehmen quid significet 166. 16.

Feria non obstant bis, quæ moram non patiuntur 149. 5. & seq.

*Fidejussor contra debitorem & considejussorem arresto ad indemnisationem uti-
 tur & quando* 59. 14. æquæ ut principalis debitor arrestari potest, sed via
 tamen ipsis exceptionibus 82. 37. etiam lite contra principalem pendente
 ibid. 40. quando executionem sententia contra principalem lata sine no-
 vo processu sustinet, ibid. 39. & seq. quis pro idoneo habetur nec ne 282.
 & pag. seq. talis non presumitur in dubio 285. 84. non ultra obligatur
 quam arrestatus 286. 93. succedit in locum arrestati quoad processum, 288. 94.

Fisci jus in prosequendis debitis 44. 18.

Fœmina an & quando arrestis obnoxia 76. 3. & seq.

Forma prosecutionis arresti, prout lege vel more recepta, præcisè servanda 196. 16.

Forum domicilii concurrat cum quovis alio 34. 11. ubique habet, qui nullum
 certum habet 34. 13. in loco contractus quando sit competens 153. 3. &
 seq. ubi non est competens, ibi peregrinus non ligatur status loci 155. 16.
 ejus usus in impositione arrestorum observandus 159. 7. ad aliud quam,
 ubi primum reus conventus est, trahentis pena 210. 13.

Fructus quando arrestari queunt pendente appellatione 122. 33.

Fugitivus judicatur ubi reperitur 34. 13. ei similis de fuga suspectus 35. 16.
 arrestis ubique obnoxius 42. 2. perinde de fuga suspectus 42. 6. non
 gaudet privilegio 98. 133. ante diei adventum arrestari potest 107. 186.
 non gaudet nundinarum securitate 150. 17. ejus bona sistens aliis credi-
 toribus præfertur 221. 24.

Hæredi-

I N D E X.

H.

Hæreditatis præoccupatores arrestis coercendi 47. 37. *vacantis & quæ sub ea comprehenduntur, non sunt iusta arresta, quod limitatur* 131. 57.
Hæres continetur instrumento, quod creditoris mentionem facit 58. 5. *arrestari potest ob debita defuncti antecessoris* 82. 41. *an carcerari* 83. 45. *an cum vel sine inventario hæreditatem adierit, quid in questione de arrestis intersit, ib.* 48. *ante tempus conficiendi inventarii arrestari nequit* 84. 54. *ultra portionem, pro qua hæres est, non obligatur, ib.* 55. *an ex pacto ultra obligari potest, ib.* 57. *hæres cum inventario an & quando arrestis in persona vel bonis obnoxius sit, pag.* 85. *& seq. quomodo evadat arrestum* 86. 66. *suo ex privilegio non est tutus contra arrestum* 87. 68. *condenitur ex arresto contra defunctum cepto, sed de modo est citandus. ibidem.*

Hospitum & cauponum privilegia 48. 41.
Hypotheca qualis sufficit ad relaxationem arresti 288. 99. *seq.*

I.

Immissio unius creditoris in bona debitorum an & quando ceteris proficit 221. 22.
Immobiliū inanis est arrestatio 120. 25. *in iis loco arresti est mandatum de non alienando & prohibitio usus* 122. 32.
Impensarum qualis in causis arrestorum habetur ratio 249. 18.
Impositio arresti quomodo fieri debet & quæ requirit, pag. 158. *& seq. per quem faciendæ* 163. 1.
Indifferentia in dubio ab injuriandi animo censetur aliena 248. 13.
Institutionis Judicis plures referuntur effectus 125. 49.
Iniqua maturè revocanda 272. 21.
Injuria gravis est aliquem injustè arrestare 248. 8. *an per cautionem de judicio fisci & judicatum soldi remittitur* 250. 21. *& seq.*
Injuriarum actio quatenus contra injustum arrestatorē locum habet 248. 10.
Instrumentum bonâ fide possidens getrewen Brieffer Einhæber non eget cessionis probatione 136. 9.

Inter-

INDEX.

Interventiones in causis arrestorum quando & quod modis locum inveniunt p. 216. & seq.

Inventory abusum notatur & quomodo isti obviandum 86. 57.

Judicium necessitate susceptum non inducit litis pendentiam 178. 26.

Judex, cum Reipubl. intereſt, ex officio arrestum imponit 8. 2. circa impositionem arresti debet esse cautus 25. 19. quis in arrestorum causis competens, pag. 28. & seq. arresti requisita ante impositionem exacte ponderare debet 21. 1. securitati Judicis ante omnia prospiciat 160. 18. ejus officium circa processum arrestatorium 206. 37. decretum injustum non excusat à pœna legis 249. 17. quibus actionibus ob injustum arrestum obnoxius 227. 27. & seq. urbanitate ante rigorem in processu arrestatorio uti debet 257. 10. quando & quâ ex causâ arrestum inſiſto & non audito creditore relaxare poteſt 172. 7. 270. 12. quâ de facto fecit, de facto tollere poteſt 272. 21. oblata cautione relaxationem arresti facere recusant, quomodo convenitur & compellitur 277. 44. & seq. ob acceptatam ab arrestato ineptam cautionem in subsidium tenetur 279. 51. ex officio eam acceptare poteſt. ibid. 53. Judex requisitus subsidiales quandoque non tenetur admittere 201. 9.

Jurisdictionis Ecclesiastica hodierna ratio 91. 92.

Jurisdictionis ordinaria ideo declinari non poteſt, quod arrestum fuit judicandum 209. 6.

Jura quanam in causis arrestorum circa decisionem sequenda 225. & seq.

Jus gentium unde dignoscitur 12. 6.

Justitium facit locum arrestorum licentia 51. 57.

L.

Legati arrestari non debent, & de quibus hoc accipiendum 94. 114. & seq.

L. Exstat. ff. quod met. caus. ob iniquitatem arresti non habet locum 250. 21.

Litterarum denunciatarum insinuatio alienam jurisdictionem non violat 203. 17.

Litigiosum non fit per arrestum 182. 49.

Litis inſiſto adversario an renunciare liceat 269. 7. & seq.

SS

Litis

INDEX.

Litis in fraudem facta nulla sunt 183. 53.
Litis pendentia oritur ex arresto 178. 26. *quod declaratur* 179. 35. & seq.
ejus exceptioni renunciatur & quando 188. 40. & seq. *inducitur ex cita-*
tione, an etiam ea circumducta, & quomodo aliis modis 210. 15. & seq.
Locus contractus in dubio censetur locus solutionis 153. 5. *solutionis facit fo-*
rum competens 154. 11. *unde his dijudicatur ibid. n. 12. & seq. contra-*
ctus & solutionis facit differentiam circa arresta 156. 18. *non attenditur*
in arrestis, quando periculum est in mora 156. 20. *quando extra locum,*
fori competentis aliis in casibus decernuntur, ibid. 21. & seq. correctio
decreti iudici non est injuriosa 201. 11

M.

Magistratum potestas in obligandis civibus & unde ea estimanda 110. 211.
& seq. *ob arresta subditorum interventione utuntur* 216. 5. *injuriöse a-*
gentes ad quid obligati sunt 251. 26.
Mandatum speciale requiritur ad impetranda arresta 61. 23. *unde colligi-*
tur 62. 29. *ejus dubia tolluntur per satisfactionem de rato* 62. 31.
Mandatum de non alienando quando convenit & differt ab arresto 7. 25.
quem effectum habet & quando decernendum 121. 27. & seq. *superioris*
excusat à contumacia 259. 26.
Mandatis sine clausula jvdatur iniquè arrestatis & quando 243. 5. 6.
229. 1.
Mariti esse intelliguntur omnia in domo ejus reperta 119. 17. & seq.
Mercatorum fides minuitur arrestis 22. 5. *libri sufficiunt ad arresta im-*
petranda 144. 46. *substantia precipua in fide est* 248. 9. *ad quid ob i-*
niqua arresta contra adversarium agent 248. 16.
Milites ab arrestis sunt immunes 93. 104. *limitatur* ib. 105.
Minores in persona arrestari non possunt, secus in rebus pag. 77. & seq.
Ministri qui adhibendi in impositione arrestorum 164. 2. & seq. *sine man-*
dato iudicis arrestum imponere non debent, qua contrà agentium pena
ibid. 4. & seq. eorum officium & delinquentium coercitio 165. 2. & seq.
in fides habenda 171. 2.

Miseri-

INDEX.

Misericordia sua nemini in alterius perniciem prodesse debet 263. 45.
à Missione in bonorum possessionem ad arrestum quomodo valet argumen-
tum 6. 24.

Mora in solvendo nimia arguit inopiam & locum facit arrestis 50. 52.

Mors solvit arrestum personarum, non rerum 268. 1. & 2.

N.

Nobiles arrestis an & quando obnoxii 63. 111.

Nomina arrestantur & quomodo 123. 35. & seq. *eorum arresti qualis profe-*
cutio 124. 44. *in arresto nominis quid licet arrestanti* 240. 25.

Nundina quando ab arrestis immunitatem praestant nec ne, late exponitur
pag. 150. & seq.

O.

Obstagium in quibus convenit & differt ab arrestis 5. 17. & seq. *carceris spe-*
cies est, & relaxatur cessione bonorum 274. 33.

Occasionem damno dans quando damni reus est 235. 6.

Occupantis semper melior est conditio 222. 27.

Officii ubi fit mentio ejus tunc à actum intelligitur 171. 4.

Opem ad fugam praestantium poena 261. 37. & seq.

Opifices gaudent jure retentionis & arresti 50. 54.

Ordinariam eligens viam non potest regredi ad processum executivum 210. 12.

Ordo qualis servatur inter plures arrestantes 219. 17. & seq.

in Ordinariis processibus inspicitur jus loci, ubi litigatur 225. 5.

P.

Pactum, quo debitor ad carcerem, arresta & obstagia se obligat, est validum
3. 15. 16. & seq. quando per illud debitor adversus semet arrestandi li-
centiam dedisse intelligitur 52. 63.

Pactum strictè intelligi debet 18. 33. *liberat ab arresto* 98. 130. *superioris pa-*
rit exceptionem subditis, ibid. 131. de ingrediendo bona debitoris, ubi hac
sita sunt, ibi facit forum competens 155. 14. *ex illicito facit licitum* 14. 16.

Parentes an & quando per liberos arrestari queunt 105. 175. & seq.

Paupertas non relebat ab arrestis, nisi notoria fuerit tempore contractus 99.
129. & seq.

INDEX.

<i>Peregrinantes necessario immunes sunt ab arrestis</i>	94. 121.
<i>Peregrinorum gratia peculiare iudicii genus receptum</i>	205. 32.
<i>ob Periculum, quod in mora est, multa singularia admittantur</i>	42. 7.
<i>Periculum rei arrestata casus sit 235. 4. creditoris ab eo tempore, quo cautionem idoneam accipere recusat</i>	28. 57.
<i>Personarum arresta graviora sunt quam rerum</i>	9. 11.
<i>Pignus per arrestum constituitur & quale</i>	177. 22.
<i>in Pignore Pratorio obtinet L. un. C. & ob chirograph. pecun.</i>	295. 121.
<i>Plus petitionis pena qua & quomodo ad arresta porrigitur</i>	194. 116.
<i>Pignus habens intervenire potest</i>	237. 20.
<i>Pœnitentia non absolbit à pœna violationis arresti</i>	257. 12.
<i>Possessores rerum quando arrestis obnoxii</i>	76. 2.
<i>Possessoris bona fidei & iusti differentia</i>	137. 13.
<i>Prescriptione acquiritur jus arrestandi</i>	16. 26.
<i>Prescriptum non est amplius quam possessum</i>	18. 37.
<i>Pœna privata à autoritate arresta imponentium</i>	30. 5. seq.
<i>Princeps non potest pro suo debito obligare, nedum oppignorare subditos</i>	107. 191. & 195. jura in subditos cedere potest creditoribus & quatenus
	18. 201.
<i>Processus circa arresta species triplex</i>	198. 1.
<i>Prioritatis jus inter plures arrestantes an & quando oriatur ex ordine arrestorum</i>	148. 17. & seq.
<i>Privilegio tribuitur jus arrestandi subditis, & quis ejus effectus</i>	16. 24. & seq. stricta ejus interpretatio 18. 36. quomodo eo uti oporteat 50. 70. civibus an causa datum censi debeat & qui isto gaudeant 64. 39. an cedi possit.
	65. 46.
<i>Privilegium de non arrestando quem effectum habet</i>	95. 125. seqq. in fugitivis aut de fuga suspectis vel domicilio carentibus cessat, 98. 132. seqq. renunciantibus illi non prodest pag. 96. alii casus referuntur, ubi locum non habet, ibid. 135. exceptionem fori declinatoriam parit
	209. 7.
<i>Probatio debiti quomodo ante impositionem arresti fieri debet</i>	142. 38.
	Processus

I N D E X

<i>Processus in causis arrestorum qualis</i>	205. 27. tantè dirigendus	227. 1.
<i>Procuratores an & quò alieno nomine arrestum petere possunt</i>	61. 22. seqq.	
<i>an alienis ex debitis arrestis obnoxii</i>		88. 75.
<i>Prodigalitas debitoris locum facit arresto & quomodo probanda</i>		47. 9.
<i>Prorogatio juris dictionis quatenus arresto fit</i>		183. 54.
<i>Prosecutio arrestorum ubi & quomodo peragitur</i>	pag. 191. seqq.	
<i>Pupilli an arrestari possunt</i>		77. 6.

R.

<i>Reconveniens condemnatus pecuniam solvendam in loco iudicii cautionis locoretineri jussè exigit</i>		49. 46.
<i>Relatio nuncii vel apparitoris quam fidem habet</i>	167. 18. ejus falsa pœna	ibid. 20.
<i>ad Relaxationem arrestati impetrans arrestum citandus</i>	270. 13. ejus varia sunt causa	ibid. 14.
<i>Relegati non gaudent nundinarum securitate</i>		150. 13.
<i>Remisso causa quando ad forum competens fieri debet</i>		180. seqq.
<i>Rem-perire suo domino quomodo accipiendum</i>		235. 9.
<i>Renunciatio ejus juris non valet, quod heredibus suo jure competit</i>	84. 58.	
<i>hereditatis semel adita non liberat ab arrestis</i>	87. 69. litis & instantia quomodo differt & utraque fieri debet	179. 33. causa & instantia quâ ratione invito adversario rectè fiat
		269. 8. seqq.
<i>Res aliena arrestari nequit</i>	117. 1. an qua communis est pro indiviso, ibid. 5.	
<i>an vendita</i>	118. 11. qua pondere, numero & mensurâ constat, quando vendita intelligitur	119. 14. propria quando arrestetur
		132. 62.
<i>Retentio obstat arrestis</i>		118. 6.
<i>Retentionis jus habens rectè intervenit</i>		238. 22.
<i>Retorsionis jure quando in arrestus non licet uti</i>		23. 8.
<i>Revocandi domum jus ante licem contestatam proponendum</i>		208. 3.

S.

<i>Salarium apparitoris arrestantis quale</i>	168. 22.
<i>Salvi conductus & arresti differentia</i>	243. 3.

INDEX

<i>Salvus conductus non impedit arresti impositionem</i>	<i>ibid.</i> 4.
<i>Satisfactio de parendo Judici conditionem habet, si de jure teneor</i>	209. 10.
<i>Scholares quando ab arrestis immunes</i>	91. 95.
<i>Scriptura privata paratam executionem non habet, nisi ex statuto vel consuetudine</i>	143. 40.
<i>Separationem bonorum non tenentur petere hypothecarii creditores</i>	84. 52.
<i>Sequestrum in quibus convenit aut differt ab arresto</i>	4. 14. seq.
<i>Sententia in causis arrestorum qualiter ferenda</i> 226. 8. <i>ob contumaciam lata non sunt definitiva</i>	259. 23.
<i>Solemnitatum in arrestis non habetur ratio</i>	63. 32.
<i>à Statuto non appellatur</i>	231. 9.
<i>Statutum valet, ut propria auctoritate pignoretur persona vel res debitoris</i>	
14. 22. <i>ut ab arresto inchoetur</i> 14. 21. <i>moratorium quem effectum habet</i>	104. 170. seq.
<i>Subditi an & quando pro dominorum debitis rectè arrestantur</i>	107. 190.
<i>Succesor singularis quando ob debitum antecessoris arrestatur</i>	87. 71.
T.	
<i>Tenens rem arrestatam quomodo pro jure suo intervenire debeat</i>	219. 15.
<i>Termini prefixi anticipatio quando valet</i>	206. 36.
<i>Termini prosecutionis arresti precise servandi nec possunt alterari</i>	205. 33.
<i>& seq. in favorem rei abbreviati ubi non servantur, haud praecludunt viam defensionis</i>	193. 9.
<i>Termino inclusa post illum elapsus sunt nulla</i>	273. 26.
<i>Termini legis & hominis differentia</i>	<i>ibid.</i> 28.
<i>extra Territorium Judicis facta arrestatio quando valet</i>	165. 11.
<i>Testes ad dicendum testimonium arrestis detinentur, an etiam alieni subditi</i>	46. 30.
<i>Transigendi causa evocatus arrestari non debet ad instantiam vocandis, si- cut est quoad alios</i>	56. 23.
<i>Tutores ob debita pupillaria non sunt arrestandi</i> 80. 24. <i>in dubio putantur contraxisse namine tutorio, ib.</i> 27. <i>& seq. quibus casibus arrestis obnoxii</i>	81. 29. & 55.
	Paga

INDEX.

V.

<i>Vagabundus ubique habet forum competens</i>	34. 12.
<i>Vasalli quando arresta contra dominos jussu impetrant</i>	106. 179.
<i>Vigilantibus quomodo circa executiones succurratur</i>	223. 31. seqq.
<i>Violantis alienam jurisdictionem qua pœna</i>	261. 36.
<i>Violatio arresti quomodo fiat & puniatur, latè expositum</i>	pag 255. seqq.
<i>Uxoris bona ob debita mariti non sunt arrestanda, quod limitatur</i>	120. 19.
	& seqq.

ERRATA

IN typis quidem deprehendes plura, quicunque leges has chartas, sed si doctus es, correctionem non scrutaberis in ultima tabella, sed pro eo, quod penes te est, judicio, in sanam partem interpretaberis, quæ sine culpa inter alias occupationes irrepsérunt.



I N D E X

<i>Salvus conductus non impedit arresti impositionem</i>	<i>ibid.</i> 4.
<i>Satisfactio de parendo Judici conditionem habet, si de jure teneor</i>	209. 10.
<i>Scholares quando ab arrestis immunes</i>	91. 95.
<i>Scriptura privata paratam executionem non habet, nisi ex statuto vel consuetudine</i>	143. 40.
<i>Separationem bonorum non tenentur petere hypothecarii creditores</i>	84. 52.
<i>Sequestrium in quibus convenit aut differt ab arresto</i>	4. 14. seq.
<i>Sententia in causis arrestorum qualiter ferenda</i>	226. 8. ob contumaciam lata non sunt definitiva
	259. 23.
<i>Solemnitatum in arrestis non habetur ratio</i>	63. 32.
<i>à Statuto non appellatur</i>	231. 9.
<i>Statutum valet, ut propria auctoritate pignoretur persona vel res debitoris</i>	
<i>14. 22. ut ab arresto inchoetur</i>	14. 21. moratorium quem effectum habet
	104. 170. seq.
<i>Subditi an & quando pro dominorum debitis rectè arrestantur</i>	107. 190.
<i>Successor singularis quando ob debitum antecessoris arrestatur</i>	87. 71.

T.

<i>Tenens rem arrestatam quomodo pro jure suo intervenire debeat</i>	219. 15.
<i>Termini prefixi anticipatio quando valet</i>	206. 36.
<i>Termini prosecutionis arresti præcisè servandi nec possunt alterari</i>	205. 33.
<i>& seq. in favorem rei abbreviati ubi non servantur, haud præcludunt viam defensionis</i>	193. 9.
<i>Termino inclusa post illum elapsum sunt nulla</i>	273. 26.
<i>Termini legis & hominis differentia</i>	<i>ibid.</i> 28.
<i>extra Territorium Judicis facta arrestatio quando valet</i>	165. 11.
<i>Testes ad dicendum testimonium arrestis detinentur, an etiam alieni subditi</i>	46. 30.
<i>Transigendi causa à evocatus arrestari non debet ad instantiam vocandis, si- cut est quoad alios</i>	56. 23.
<i>Tutores ob debita pupillaria non sunt arrestandi</i>	80. 24. in dubio putantur contraxisse namque tutorio, <i>ib.</i> 27. & seq. quibus casibus arrestis obnoxii
	81. 29. & 55.
	<i>Vaga</i>